valde ] id eſt, contrita perfecte, ꝙ nunquam velit amplius peccare [ ſed tu domine ]
quem cuncti prædicant bonum, & miſericordem [ vſquequo ] id eſt, quàm diu differs Exod. 34
dare gratiam, & purgare mentem meam. ] Conuertere domine ] ab aſperitate ad
ſuauitatem, vt te ſuauem ſentiam non aſperum [ & eripe animam meam ] à pertur-
batione vitiorum & malorum motuum [ ſaluum me fac ] id eſt, in tranquillitate
mentis meæ conſtitue, vt tibi libere poſſim ſeruire [ propter miſericordiam tuam ]
prædicandam, qua de peccatore facis iuſtum. [ Quoniam non eſt in morte ] id eſt, 1. Tim. 1
in mortali peccato [ qui memor ſit tui ] id eſt, nullus exiſtens, & perſeuerans in mor-
te animę, tui veram habet memoriam, quàmuis aliquando de te cogitet tamen non ma
net in illo cogitatio bona, quia ſi maneret faceret eum reſurgere à morte [ in inferno
autem ] id eſt, in profundo vitiorum poſitus [ quis confitebitur tibi ] id eſt, digne
te laudabit quaſi diceret nullus. Et ideo vt non ſim de numero illorum. [ Labo- Pœnitentis vita quæ ſit.
raui in gemitu meo ] id eſt, magnum laborem ſuſtinui gemendo pro peccatis, non
vt multi faciunt, qui die vna gemunt & alia ad peccata redeunt, quia [ lauabo ] id
eſt, mundabo [ per ſingulas noctes ] id eſt, per ſingulas culpas eundo [ lectum me-
um ] id eſt, conſcientiam meam, vt nec vna culpa remaneat non mundata [ lachry-
mis meis ] ab oculis defluentibus [ ſtratum meum rigabo ] id eſt, carnem meam,
vt & illa ſterilis non ſit. Ecce deſcribit vitam vere pœnitentis. [ Turbatus eſt à fu-
rore ] id eſt, propter iram, & timorem dei [ oculus meus ] id eſt, intellectus, & hoc
quia [ inueteraui ] id eſt, veteris hominis negocijs diu moratus ſum [ inter om-
nes inimicos meos ] id eſt, inter occultas & manifeſtas oppugnationes dæmonum
& peccatorum, quæ noſtri inimici ſunt, ſed nunc quia pœnitens ſum. [ Diſce- Dæmonũ opera
dite à me ] vos maligni ſpiritus, confuſi abite non conſentio amplius ſuggeſtio-
nibus veſtris [ omnes qui operamini iniquitatem ] id eſt, nihil niſi iniquum, &
contra deum eſt opus veſtrum in hijs quos decipitis, & merito diſcedite [ quoni-
am exaudiuit dominus vocem fletus mei ] id eſt, perfectę contritionis meæ, qua de- Lachrymæ iam raro inueniuntur.
B fleo quæ commiſi, hanc libenter audit deus, ſed nunc raro inuenitur: lachrymæ e-
tiam pondera vocis habent. [ Exaudiuit dominus deprecationem meam ] quæ eſt
pro culpa delendo [ & dominus orationem meam ] quæ eſt pro gratia habenda
[ ſuſcepit ] id eſt, ad effectum perduxit, & cum ita ſit. [ Erubeſcant ] de me libe-
rato quem tenuiſſe gaudebant [ & conturbentur vehementer ] id eſt, dolore tabe-
ſcant, ſine ſpe iterum recuperandi me [ omnes inimici mei ] qui inter me & deum
meum inimicitias facere ſtudent [ conuertantur ] id eſt, ſe victos cognoſcant, di-
cit vere pœnitens, quia me amiſerunt [ & erubeſcant ] fruſtratim [ valde veloci-
ter ] quia totum opus illorum in momento per dei miſericordiam diſſolutum & de-
ſtructum eſt.

## ¶ Pſalmi VII. Enar-ratio.

DOmine deus meus ] qui es per gratiam adoperationis [ in te ſperaui ] non
in viribus meis præſumpſi, & ideo [ ſaluum me fac ex omnibus perſe-
quentibus me ] corporaliter & ſpiritualiter [ & libera me ] à malitia eo- 1. Pet. 5
rum, ne eis conformer. [ Nequando rapiat vt leo ] id eſt, diabolus quæ-
rens quem deuoret [ animam meam ] ab amore dei ad amorem mundi [ nequan-
do ] id eſt, ne aliquando [ rapiat dum non eſt qui redimat neque qui ſaluum faci-
at ] id eſt, dum non diligo Chriſtum, qui ſolus redimit & ſaluum facit: quem enim Redemptor & ſaluator noſter Chriſtus.
Chriſtus non redimit, diabolus rapit & occidit. [ Domine deus meus ſi feci iſtud ] id
eſt, huius vniuerſale peccatum, ſcilicet ſuperbiam [ & ſi eſt iniquitas in manibus meis ]
id eſt, ſi opera iniqua egi erga Chriſtum. [ Si reddidi ] ſcilicet mala [ retribuentibus mi
hi mala ] pro bonis, quod non poteſt dicere vere niſi perfectus, ſi hæc feci [ decidam me Rom. 12
rito peccati mei ab inimicis meis inanis ] factus, id eſt, ſuperatus: inanis cadit q homi-
nem perſequitur palàm, & ipſe occulte à dæmone ſuperatur ſuperbia & vana lætitia.
Perſequa-

[Perſequatur inimicus animam meam & comprehendat] id eſt, ſi hoc fecero animam C
meam perſequendo dæmon decipit, & deceptam vanitate comprehendit, & poſtea
poſſidet [& conculcet in terra vitam meam] id eſt, conculcando terram faciat, &
cibum ſuum, id eſt, celeſtia non ſapientem [& gloriam meam] quæ ſolida debet
2.Cor.1 eſſe in conſcientia [in puluerem deducat] id eſt, vento vanæ elationis euaneſcere
faciat, hic eſt puluis quem proijcit ventus ſuperborum, id eſt, inepta iactantia. [Ex-
urge domine in ira tua] id eſt, fac malos cognoſcere quàm acerba erit ira tua, vt con-
uertantur [&] ſic [exaltare in finibus inimicorum meorum] id eſt, in poſſeſſione
diaboli magnificare, dum impij iuſtificantur & laudant deum. [Et exurge domi-
Iohan.13 ne deus meus in præcepto quod mandaſti] id eſt, in charitate, quod eſt nouum man-
datum: [&] ſic [ſynagoga populorum] id eſt, congregatio fidelium [circundabit
Iohan.16 te] ad imitandum. [Et propter hanc] ſcilicet eccleſiam in altum regredere] id eſt,
Iohan.3 in cœlum aſcende, vnde veniſti, vt illa confirmetur donis ſpiritus ſancti [quia do-
minus iudicat populos] infideles qui iam iudicati ſunt, quia non credunt, ſed quo-
Rom.12 niam vocatus tenuit & ſeruauit præcepta quæ accepit, audet dicere. [Iudica me do-
Iohan.15 mine ſecundum iuſticiam meam] id eſt, prout meretur iuſtitia mea, quia non reddi
2.Cor.3 di mala pro malis [& ſecundũ innocentiã meã] id eſt, ſecundũ quod meretur innocẽtia
Apoc.22 mea, qua nec mihi nec alijs noceo quæ eſt [ſuper me] quia à deo non à me. [Con-
ſummetur nequitia peccatorum] id eſt, perficiatur, vt qui eſt in ſordibus ſordeſcat ad-
huc, id eſt vſque ad mortem, quia tunc conſummata eſt: [ſed diriges iuſtum] id eſt,
omnino ad ſuperna erigis in ipſa conſcientia coram te, vbi homo non videt [ſcru-
tans corda] id eſt, proſpitiens quid quiſque cogitet [& renes deus] id eſt, quid quiſ-
que delectet. [Iuſtum adiutorium meum à domino] id eſt, iuſtum eſt, vt à domino
habeam auxilium, tibi me ſine fictione exhibeo ſeruum] qui ſaluos facit rectos cor-
Pſal.41 de] id eſt, omnes qui ad cœleſtia deſideria toto corde eriguntur ergo diſcordes
Matt.16 corde qui ad terrena appetenda incuruantur damnat. Et vere ita facit quia. [Deus
Rom.2 iudex iuſtus] reddens vnicuique ſecundum opus ſuum [fortis] in puniendos ob-
Iſa.30 ſtinatos [& paciens] expectans reuertentes ad pœnitentiam [nunquid iraſcitur] id
Sap.11 eſt, effectum iræ ſuæ oſtendit [per ſingulos dies] quando homines peccant quaſi di-
Iob.35 ceret, non, quia diſſimulat peccata hominum propter pœnitentiam, & nunc non vl- D
Matt.11 ciſcitur valde ſcelus: ſed in hoc nolite confidere, quia. [Niſi conuerſi fueritis] à ma-
Ioh.1 lis veſtris ad ipſum cito ante mortem [gladium ſuum vibrabit] id eſt, manifeſtam
vindictam exercebit in vos: & qui nunc mitis apparet vt agnus, tunc crudelius leo-
ne contemptores ſuos diſcerpet. Nam [arcum ſuum tetendit] id eſt, ſcripturam com
minantem longe antequam percuciat, nobis patefecit, vt inexcuſabiles ſitis [& pa-
rauit illum] per ſanctos à ſpiritu ſancto inſpiratos [gladium vibrabit] quando in ma
nifeſto ſplendore claritatis ſuæ iuſtis gaudium, impijs terrorem coruſcabit. [Et in
eo] ſcilicet arcu, id eſt, ſcriptura [parauit vaſa mortis] id eſt, rectos prædicatores
opere & ſermone, qui inobedientibus pronunciant mortem æternam: ſed tamen vt
pro quibuſdam electis loquar [ſagittas ſuas] id eſt, ſubtiles ſententias corda pene-
trantes vel ſanctos qui mittuntur ad penetrandum [ardentibus] in amore [effe-
2.Cor.2 cit] ſimiles, id eſt, fecit eos efficaces in bono opere & feruentes in dilectione. Et ꝙ
quibuſdam ſint vaſa mortis, ex hoc claret quod ſequitur, nam. [Ecce parturit in-
iuſtitiam] id eſt, iniuſtum ſe in ſuis operibus demonſtrat, ſed prius [concepit dolo-
rem] id eſt, appetitum temporalium rerum de quo multum dolendum erit, & in
multo dolore & periculo adquirit bona mundi, & ex tali dolore non parturit niſi in-
iuſtitiam, quàm proximo ſuo facit cui ſæpe nocet: & ex hijs duobus [peperit iniqui-
tatem] id eſt, conſuetudinem in malo: & ſic. [Lacum aperuit] id eſt, in terrenis
rebus fraudem parauit [& effodit eum] id eſt, fraudis affectum operari inſtanter
conabatur, ſed [&] ordinante deo [incidit in foueam quam fecit] quia prius
Decepto- ipſe à diabolo decipitur, quàm alterum decipiat ille, & vere, nam. [Conuertetur
res deci- dolor eius] id eſt, fraus eius, ponitur enim effectus pro cauſa [in caput eius] id eſt, men-
piuntur. tem ipſius inuoluet [& in verticem ipſius] id eſt, in ſuperiorem partem animæ ſuæ [i-
niquitas eius deſcendet] quia iuſtum eſt vt iniquitas in authorem ſuum reuertatur erit
ergo ini-



A ergo iniquitas eius ſuper ipſum, quia ipſe iniquitati ſuæ ſubditur: vt ipſe ſit inferior,
& eius iniquitas ſuperior: & illum ſic aggrauat & onerat, vt ad requiem ſancto-
rum reuocari non ſinat. Iſte in fouea capitur diaboli. Sed ego quem ſagittam ar-
dentem fecit, vt non ſaperem niſi CHRISTVM. [Confitebor domino] id eſt,
laudabo dominum de gratia quam mihi dedit [ſecundum iuſtitiam eius] id eſt, ſe- 1. Cor.14
cundum iuſtitiam qua remunerat ſic fideliter adhærentes [& pſallam] mente & cor-
pore [nomini domini] id eſt, ad honorem nominis domini Ieſu altiſſimi.

## ¶Pſalmi VIII. Enarratio.

DOMINE dominus noſter] o domine omnium per potentiam qui es [do-
minus noſter] per ſpecialem gratiam [quàm admirabile] propter crea-
turas quas feciſti & reges [eſt nomen tuum] id eſt, gloria & fama no-
minis tui IESV [in vniuerſa terra] id eſt, in toto mundo, & vere admi-
rabile. [Quoniam eleuata eſt] per excellentiam diuinam [magnificentia tua]
id eſt, ꝙ nomen per quod & in quo magnificatur [ſuper cœlos] id eſt, ſuper om-
nes ſubſtantias intellectuales omnem intellectum excedis. Sed tamen. [Ex ore in- 1.Cor.2
fantium] id eſt, ſimplicium ſecularem eloquentiam non habentium [& lactentium]
inſipientium mundi & ſapientium dei, qui lac doctrinæ cœleſtis libenter hauriunt,
& delicata cibaria ſuperbiæ & cupiditatis contemnunt [perfeciſti laudem] id eſt,
laudem tuam perfectam feciſti [propter inimicos tuos] id eſt, mundi ſapientes, qui 1.Cor.1
tibi inimicantur, ſuam gloriam non tuam quærentes, confundendos: qui humiles Iere.9
eligis, & fortes confundis [vt deſtruas in iudicio [inimicum] id eſt, falſum Chri-
ſtianum [& vltorem] qui ſe vlciſcitur, non expectans deum cuius eſt vltio. [Quo- Rom.12
niam videbo cœlos tuos] id eſt, intelligam ſcripturas tuas iſta prædicantes quæ ſunt Ezech.9 Deute.32
[opera digitorum tuorum] id eſt, à ſpiritu ſancto ſunt factæ, quia ſicut plures ſunt 1.Cor.12
digiti in vna manu: ſic plura dona de vno ſpiritu, & videbo [lunam] id eſt, vni-
B uerſalem eccleſiam [& ſtellas] id eſt, ſingulos electos [quæ] vel [quas tu fun-
daſti ſuper fundamentum apoſtolorum & prophetarum, id eſt, ſuper Chriſtum.
[Quid eſt homo] id eſt, quàm vilis & miſer eſt homo peccator [ꝙ] tamen [me- Ephe.2
mor es eius] ſaltem dans ei ſalutem temporalem & bona terrena [aut filius homi-
nis] id eſt, ſpiritualis homo [quoniam viſitas eum] qui prope eſt puritate vitæ, &
ideo viſitas, id eſt, lumine gratiæ tuæ illuſtras. Vel filium hominis vocat CHRI-
STVM per quem deus viſitat hominem. Et de eo exponatur litera ſequens. [Mi-
nuiſti eum paulominus ab angelis] propter paſſibilitatem & mortalitatem carnis, Gloria
quia in alijs maior eſt angelis quibus imperat, nam poſtea [gloria] id eſt, frequenti quid ſit
fama cum laude [& honore] vt ab hominibus honoretur [coronaſti eum] quia Corona
de vniuerſis electis coronam ei feciſti, qui ſunt ei ad ornamentum & decorem [& Chrĩ ſũt electi eius.
conſtituiſti eum] ad dexteram tuam [ſuper opera manuum tuarum] id eſt, ſuper
ea quæ feciſti in cœlo & in terra. Et vere, nam. [Omnia] viſibilia & inuiſibilia
[ſubieciſti ſub pedibus eius] id eſt, ſub dominio & poteſtate eius, & ſubieciſti ei [o-
ues] id eſt, humiles & manſuetos [& boues vniuerſas] id eſt, laborantes in vinea
prædicando & fœcunditatem in ſe & in alijs oſtendendo [inſuper] id eſt, præter, i-
ſti qui boni ſunt ſubieciſti ei [& pecora campi] id eſt, voluptuoſos & peccatores qui
in campo mundi per latam viam perditionis incedunt, qui non euadent iudicium e- Matt.7
ius. [Volucres cœli] id eſt, ſuperbos qui in altum vanitatis volare nituntur [& pi-
ſces maris] id eſt, cupidos, & curioſos [qui perambulant ſemitas maris] id eſt, gau-
dia tranſitoria quæ cito euaneſcunt, ſicut ſemitæ in mari pertinaci ſtudio inquirunt: Matt.25
& hij ſubdentur ei, quia iudicante eo demergentur in infernum. [Domine dominus Iaco.1
noſter quàm admirabile eſt nomen tuum in vniuerſa terra] principium reperit, oſten Colo.3
dens initium & finem omnis boni ad deum eſſe referendum.

## ¶Pſalmi IX. Enarratio.

Confitebor

CONfitebor tibi domine in toto corde meo. ] Vox eſt perfectorum qui in
nullis mundanis cogitationibus vacillant, ſed toto deſyderio ad cœlum C
tendentes, deum perfecte laudant [ narrabo omnia mirabilia tua ] id eſt,
de viſibilibus certus, ad inuiſibilia intelligenda & narranda tranſitum faci-
am. [ Lætabor ] intus in cogitatione occultorum tuorum [ & exultabo ] manife-
ſte, non in voluptate corporum, ſed [ in te ] qui es exultatio indeficiens [ & pſallam ]
id eſt, opere celebrabo [ nomini tuo ] glorificando [ altiſſime ] ſuper omnia exiſtens.
Et hoc faciam. [ In conuertendo inimicum meum retrorſum ] id eſt, dum conuer-
Lucæ. 21 teris Satanan vt retro vadat, id eſt, permittas eum ſæuire in filios diffidentiæ, qui retro
ſunt & effuges eum à me [ infirmabuntur ] miniſtri eius, dum ego in ſpiritu efficior for-
tis [ & ] ſic [ peribunt ] id eſt, omnino inefficaces erunt mihi perſuadendo mala, & hoc
[ à facie tua ] id eſt, à præſentia tua, quia te ſentio præſentẽ. [ Quoniã feciſti iudiciũ meũ ]
id eſt, vt iudicem omne peccatum odiẽdum eſſe & fugiendum [ & cauſam meam ] id eſt,
munditiam vitæ meæ, qua diſcernor ab impijs [ ſedes ſuper thronum ] id eſt, iudi-
ciariam exerces poteſtatem [ qui iudicas iuſtitiam ] iuſtos ſaluando, iniuſtos dam-
nando, ſed prius vt inuenires iuſtos aliquos. [ Increpaſti gentes ] id eſt, conſcien-
tias malorum redarguiſti [ & ] tunc [ perijt impius ] & ſurrexit pius [ & ] ſic [ nomen
eorum quo impij vocabantur [ deleſti ] dum pœniterent [ inæternum ] id eſt, in hoc
præſenti [ & in ſeculum ſeculi ] id eſt, in futuro, quia deinceps vt iuſti in perpe-
Sap. 5 tuum viuent, & verę iuſtitiæ nomen accipient, nam. [ Inimici ] id eſt, diaboli [ de-
apoc. 1 fecerunt frameæ ] id eſt, tentationes & perſuaſiones inefficaces fuerunt omnibus ten-
dentibus perfecte [ in finem ] id eſt, in CHRISTVM, qui eſt finis deſyderij ſan-
ctorum [ & ciuitates eorum ] id eſt, habitacula dæmonum [ deſtruxiſti ] faciens ha-
bitationem CHRISTI. [ Perijt memoria eorum ] id eſt, malorum vt ſint boni
Malac. 3 [ cum ſonitu ] id eſt, cum multa repugnantia [ & dominus inæternum permanet ]
Num. 23 immutabilis, quàmuis ipſi mutentur. [ Parauit in iudicio ] id eſt, in quibuſdam e-
ligendis & quibuſdam reprobandis [ thronum ſuum ] id eſt, eccleſiam ſuam in qua
Matt. 13 ſedet, quia & bonos & malos hic continet [ & ipſe iudicabit orbem terræ ] id eſt, o- D
mnes qui terrenis adhærent [ in æquitate ] dans vnicuique pœnam ſecundum pecca-
Pſalm. 61 tum ſuum [ iudicabit populos ] id eſt, mediocriter bonos [ in iuſtitia ] reddens illis
Matt. 16 mercedem, prout meretur labor eorum. [ Et ] dum iudicat [ factus eſt dominus re-
Matth. 5 fugium pauperi ] ſpiritu non diuiti qui in multis diuitijs putauit ſe ſecurum, ſed pa-
Lucæ. 6 uebit horrende: dominus dico [ adiutor in opportunitatibus ] id eſt, vt opportunita-
Tribulatio vtilis tem habeat homo cognoſcendi ſemetipſum [ in tribulatione ] vt ſciat ſe adhuc peio-
Matth. 7 ra meruiſſe, qui enim tribulatur & non animaduertit quàm arcta ſit via quæ ducit ad
Acto. 14. vitam, ſtatim murmurat. [ Et ] quia talis adiutor es & tam opportunus [ ſperent
in te ] non in ſe, quando ſunt in tribulatione [ qui nouerunt nomen tuum ] id eſt,
dulcedinem nominis tui IESV amando & cogitando experti ſunt [ quoniam non
dereliquiſti ] imo dulciter aſſumpſiſti [ quærentes te domine ] perfecte. Et ideo vos
qui vultis non derelinqui. [ Pſallite domino ] id eſt, pro amore domini bene ope-
ramini [ qui habitat in Sion ] id eſt, anima contemplante futura [ annunciate ] id
Ezech. 3 eſt, prædicate [ inter gentes ſtudia eius ] de ſalute humani generis. Et neceſſe eſt vt
actu. 20 annuncietis. [ Quoniam requirens ſanguinem ] id eſt, mortem [ eorum ] ſi defectu
Lucæ. 16 doctrinæ moriantur [ recordatus eſt ] hunc requiret de manu prælatorum quorum
inſolentia pereunt, & tamen [ non eſt oblitus clamorem ] id eſt, deſyderium [ pau-
perum ] quia illos per ſemetipſum erudit, qui tanta paupertate conſtricti ſunt, ꝙ ho-
mines doctores habere non poſſunt. [ Miſerere mei domine ] miſerias meas remit-
Mortalia pctã portæ ſunt mortis. tens [ vide humilitatem meam ] quia me miſerum cognoſco & nulli me præpono, vt
liberer [ de inimicis meis ] & hoc facies tu. [ Qui exaltas me de portis mortis ] id
eſt, de mortalibus peccatis, quæ portæ ſunt mortis [ vt annunciem omnes laudatio-
nes tuas ] id eſt, laudabiles liberationes tuas [ in portis filiæ Sion ] id eſt, in fide ſpe
& charitate, quæ ſunt portæ vitæ æternæ. Et ſic in illis portis exiſtens. [ Exultabo
in ſalutari tuo ] id eſt, in te ſaluatore meo, [ quia infixæ ſunt gentes ] id eſt, mundi a-
matores qui gentiliter viuunt [ in interitu ] id eſt, in morte animæ [ quem fecerunt ]
voluntate



A voluntate & actione, vnicuique enim ſua iniuſtitia interitus eſt, & eadem res eſt eis de-
lectatio & mors. In magno ergo periculo ſunt qui tunc peius moriuntur, quando
ſic ſuauius viuere videntur. [ In laqueo iſto ] id eſt, in hoc fraudulenti conſilio Delectatio & mors.
[ quem abſconderunt ] id eſt, quo fallere voluerunt, promittentes felicitatem in vo-
luptatibus carnis [ comprehenſus eſt peccator ] id eſt, affectus, & amor eorum li- Rom. 3.
gatus eſt. Sed [ Cognoſcetur dominus iudicia faciens ] id eſt, manifeſtam vindi-
ctam in illo & in ſequacibus ſuis exercens, qui nunc pœnam inferre differens con-
temnitur [ in operibus manuum ſuarum comprehenſus eſt peccator ] quid ergo re-
ſtat, niſi vt damnetur ſicut fur, qui cum furto capitur, ſtatim decapitatur. [ Con-
uertantur peccatores ] id eſt, qui nolunt ad deum conuerti ne diutius gaudeant in
peruerſa voluntate, de huius mundi delectatione tollantur & ponantur [ in infer-
num ] id eſt, in perpetuam mortem, ad quam ſine dubio peruenturi ſunt qui præ- Matt. 7
cepta domini contemnunt, & cum illis eijciantur [ omnes gentes quæ obliuiſcun-
tur deum ] id eſt, quæ erroribus ſuperſtitionum, & immunditia voluptatum inuoluun-
tur. Nam memores dei ſunt, qui talia non requirunt. [ Quoniam non in finem ] id
eſt, vſque ad conſumptionem [ obliuio erit pauperis ] qui nunc in obliuione eſſe vi- Luc. 6
detur, cum diuites florere æſtimantur: quia dominus in fine vitæ pauperi datu- Matt. 25
rus eſt in cœlo remunerationem, & diuiti damnationem, nam [ patientia paupe-
rum ] in tribulatione poſitorum [ non peribit in finem ] id eſt non erit irremune-
rata: & vt ita ſit. [ Exurge domine ] id eſt, fer opem: quia quaſi ſedere videtur,
dum non adiuuat [ non confortetur homo ] id eſt, non præualeat exterior homo
interiori, ſed [ iudicentur gentes ] id eſt, in fine mundi excæcentur [ in conſpectu
tuo ] quantuncunque in conſpectu mundi florere videantur. [ Conſtitue domi-
ne legiſlatorem ſuper eos ] id eſt, Antichriſtum [ & ] tunc [ ſcient gentes quoni-
am homines ſunt ] id eſt, tantum terrena ſapientes. [ Vt quid domine receſſiſti
longe ] id eſt, longe recedere crederis, dum tribulatis ſubuenire tardaueris: & non Recedere dei ꝗd ſit.
ſine cauſa, quia [ deſpicis in opportunitatibus in tribulatione ] id eſt, opportune hæc
facis ad vtilitatem tribulandorum. Nam tunc deus vberius præſtat, cum magnæ
pacientiæ nobis ſolatia ſubminiſtrat. In antichriſto tanta erit verſutia, vt ſola
B eum virtus domini poſſit ſuperare. [ Dum ſuperbit impius ] perſecutor [ incen-
ditur pauper ] igne charitatis dei, quia dum videt peccatorem nimis exaltatum, fa-
cile nouit eum eſſe caſurum, & auidius ad humilia tendit [ comprehenduntur ]
impij [ in conſilijs ] id eſt, vinculis peccatorum ſuorum [ quibus cogitant ] alios
irretire, ſed illa ſunt eis primo ad ruinam. [ Quoniam laudatur peccator ] quia 2. Theſ. 2
adulantium linguæ alligant homines in peccatis, quod de antichriſto dicitur, qui
ſe deum prædicabit [ in deſyderijs animæ ſuæ ] id eſt, pro completione deſyderij
ſui [ & iniquus benedicitur ] id eſt, exaltatur & honoratur, ſed breuiter, quia.
[ Exacerbauit dominum ] id eſt, peccando fecit vt eum acerba pœna dominus dam-
naret, & tamen nunc dicit [ peccator ſecundum multitudinem iræ ſuę non quæret ]
id eſt, peccata quæ nunc operor non requiret deus in futuro. Et non mirum ſi pec-
cator verbo vel facto ſic dicat: quia. [ Non eſt deus in conſpectu eius ] id eſt, co- Impij malitia excæcãtur.
ram oculis cordis non habet lucem veritatis, & ideo peccarę non timet [ inquinatę
ſunt viæ illius ] ſcilicet actio, cogitatio, locutio [ in omni tempore ] id eſt, in tota Tit. 1
præſenti vita immundæ ſunt. [ Auferuntur iudicia tua ] quæ etiam ablatio eſt ma-
gna damnatio [ à facie eius ] id eſt, à cognitione, quia non credit ꝙ deus iudicet [ o-
mnium inimicorum ſuorum ] fidelium quantum ad corpora tantum ſeductorum
quantum ad corpora & animas [ dominabitur ] diabolus per antichriſtum. [ Di-
xit enim in corde ſuo ] ille miſer antichriſtus [ non mouebor à generatione ] poſ-
ſeſſa [ in generationem ] nondum habitam, id eſt, fama & nomen meum de hac
generatione non tranſiet in generationem poſterorum [ ſine malo ] id eſt, niſi arti-
bus malis adipiſcar tam excelſum principatum, ſic putauit Simon magus ſcelera-
tis artibus in diuinam generationem ſe tranſiturum. [ Cuius maledictione os ple- Actu. 8
num eſt ] id eſt, falſa eius prædicatio plena erit blaſphemia, quia ſe filium dei men- 2. Theſſ. 2
tietur, & amaritudine mortis quam inducet reſiſtentibus ſibi [ ſub lingua ] id eſt,
ſub locu-

ſub locutione eius labor pro adquirendis [& dolor] pro admiſſis. Sedet [in inſidijs] id
C eſt, inſidiabitur decipere homines falſa felicitate huius ſeculi [cum diuitibus] quos cum
Antichriſti dolus muneribus cumulauit [in occultis] id eſt, in dubijs, vbi non facile intelligitur quid
ſit appetendum & quid fugiendum [vt interficiat innocentem] & faciat eum nocen-
tem. [Oculi eius in pauperem] ſpiritu, qui ei contradicit [reſpiciunt] odioſe & cum in-
Matt. 5 dignatiōe. Hæc perſecutio antichriſti periculoſiſſima erit, quia vim habebit in imperio
& dolum in miraculis [inſidiatur in abſcondito] fingens ſe ſanctum cum nequiſſimus
ſit, ſed [quaſi leo in ſpelunca ſua] quia quos dolo non decipit, crudelitate occidit. [Inſi-
diatur vt rapiat pauperem] qui terrena contemnit [rapere pauperem] quærit ab amo-
re cœleſtium [dum attrahit eum] minis & blanditijs. [In laqueo ſuo] id eſt, in ſignis &
poteſtate ſua quibus decipiet multos [humiliabit eum] ſcilicet pauperem, quia ſancti
tunc quaſi pro nihilo habebuntur: ſed tamen velit nolit, virtute dei vrgente [inclina-
bit ſe] id eſt, deficere incipiet [& cadet] ab excellentia ſua in tormentum æternum cum
Antichriſti interitus ſequacibus ſuis, ſed [cum dominatus fuerit pauperum] id eſt, poſt ſanctorum pœnas vt
ipſi glorioſius ornentur. [Dixit] enim prius [in corde ſuo] quia hoc loqui non erit au
ſus, ne à ſuis relinqueretur [oblitus eſt deus] id eſt, non curat quid ego faciam [auertit fa
ciem ſuam ne videat in finem] id eſt, in terram quæ eſt finis elementorum. Applaudit ſi
bi de impunitate ſcelerum ſuorum, ſed. [Exurge domine deus] id eſt, oſtende poten-
tiam tuam contra ipſum, [& exaltetur manus tua] vt eius manus abſcidatur [& ne obli-
uiſcaris pauperum] in retributione meritorum. [Propter quid] quaſi fruſtra [iritauit
impius deum] id eſt, ad iram prouocauit [dixit enim in corde ſuo: non requiret] id eſt,
Iritare deum. non iudicabit. In hoc enim iritatur deus, quia impius eum non putauit facta ſua vel-
le requirere, ſed inueniet memorem, quem dixit oblitum, nam. [Vides] contra eos qui
Eccle. 8 dicunt eum non videre, quia ſtatim non infert vindictam [quoniam tu laborem] ſan-
ctorum in defenſione veritatis [& dolorem] de longinqua peregrinatione [conſideras]
ad dignam remunerationem cōſeruans [vt tradas eos] ſcilicet impios [in manus tuas]
Orphano mundus mortuus &c. vltrices vt non euadant. [Tibi] tamen [derelictus eſt pauper] tuēdus [orphano] cui pa-
ter ſcilicet mundus mortuus eſt [tu eris adiutor] quia propter te bona mundi contem-
pſit, vt tu ſis tantum ſpes eius. [Contere brachiū] id eſt, ad nihilum redige fortitudinem
[peccatoris] quæ contraria eſt Chriſto [& maligni] id eſt, qui malignitate peccat [quæ D
retur peccatū illius] id eſt, iudicabitur de peccato ſuo [& non inuenietur] ſcilicet nec lo-
cus nec peccator, quia ipſe propter peccatum ſuum peribit, & non dubium ꝙ ſcelerata
poteſtas euaneſcet. [Dominus regnabit] interfecto Antichriſto [in æternum & in ſe-
Luc. 1 culum ſeculi] id regnum domini ęternum eſt, vbi adepta ſecuritate quieſcamus [ſed pe-
Matt. 25 ribitis gentes de terra illius] id eſt, vos omnes q feraliter viuitis, in die iudicij de terra vi-
uentium eſtis perdendi. [Deſyderium pauperum] quod eſt gaudium electorum [exau-
diuit dominus] quia hoc deſyderium ipſe dat [præparationem cordis eorum] id eſt, af-
Pauperū deſyderia quæ ſint. fectum precandi gratia dei præparatum [audiuit auris tua] id eſt, præſentia potentię tuę
qua audis, quia non debemus intelligere dei aurem aliquod membrum corporeum.
[Iudicare pupillo] qui non habet mundum adiutorem [& humili] qui de ſe non præſu
Iere. 17 mit, id eſt, pro iſtis profert ſententiam [vt non apponat] id eſt, præſumat vltra [magnifi
1. Cor. 15 care ſe homo] id eſt, ponere carnem brachium ſuum [ſuper terram] id eſt, ſuper firmi-
tatem ſanctorum ſuperbiens, quia tunc omnia mala finienda, quādo author malorum
omnium cum ſua plebe damnabitur.

## ¶Pſalmi X. Enarratio.

IN domino confido] non in vanis argumentis & aſtutijs [quomodo] id eſt, qua ſtul-
titia vos inſipientes [dicitis animæ meæ] id eſt, perſuadetis [tranſmigra in montem]
id eſt, in dogma malorum vel in eleuatam ſuperbiam [ſicut paſſer] id eſt, inſtabilis mo-
2. Tim. 2 re paſſeris. [Quoniam ecce peccatores] id eſt, errantes in opere & ſermone [intenderūt
arcum] id eſt, ſcripturam [parauerunt ſagittas ſuas] id eſt, ſubtiles ſentētias in pharetra
Hæreticorum cona tus periculoſus. id eſt, in corde ſuo [vt ſagittent] id eſt, penetrādo decipiant [in obſcuro] in occulto con
ſilio, quando ſe putāt Chriſtianos citius poſſe decipere [rectos corde] id eſt, iuſtos quos
i niuſtos nituntur reddere ſuis peruerſis doctrinis. [Quoniam quæ tu perfeciſti] id eſt,
ſcripturas quas vere & perfecte feciſti [deſtruxerunt] id eſt, deſtruere conati ſunt ad
ſuum ſenſum eas referentes [iuſtus autem quid fecit?] quaſi diceret: non conſenſit illis,
imo pa-



imo pacem tenet. [Dominus in templo ſancto ſuo] id eſt, in quolibet fideli & iuſto eſt 1. Cor. 3
A [dominus in cœlo] id eſt, in ſancta anima [ſedes eius] id eſt, ibi quieſcit. [Oculi eius in
pauperem] qui nec mundana cupit, nec timet [reſpiciunt] miſericorditer [palpebrę e-
ius] id eſt, iuditia & præcepta [interrogant filios hominum] id eſt, probant vtrum di-
ligant eum vel non. [Dominus interrogat] id eſt, probat [iuſtū] ne cadat [& impium] Heb. 4
vt reſurgat, vt vnuſquiſq; circumſpiciat conſcientiam ſuam, de qua nouit ſolum domi- 1. Reg. 16
num ferre iudiciū [qui autem diligit iniquitatem] quæ contraria eſt deo [odit animam
ſuam] quia eam occidit diligendo peccatum, nam. [Pluit ſuper peccatores laqueos] id Rom. 1
eſt, in præſenti dabit malos in reprobum ſenſum, quo illaqueantur vt non agant bene
& in futuro [ignis ſulfur] id eſt, ardens fœtor pro peccatis luxuriæ, & cupiditatis [& ſpi
ritus procellarum] id eſt, iudicialis ſententia propellens eos ad ignem, & hæc eſt [pars apo. 19, 21
calicis eorum] id eſt, menſura pœnę illorum, qui diligentes iniquitatem & odientes ani
mam ſuam pollutis actibus inebriantur. Et vere ita erit. [Quoniam iuſtus dominus]
puniendo peccatores [& iuſtitias dilexit] iuſtos & merita iuſtorum [æquitatem] me-
riti [vidit vultus eius] id eſt, eius cognitio quæ falli non poteſt.

## ¶Pſalmi IX. Enarratio.

SAluum me fac domine] id eſt, redde mihi innocentiam in primo parente amiſſam, Gene. 3
vt ſaluus ſim, quia timeo [quoniam defecit ſanctus] id eſt, non inuenitur in mun- Matt. 22
do vbi tanta malorum cognoſcitur ineſſe multitudo, hoc dicit, quia in cōparatione ma- In cōparatione malorū pauci aut nulli ſunt ſancti.
lorum ait non ſunt ſancti, aut pauci: vel potius hoc dixit, quia ſic ſibi videbatur [quoniā
diminutę ſunt veritates] & ſectantur falſitatem, quæ diminutio ita pertranſijt, vt valde
ſit difficile inuenire veritatē, et nec cōſtantia veritatis teneatur [à filijs hoīm]. i. à poſte-
ris eorū. [Vana locuti ſunt vnuſquiſq; ad proximū ſuū] laudando vana pro veris, mala
pro bonis, & ſic [labia] habent [doloſa] venena occultātia ſub ſpetie cōſulentis, quia [in Iſa. 5
corde & corde locuti ſunt] id eſt, duplici corde vt alliciant ad ſuam voluntatem. Et i-
deo ne & nos decipiamur etiam qui gratiam verbi habemus. [Diſperdat dominus] id. Linguā doloſam execratur deus.
eſt, perire faciat [vniuerſa labia doloſa] quæ ſub ſpetie boni malum conſulunt [& lin-
B guam magniloquam] id eſt, ſuperbam linguam ſeipſam magnificantem. Ecce quàm
ſuperba loquuntur. [Qui dixerunt linguam noſtram] id eſt, eloquentiam noſtri inge-
nij [magnificabimus] id eſt, magnam æſtimari faciemus, quia [labia noſtra à nobis
ſunt] id eſt, rationes labiorum noſtrorum nobis ſufficiunt [quis noſter dominus eſt]
id eſt, cuius magiſterio ſubijciemur. De numero iſtorū ſunt illi qui dicūt ſe verba expo Hæreticorū ſuperbia taxatur.
ſitorum non pōderare niſi tantum literam ſcripturæ. Sed verè quia nolunt fieri diſcipu
li exponentium, facti ſunt magiſtri errorum. [Propter miſeriam inopum] id eſt, quia
inopes, qui ſunt ſine ope diuitiarum miſeriam patiuntur propter hanc delendam [& ge Apoc. 21.
mitum pauperum] ſanctorum conuertendū in riſum, qui iugiter ſuſpirant ad cœlum
[nunc exurgam dicit dominus] id eſt, iam ſtatim ad iudicandum veniam. Et tunc.
[Ponam] inopes & pauperes nunc in gemitu, & miſeria exiſtentes [in ſalutari] id eſt, Luc. 6
in ſalute æterna [fiducialiter agam in eo] id eſt, faciā eos in omni fiducia, & ſecuritate Iſa. 32
quieſcere & nō erit qui eos terreat. Et vt de iſtis nō dubitemus ſubdit. [Eloquia dñi] id
eſt, promiſſa eius [eloquia caſtra] id eſt, ſine corruptione ſimulationis, & nullo modo a-
dulterata mēdacio [argentū igne examinatum] id eſt, puriſſimum igne tribulationum
non deficiens, ſed [probatum terræ] id eſt, ſeparatum à terrenis ſordibus, quia nec terre
num ſapiens [purgatum ſeptuplum] id eſt, perfecte. [Tu autē dñe ſeruabis nos] in cha-
ritate quaſi theſaurum [& cuſtodies nos] ne adhæreamus terrenis [à generatione hac]
mortali in qua nunc ſumus vſq; [in æternum] perducendo ad immortalitatem, nos ſic
promouebis, ſed. [In circuitu] id eſt, in temporalium rerum cupiditate, quam ſemper
repetito circuitu nunquam prætereunt [impij ambulant] id eſt, proficiunt de malo in
peius, quia [ſecundum altitudinem tuam] id eſt, ſecundum altum & imperſcrutabile iu
dicium tuum [multiplicaſti filios hominum] id eſt, bonos & malos.

## ¶Pſalmi XII. Enarratio.

VSquequo domine] id eſt, quādiu [obliuiſceris]. i. in anguſtijs huius vitæ torqueri
permittis, cum ſtatim poſſis releuare [me] tendentem ardenter [in finem] id eſt, Apoc. 1
in Chriſtum, qui eſt finis intentionis animæ meæ [vſquequo auertis faciē tuam à me]
id eſt, non das mihi plenam notitiam tui per claram viſionem. Oſtenditur hic quanto Iohā. 17

deſiderio in hoc tempore ſancti affliguntur, qui cupiunt aduentũ dñi. [Quam diu po-
nam conſilia] ſcilicet faciendi vel nõ faciẽdi [in anima mea] propter imminẽtia pericu C
la tentationũ. Erubeſcant hic præſumptores, q dicunt hoiem poſſe eſſe ſecurũ in hac vi
ta à tentatione & fomitẽ carnis, id eſt, appetitũ ſenſualẽ poſſe extinguere & multas alias
ineptias fingunt ex ſuo ſenſu, nõ authoritate ſcripturę. Sed etiam nõnulli magis demen
tes, æſtimant ſe ſuperaſſe & ſumma præcepta ſcripturarũ, tamen nec minima perfecte
impleuerũt, quia ſeipſos nõ cognoſcunt putãtes ſe altos propter modicã pœnitentiam
quã ſuſtinuerũt, contra quos ſubdit [& q̃ diu ponã dolorẽ in corde meo] id eſt, tamdiu
oportet me cõſilium & dolorem in corde meo ponere, q̃ diu impugnantes ſpirituales &
corporales ſcio me habere, & hoc [per diem]. i. continue, quia tũc homo ſæpe decipitur
cũ putat ſe ſecurũ. Sic ergo [per diem]. i. de quotidiano lapſu oportet homo ponere in
corde ſuo dolorẽ cõtra illos, qui dicunt hoiem poſſe viuere & nõ peccare. [Vſq; quo ex-
altabitur inimicus meus]. i. carnalis cõcupiſcentia [ſuper me] faciẽs me illi obedire. Sed
[reſpice] me oculo pietatis [& exaudi me dñe deus meus] vt ſub me deprimatur inimi-
cus ille q animæ meæ iugiter aduerſatur. Et vt ita ſit. [Illumina oculos meos] interiores,
ſplendore dilectionis tuæ [ne vnquam obdormiam] id eſt, moriar [in morte] id eſt, in
peccato mortali [& nequando] id eſt, ne forte [dicat inimicus meus] id eſt, diabolus glo
riando de perditione mea [præualui aduerſus eum]. i. vici eum in bello ſpirituali, qa ſi
morimur criminoſi, præualet demon, ſi luminoſi, nos præualemus. [Qui tribulant me]
id eſt, cõtinue tentãt & impugnant [exultabunt, ſi motus] id eſt, lapſus [fuero] in pecca-
tum [ego autem] vt nõ laberer [in miſericordia tua ſperaui] non in propria virtute cõfi
do, quia ſi non mouetur homo ſed fixus in Chriſto permanet, hoc ſibi nõ tribuat, ne cũ
gloriatur ſe non eſſe motũ, ipſe ſuperbia moueatur. Et quia non præualet inimicus, nec
gloriatur de motu meo, nõ ero ingratus de tantis beneficijs, ſed. [Exultabit cor meũ in
ſalutari tuo] id eſt, in Chriſto non in me [cantabo dño.] id eſt, in ſpirituali canore iubi
lans immolãdo illi vitulos labiorum [qui bona ſpiritualia nõ ad humanum diem perti
nentia tribuit mihi] non vendidit merito meo [& pſallam nomini domini altiſſimi] id
eſt, quicqd boni operabor, ad laudem nominis Ieſu operabor, vt apud hoẽs innoteſcat.

hoies poſſe eſſe ſecuros in hac vita a tẽtatione, male quidam aſſerunt.
Eccle. 7
Cõtra illos qui dicunt hominẽ poſſe viuere & non peccare.
Rom. 7
1. Pet. 5
Gala. 5
Iere. 17
Iohan. 15
Bona noſtra Chriſto attribuenda.
Oſeæ. 14
Colo. 3
Matt. 5

## ❡ Pſalmi XIII. Enarratio.

DIXIT inſipiens] id eſt, non ſapiens ea quæ dei ſunt [in corde ſuo] quia nemo au-
det dicere [nõ eſt deus] & ſi auſus fuerit cogitare. [Corrupti ſunt] id eſt, dũ amant
hoc ſeculum, non amant deum, & ipſę voluntates prauæ corrũpunt animã, & ſic excæ- D
cant, vt poſſit dicere in corde ſuo: non eſt deus, ſic enim probant deũ non habere in no-
ticia. Nemo autẽ mundũ cor tenẽs, deum nõ eſſe ſentit: ſed vitiorũ oblectatio deũ nõ eſ-
ſe perſuadet, & recte talis inſipiens, ſic nõ præuidens in futurum: corrupti ergo [ſunt co-
gitationibus [& abominabiles facti ſunt] operibus [in ſtudijs ſuis: non eſt qui faciat bo
num] ex ipſis corruptis [non eſt vſq; ad vnum] id eſt, nec vnus ex illis bene facit. [Do-
minus] pater [de cœlo] id eſt, de Chriſto [proſpexit ſuper filios hominum] id eſt, ama-
tores mundanarum rerum [vt videat] id eſt, eos videre faciat [ſi eſt intelligens] quid ſit
amandum, & quid odiendum [aut requirẽs deum] vt intelligatur & ametur, ſed nec eſt
inter eos qui intelligit, nec qui deum amare cupit. [Quia omnes declinauerunt] vel ad
dexteram per proſpera ſuperbiendo, vel ad ſiniſtrã per aduerſa murmurãdo nullus eo-
rum per rectam viam incedit [ſimul] trahẽtes in iugo malitiæ [inutiles facti ſunt] quia
& ſi & proximis nocent, inuicẽ fraudẽtes, & fraudati prodeſſe non quærunt, non eſt qui
faciat bonũ] placitum deo [non eſt vſq; ad vnum] id eſt, nec vnus. [Sepulchrũ patens
eſt guttur eorum] id eſt, mortiferos & fœtidos ſermones proferunt [linguis ſuis doloſe
agebant] id eſt, doloſa & diſcordias diſſeminabant [venenum aſpidum] id eſt, odio-
ſum, inſanabile [ſub labijs eorum] id eſt, in corde illorum, quia in præſentia adulan-
tur, & in abſentia diffamant. [Quorum os maledictione] detractionis & amaritudine
mendacij [plenum eſt] quia vix alia loquuntur [veloces pedes eorum] id eſt, affectus
eorum parati ſunt [ad effundendum ſanguinem] id eſt, ad faciendum mortem anima
rum, nam. [Contritio] id eſt, conterunt iugum Chriſti reluctando [& infelicitas] id
eſt, tempeſtas & intranquillitas mentis, cuius nullam quietam habent [in vijs eorum]
id eſt, in actionibus & loquutionibus, omnes enim vię malorũ plenæ ſunt laboribus &
miſeria. Ideo clamat dominus: venite ad me omnes, qui laboratis & onerati eſtis. Tolli
te iugum

Sap. 2
Roma. 1
Deũ non eẽ, nemo dicere audet.
1. Cor. 1
Titum. 3
Matt. 12
Luc. 6
Prou. 6
Prou. 4
Matt. 11
Sap. 5
Matt. 11



A te iugum meum ſuper vos, & inuenietis requiem animabus veſtris: quia iugum diaboli
quod diu portaſtis, non habet niſi laborem & dolorem [viam pacis] internæ & æternæ
[non cognouerũt] id eſt, non dilexerunt quia [nõ eſt timor dei ante oculos eorum] &
ideo nõ mirum ſi errent q illo carent, ſine quo recte ire nõ poſſunt, ſed. [Nonne cogno-
ſcent] in futuro vindictã [omnes q] nunc [operantur iniquitatẽ] perſeueranter [qui de-
uorant plebẽ meam]. i. pauperes & humiles opprimunt [ſicut eſcam panis] id eſt, quoti
die: Cibus enim panis quotidianus eſt. Hoc tãgit ſacerdotes q populum dñi deuorant
dum ſua cõmoda ex illo quærũt, non referentes miniſteriũ ſuum ad gloriã dei, & ad ſa
lutem animarũ quibus pręſunt. [Deum non inuocauerũt] qa labijs, nõ affectu, ſed [illic
trepidauerunt] id eſt, in amiſſione rerũ temporalium [vbi non erat timor] id eſt, nullo
modo timendum talia bona amittere, quæ homo non poteſt retinere: timent ergo amit
tere mundũ, & amittunt regnũ cœlorum, & econtra iuſti. [Quoniam dñs in generatio-
ne iuſta eſt] id eſt, in ſanctis ſuis manet & non eſt de illis q diligunt ſeculum: iniuſtũ eſt
enim diligere ſeculũ & relinquere ſeculi cõditorem [conſilium inopis]. i. pauperis quo
mundana gaudia cõtemnit, vos diuites [confudiſtis]. i. confuſibile iudicaſtis [quoniam
dñs ſpes eius eſt] non aliquod terrenũ. [Quis] niſi ego Chriſtus [dabit ex Sion]. i. deſur
ſum à patre luminũ [ſalutare Iſrael] id eſt, ſalutẽ populo Chriſtiano, nam [cũ auerterit
dñs captiuitatem plebis ſuæ] id eſt, cũ plene ſoluta fuerit à culpa & pœna, tunc [exulta-
bit] beatitudine æterna [Iacob] id eſt, laborãtes in actiua vita [& lætabitur Iſrael] id eſt,
quieſcentes in cõtemplatiua vita, perfectam lætitiã & florem amoris habebunt.

Iugũ diaboli graue, Chriſti autem ſuaue.
Eccle. 15
Sacerdotes auari taxantur
Ezec. 22
1. Pet. 5
Iſa. 29
Iacob. 1
Iſa. 55

## ❡ Pſalmi XIIII. Enarratio.

DOmine quis habitabit] id eſt, perſeueranter & ſtrenue militabit [in tabernaculo
tuo] in eccleſia quæ adhuc peregrinatur [aut qs requieſcet in mõte ſancto tuo]. i.
in eccleſia celſitudine ſanctorũ. Intendit hic propheta mõſtrare nobis viam regiã, quo-
modo per Chriſtianam militiam peruenire poſſimus ad patriã, ad cuius quietem nemo
peruenire poteſt, niſi ſubſequentia actu impleuerit. Vnde ſtatim ſubdit vox reſpõden-
tis ex perſona dñi. [Qui ingreditur] militiam ſuã [ſine macula criminalis culpę [& ope
ratur iuſtitiam] reddẽs vnicuiq; ius ſibi cõpetens. [Qui loquitur veritatẽ in corde ſuo] id
eſt, qui ſe cognoſcit miſerum & peccatorẽ & inſufficientẽ, aliter mẽdacium loqueretur
B [qui non egit dolũ in lingua ſua] id eſt, qui decipit proximũ. In lingua enim dolus agi-
tur, cum aliud in corde tegitur, aliud ore profertur. [Nec fecit proximo ſuo malũ] id eſt,
non nocuit illi verbo vel facto [& obprobrium nõ accepit] id eſt, acceptum non habuit,
nec placitũ obprobrium prolatum [aduerſus proximos ſuos] vt ſic erubeſcerẽt vel con-
temnerentur. [Ad nihilũ deductus eſt in conſpectu eius malignus] id eſt, pro nihilo ha
bet iniuriæ illatorem, ſciens remuneratorem deũ [timentes autem dñm] id eſt, declinan
tes à malo & facientes bonũ [glorificat] id eſt, glorioſos reputat, non illos qui florent in
amore ſeculi, & areſcunt in conſpectu dei. [Qui iurat proximo ſuo & nõ decipit] id eſt,
qui in contractibus humanis exhibet quod promittit. In baptiſmo omnis fidelis iurat
Chriſto: Beatus ergo qui nõ mutat, quod promiſit [qui pecuniã ſuam non dedit ad vſu-
ram] id eſt, non accepit ſuperabundantiã, nec aliquod opus bonũ propter humanos fa-
uores, vel temporalia commoda fecit [& munera ſuper innocentem non accepit] id eſt,
ad ſuperandum innocentẽ in cauſa. [Qui facit hæc] id eſt, qui ſic militat in via [non
mouebitur in æternũ] quia regnabit in patria, id eſt, perueniet ad illa maiora, in quibus
eſt ſtabilitas in concuſſa æternę requiei. Iſta perfectio eſt vtilis in homine vt ſuperari va
leat malignus, id eſt, mundus qui in maligno poſitus eſt.

2. Cor. 3
Via regia ad patriam cœleſtẽ q̃ ſit pulchre deſcribitur
1. Ioh. 1
Dolus.
Rom. 12
Pſal. 30
Iuramentũ in baptiſmo pſtamus.
1. Ioh. 5

## ❡ Pſalmi XV. Enarratio.

COnſerua me domine] quia ego meipſum conſeruare nec ſcio nec poſſum [quoni-
am ſperaui in te] qui ſolus ſaluas [dixi dño, deus meus es tu] id eſt, affectus ſum er-
ga te ſicut creatura erga creatorẽ, ſancta conſcientia loquitur [quoniam bonorum meo
rum non eges] ſed ego bonis tuis egeo, quia nulla habere potero niſi ex te: clamat huma
nitas Chriſti dñm penitus bonis ſuis nõ egere. [Sãctis qui ſunt in terra eius]. i. ſanctis,
qui ſpem ſuam poſuerunt in terra viuentium [mirificauit] deus pater miras fecit [om-
nes voluntates meas in eis] ſcilicet ſanctis complendas: quos de mortalibus ipſi patri e-
go Chriſtus ęternos reddo, & de terrenis cœleſtes facio. [Multiplicatę ſunt infirmitates
eorum] id eſt, multiplices intelligunt infirmitates ſuas & peccata [& poſtea acceleraue-

2. Cor. 3
Iohan. 15

Matt.9 runt ad medicum vt ſanarentur.[Non congregabo conuenticula eorum de ſanguini-
bus]id eſt,conuenticula eorum nõ erunt carnalia,ſed ſpiritualia cœleſtibus mancipata C
[nec memor ero nominum eorũ]à quibus mutantur & accipiunt noua nomina[per la
Matt. 25 bia mea]propria,quãdo dicturus ſum:Ite maledicti.[Dñs pars hæreditatis meæ]id eſt,
Luc,12 Calicis i- portio mea hæreditaria[& calicis mei]id eſt,calix meus dñs eſt, quem bibam in regno
piorũ & ſuo.Bibant ergo amatores mundi mortiferas feces peccatorũ,& venena voluptatũ,ego
iuſtorum bibam dominũ meũ, qui eſt fons vitæ[tu es]o Chriſte[qui reſtitues hæreditatẽ meam
magna differẽtia mihi]id eſt,hæreditatem paradiſi,quã in primo parente amiſi.Et vere reſtitues,quia.
Pſal.35 [Funes]id eſt,limites poſſeſſionis meæ[ceciderunt mihi in præclaris]id eſt,in tua præ-
Ioh.4.7 clara æternitate tanquam ſorte[etenim hæreditas mea]cœleſtis pręclara eſt mihi]dum
ad reſurrectionis æterna gaudia perueniam. Et ideo. [Benedicam dominum qui tri-
buit mihi intellectum,quo iſta hæreditas videri & poſſideri poteſt[inſuper] id eſt, præ-
ter intellectum [& vſq; ad noctem]id eſt,mortem [increpuerunt me renes mei ] id eſt,
delectationes carnis meæ,mihi me reprehenſibilem fecerunt:ſed tamen non præualue
runt,quia. [Prouidebam dominum in conſpectu meo ſemper ] id eſt,eius timorem &
amorem in corde meo iugiter habebã [quoniã à dextris eſt mihi]id eſt,ad æternam fe-
licitatem me tendere facit, vt aſtem ad dexteram eius in futuro[ne commouear]à ſtabi
Mar,25 litate intentionis ad ſiniſtram. [Propter hoc]ſcilicet,quia mecum eſt[lætatum eſt cor
meum]id eſt,in cogitatiõibus de Chriſto iucunditatẽ habeo [& exultauit lingua mea ]
id eſt,in verbis dei exulto[inſuper]id eſt,præter hæc bona[& caro mea cadens per mor
tem[requieſcit]tradita terræ[in ſpe]reſurrectionis. [Quoniã non derelinques animã
Iob.19 meam]vt ſit in inferno & vt maneat in morte ſpirituali,quam per tuam gratiam viuifi-
caſti[nec dabis ſanctum tuum]id eſt,corpus glorificatum[videre corruptionem] poſt
reſurrectionem:& merito,quia.[Notas mihi feciſti vias vitę]vt per humilitatẽ poſſem
Vitæ vię quæ ſint. redire ad vitam:viæ vitæ ſunt humilitas,charitas,patientia, feruens deuotio [ adimple-
bis me lætitia] æterna[cum vultu tuo]id eſt,cum te videro facie ad faciem,vbi ſunt de-
Lu,18.14 lectationes pleniſſimæ & ſuauiſſimæ[in dextera tua] ponito [vſq; in finem] id eſt, per-
fectionem & æternitatem quæ eſt finis conſummans.

¶ Pſalmi XVI. Enarratio.

EXaudi domine iuſtitiam meam]id eſt,exaudi me prout meretur iuſtitia mea[intẽ D
de deprecationem meam]id eſt,intenſa fac in feruenti deuotione,vt extendatur vſ
que ad te.[Auribus percipe orationem meam ] quæ eſt pro bonis conferendis [ non in
Matt.6 labijs doloſis]prolatam,vt hypocritę,qui clam pſallunt,& ſancti eſſe videri volũt. Duo
Orare debemus duobus modis bus modis orare debemus,vel nos accuſando,vel viuificando propter elationem vitan
dam,vel quaſi quædam noſtra merita proponendo propter ſpem retinendam.[De vul
tu tuo]id eſt,de tua voluntate[iuditium meum prodeat]id eſt,appareat,non de volunta
te detractorũ & malignorum,qui bona derogãt & famam denigrãt[oculi tui]id eſt,cõ
tuitio diuinitatis[videant æquitates] de bonis glorificandis & exaltandis & de malis re
probandis & deprimendis:& vt ego non proferam aliud,quoniam te illuminante intel
ligam.Et merito,quia.[Probaſti cor meum]id eſt,approbaſti & irreprehenſibile inue-
niſti,quia ſemper in charitate perſiſtens[& viſitaſti nocte] ſcilicet prius in tribulatione
Eccle.27 Sap.3 quæ perturbat,vt nox dum caret luce proſperitatis[igne]tẽtationis[me examinaſti]id
Prou.22 eſt,vt aurum in fornace me probaſti[& non eſt inuenta in me iniquitas]id eſt,conſen-
ſus ad mortale peccatũ,q̃uis graui tẽtatione impellerer.Et hoc ideo per gratiã tuam fa-
1.Cor.10 Colo.3 ctum eſt.[Vt non loquatur os meũ opera hoĩm]id eſt,vt nõ procedat aliud ex ore meo,
Rom.12 q̃ quod æſtimo pertinere ad laudẽ & gloriã tuam,& vt non offenderem in lingua more
humano,reddendo maledictum pro maledicto: ſed potius[propter verba labiorũ tuo-
Matt.7 rum]complẽda quæ per temetipſum & prophetas locutus es[ego cuſtodiui vias duras]
id eſt,laborioſas eundo per arctã viam,quæ ducit ad vitã.Et ideo.[Perfice greſſus me-
os]id eſt,perfectas fac actiones meas[in ſemitis tuis]id eſt,in conſilijs euangelicis & in
charitate me fac perfectum, qua perueniam ad requiem tuam [vt non moueantur veſti
gia mea]id eſt,affectus mei ab inceſſu anguſti itineris,quo recte ad vitam tendo. [Ego
clamaui ] id eſt , valde deſyderio ad te preces direxi [ quoniam exaudi me ] dando
ſpem vitæ æternæ , & nunc[inclina aurem tuam ] mihi humili [& exaudi verba mea]
id eſt,verba orationis meę hic:ſed.[Mirifica miſericordias tuas]id eſt,miras fac videri,
ne viles-



A ne vileſcant et ne minus amẽtur [qui ſaluos facis]id eſt,in cœleſti gaudio cõſtituis[ſpe
rantes in te]id eſt,tibi per certã ſpem adhęrentes.[A reſiſtẽtibus dexterę tuæ].i.à dęmo
nibus & reprobis hominibus,q veræ reſiſtunt beatitudini,quæ eſt in dextera tua[cuſto
di me]ne illis conformer[vt pupillã oculi].i.perfecte,quia naturaliter homo claudit o-
culum,ne ſuper eum cadat aliquod extrinſecũ.[Sub vmbra alarũ tuarum]id eſt,in mu
nimento charitatis & miſericordiæ tuæ[protege me]quæ ſunt quaſi alæ tuæ, quibus de
fendimur[à facie impiorũ]id eſt,ab infeſtatione Satanę,et miniſtrorũ eius[qui me affli
xerũt]tentationes & anguſtias inferendo.[Inimici mei]falſi fratres & inuidi[animam
meã circundederunt]inſidiãtes quomodo poſſent eã occidere[adipẽ ſuũ concluſerũt]
id eſt,interius pinguedine vanitatis et peruerſitatis ſaginati , exterius ſanctitatẽ finxerũt:
& ſic[os eorũ locutũ eſt ſuperbiam].i.ſe inaniter iactãtes aliena bona minuunt.[Proij-
cientes me].i.dignum proijci acclamantes,quaſi inordinate viuentẽ[nunc circũdede-
runt me] .i. detractoribus meis inſeruiunt toto tẽpore , quo conuerſationem meã lau-
dari cognouerunt:& hoc ideo faciunt,qa[oculos ſuos]interiores[ſtatuerunt declinare
in terram].i.in iſtas tranſitorias & terrenas vanitates adquirẽdas, qa enim vident & au Oculos ĩ terrã de-
diunt alios à populo laudari inuidia torquẽtur & detrahere nõ ceſſant.Et dicuntur hæc clinare
verba de his qui habitum religionis falſo portãt & ſæpe inter hoĩes vidẽtur,q nimis pe- q̃d ſit.
ſtiferam linguã malitioſe relaxant.[Suſceperũt me]fraudulẽter[ſicut leo]id eſt, ſeruus
diaboli[paratus ad prædam].i.bonã famam hominis & eius innocentiã rapiendã [ & Monachꝰ detra
ſicut catulus leonis]id eſt,minus malus[habitans in abditis].i.permanens in inſidijs. ctor ta-
[Exurge dñe]auxiliũ ferendo[præueni eum]vt ante ſubuertatur,q̃ peccata perficiat[et xatur.
ſupplanta eum]vt in vanis rebus minus gaudeat q̃ putat,q alios ſupplãtare conatur[eri 1.Pet.5
pe animam meam ab impio].i.à malitia impij, q tam diu malitioſus eſt,q̃ diu me videt
vel de me audit,& eripe[frameam tuam]id eſt, eandem animam meã , quæ vitia debel-
lat & interficit[ab inimicis manus tuæ].i.à dæmonibus & eorũ ſatellitibus,q tuæ pote-
ſtati obedire noluerunt:loquitur hic ſanctus mundi contẽpto,r & dei perfectus amator,
qui à malis iniurijs & obprobrijs laceratur.[Dñe à paucis[electis, q pauci ſunt reſpectu
reproborũ,qui electi ſunt[de terra].i. de eccleſia[diuide eos]iniquos per orbem[in vita
eorũ].i.in iſto mundo dũ viuunt,vbi eſt locus præſens,qa[de abſconditis tuis] id eſt,de Luc.12
B peccatis,quæ à lumine gratiæ tuæ abſcõduntur:adimpletus eſt vẽter eorũ,id eſt,cõſcien Matt.22
tia eorũ & volũtas vt te obliuiſcãtur.]Saturati ſunt filijs]id eſt,fructibus malorũ operũ
[& dimiſerunt reliqas ſuas paruulis ſuis]id eſt,feces dãnationis æternæ per exẽpla peſſi
ma poſteris ſuis reliquerũt.Iſti ſic iniuſte agũt.[Ego autẽ ] non particeps malorum[in
iuſtitia apparebo in conſpectu tuo]id eſt,iuſtus coram te aſcribar , & tunc retributione
iuſtitię[ſatiabor]æternis delitijs[cum apparuerit gloria tua]id eſt,cũ tu glorioſus teip-
ſum mihi manifeſtaueris:iniuſtis immunditia & miſeria inferni ſaturatis.

¶ Pſalmi XVII. Enarratio.

DIligam te dñe fortitudo mea ] .i.te ſolũ firma dilectione incõcuſſe amplectar, per
quem fortis ſum ad reſiſtendũ prauæ delectationi[dñs firmamentũ meum] q fir
mauit me vt contra inimicos firmus aſſiſterẽ[& refugiũ meũ]ad quẽ in omni præſſura
refugio[& liberator meus]à cõformitate mũdi huius.¶Pſalmus iſte eſt carmẽ quod ca
nunt dño omnes electi à poteſtate mortis & oĩm tentationũ turba exẽpti.[Deus meus] 2.Cor.3
paſcẽdo animã meam interna ſuauitate[adiutor meus]in pugna ſpirituali,& ideo [ſpe
rabo in eum]in omni anguſtia.[Protector meus]à conſenſu male ſuggeſtionis[& cor
nu ſalutis meæ].i.firma propugnãtia ne ſalutẽ amittam[& ſuſceptor meus]ad exerciti
tum virtutis:Et nõ ingratus tãtis beneficijs.[Laudans]ipſum[inuocabo dñm ] ſcilicet
corde,ore,& opere,eius gloriã non meam quęrens[&]ſic[ab inimicis meis ſaluus ero ]
id eſt,nõ nocebunt mihi impietatis errores.[Circundederũt me dolores mortis].i.dele Col.3
ctationes carnis, quæ dolorẽ mortis pariunt[& torrẽtes iniquitatis]id eſt,turbæ iniquę Rom.7 Iacob.1
ad tẽpus cõmotæ velut torrẽtes cito terminandæ[conturbauerũt me].i.fecerunt me ce- Rom 8
dere.[Dolores inferni].i.immunditiæ,quæ perducunt ad infernũ[circundederũt me] Tribulatorũ ſin-
id eſt,tentauerũt me vndiq;[præoccupauerũt me laquei mortis].i.paſſibilitas & morta gulare re
litas præualuerũt in me ad tẽpus quibus ipſi in æternum illaqueantur,quia illi induran- mediũ
tur:& ego.[In tribulatione mea inuocaui dominum]qui eſt ſingulare remedium tribu Chriſtus.
latorum[& ad deum meum clamaui]deſyderio cordis.[Et exaudiuit de templo ſancto Heb.4

 ſuo]id

ſuo]id eſt,de Chriſto[vocem meam]qua eius auxiliũ peto[& clamor meus]id eſt,fer-
uens deuotio in conſpectu eius acceptabilis[introiuit in aures eius] id eſt, præſens fuit C
exauditioni:Et vere,nã.[Commota eſt]à vitijs ad bonam vitã[& cõtremuit] prius cõ-
ſcientia peccati[terra].i.anima terrenis dedita[fundamẽta montiũ].i.vana ſpes ſuper-
borum,quæ in hoc ſeculo fundata erat[conturbata ſunt].i.cõpuncta[cõmota ſunt]de
malo ad bonũ[quoniã iratus eſt eis].i.cognita dei ira,vt non haberet fundamentũ in
cordibus illorũ ſpes bonorum tẽporalium:& hoc fit,quia.[Aſcẽdit fumus].i.lachrimo
ſa penitẽtia[in ira eius]id eſt,in cõſyderatiõe iræ eius[&]ſic[à facie eius]id eſt, à cogni
tione[ignis]amoris[exarſit]in cũuerſis[carbones]id eſt,corda prius mortua[ſuccenſi
Prædica ſunt ab eo]id eſt,ipſo veniẽte & illuminante ſuccenſa reuixerunt.[Inclinauit cœlos].i.
tores cœ cõtemperauit ſanctos prædicatores infirmitati ſingulorum[& deſcendit] in corda hu-
li dicũtur milium dũ prædicarent[& caligo]id eſt,impij terrena ſapientes caligine peccatorũ ſuo
Phil.3 rum cecati[ſub pedibus eius]id eſt,calcat eos igne gehennæ.[Et aſcendit ſuper cheru-
byn]id eſt,exaltatus eſt ſuper omnem plenitudinem ſciẽtiæ,vt nemo ad eum veniat ni-
1.Cor.13 ſi per charitatem[& volauit]id eſt,cito ſe incõprehenſibilem dilectoribus ſuis mõſtra-
uit[ ſuper pennas ventorum ]id eſt,ſuper contemplationes & virtutes animarum ſan-
ctarum,ne illũ corporeis ymaginibus comprehendi arbitrarentur.[Et poſuit tenebras
latibulũ ſuũ]id eſt,in tenebris peccati & ignorantiæ remanentes latet miſterium amo-
ris ſui,ſed[in circuitu eius tabernaculũ eius]id eſt,perfecte ad eum cõuerſi ambiunt ad-
hærentes ei,quia in medio illorũ eſt,cum omnibus ęqualiter fauet,& tamẽ eſt[tenebro-
1.Cor.6 ſa aqua]id eſt,obſcura ſcientia[in nubibus aeris].i. in prophetis & apoſtolis Enigma-
2.Pet.3 ta enim ſunt,vt nec militantes ea ad plenũ intelligant.]Præ fulgore in conſpectu eius]
id eſt,pro claritate conſequenda,qua manifeſte conſpicitur[nubes] id eſt, ſancti cœle-
ſtibus ſuſpenſi[tranſierunt]ad prædicandũ,& illis prædicantibus apparuit[grando].i.
contuſio peccatorũ pro peccatis[ & carbones ignis]id eſt,incẽdia charitatis. [Et into-
Phil.3 nuit dñs]id eſt.cõminatus eſt[de cœlo].i.de iuſtis quorũ conuerſatio in cœlis eſt[ & al
Sagittæ tiſſimus dedit vocẽ ſuam]loquendo per ſanctos ſuos prædicantes,quę vox[grando].i.
prædica- increpatio[& carbones ignis]id eſt,accẽſio ad bonũ.[Et miſit ſagittas ſuas]id eſt,præ-
tores di- dicatores ad penetrãda,& vulneranda corda hominũ amore diuino[& diſſipauit eos]
cũtur. Rom.10 ad quos miſſi ſunt,vt quidam cõuertantur quidam excecentur[fulgura multiplicauit] D
Iſa.6 id eſt,miracula coruſcantia oſtendit[& conturbauit eos]id eſt,cõtritionem dedit malo
Iohan.12 rum ſuorum.[Et apparuerunt fontes aquarũ]id eſt,obſcuritas ſcripturarum & veritas
prædicantiũ,manifeſtata ſunt[& reuelata ſunt fundamẽta orbis terrarum].i.intellectę
ſunt prophetę per quos fundata eſt eccleſia,ſed quo ordine.[ Ab increpatione tua dñe ]
id eſt,te increpãte ſtultitiam & tarditatẽ eorum[ab inſpiratione ſpiritus iræ tuæ].i.ſpi-
ritu ſancto eis incutiente timorẽ iræ tuæ.[Miſit]deus pater[de ſummo] filiũ ſuum [ &
accepit me]ſcilicet,filius naturã humanam [ & aſſumpſit me de aquis multis ] id eſt, de
maſſa multorũ perditorũ.[Et eripuit me de inimicis meis fortiſſimis].i.de peccatis cõ-
Iob.7 tra quæ eſt fortiſſima pugna[& ab hijs qui oderunt me] vſq; ad mortẽ [quoniam con-
fortati ſunt ſuper me]quorũdam corpora & animas occidendo. [ Præuenerunt me].i.
præualuerunt[in die afflictionis meæ]id eſt,in diebus malis in quibus tota vita homi-
Math.5 nis eſt tẽtatio,ſed tantũ exterius nocent nõ interius,quia[& factus eſt dñs protector me-
Luc.6 us]protegens animã ab iniquitate,ſcuto bonitatis ſuæ. Et qa patiebar anguſtias carna
Ephe.1 les.[Eduxit me in latitudinẽ ſpiritualẽ]id eſt,charitatis vſq; ad inimicũ diligendũ[ſal-
Iohan.15 Phili.2 uum fecit me ]dando perſeuerantiã[quoniã voluit me]id eſt, me gratis elegit nõ meri-
to meo.[Et]tamẽ [ retribuet mihi dñs ſecundũ iuſtitiam meã]ſcilicet in die iuditij ſe-
cundũ iuſtitiã fidei,& bone volũtatis meæ,q prius præbuit miſericordiã.vt bonã habe-
rem voluntatẽ[& ſecundũ puritatẽ manuũ mearũ].i.ſecundũ ꝙ innocẽs ſum in operi-
bus meis[retribuet mihi]premiũ in gloria.[Quia cuſtodiui vias dñi].i.præcepta et cha
ritatẽ dei & proximi[nec impie geſſi]recedere[à deo meo].i.à mãdatis dei.[Quoniã o-
mnia iuditia eius].i.præmia iuſtorũ,pœne peccatorũ,flagella corrigendorũ,tẽtationes
Ephe.5 probandorũ[in cõſpectu meo ſemper].i.perſeueranti contẽplatione cõſidero[& iuſti-
tias eius].i.flagella iuſtificãtia[nõ repuli à me]imo libẽter propter eũ recepi.[Et ideo e-
ro immaculatus cũ eo].i.ſine macula & ruga cũ ipſo permanebo ſemper[& obſeruabo
Eccle.15 me ab iniquitate mea].i.cauebo omni modo,ne iterũ poſt acceptã gratiam miſeria an-
tiquæ



A tiquę iniquitatis illaqueer.[ Et retribuet mihi dñs ] in futuro[ſecundũ iuſtitiã meam ]
quia lõgitudinem perſeuerãtiæ mecũ teneo[& ſecundũ puritatẽ manuũ mearũ in con-
ſpectu oculorũ eius].i.ſecundũ beneplacitũ in interiori meo,vbi videt ipſe non hoĩes.
[Cũ ſancto]ſcilicet Chriſto[ſanctus eris].i.firmus in charitate[ & cũ innocẽte] Chri- 1.Reg.16
ſto[innocẽs eris].i.cũ illo eris,qa nulli noces.[Et cũ electo electus eris].i.quia illum e- Heb.4
ligis à quo eligeris[& cũ peruerſo].i.diabolo q propria iniquitate peruerſus eſt[peruer
teris]quia omnes ſuos ſequaces peruertit.[Quoniã tu]o Chriſte [populũ humilẽ ] tibi
in oĩbus humiliter obedientẽ[ſaluũ facies]exaltãs ad ſupernã patriã[&]ecõtra[oculos Luc.18
ſuperborũ].i.eos q magni videntur in oculis proprijs[humiliabis]oẽm ſuperbiã eorũ 2.Cor.7
deponens per tormentũ.[Quoniã tu illuminas]luce gratiæ tuæ[lucernã meam] .i.cor Pſalm.33
meũ,vt ferueat igne amoris tui[dñe deus meus illumina tenebras meas].i.omnia inte-
riora animæ meæ,q in tenebris mihi eſſe vidẽtur q̃ diu te nõ videam,& nõ illuſtror per-
fecte claritate vultus tui.[Quoniã in te]toto deſyderio anhelãs[eripiar à tẽtatione] car-
nis & diaboli[& in deo meo].i.in virtute dei mei[tranſgrediar murũ] ſcilicet inimici-
tiarũ,quę peccata inter deum & hoĩem erexerant.[Deus meus] Ieſus Chriſtus eſt [ im- Iſa.59
polluta via eius].i.per viã immaculatã ingreditur ad ſuos,mũda ergo viã fidei per amo Iohan.15
rem dei,qa venit ad te[eloquia dñi igne examinata].i.ita munda ſunt ꝙ nullis tribula-
tionibus adulterari poſſunt,qa deus[protector eſt]à malis[oĩm ſperantiũ in ſe]q non ti 1.Mac.2
mẽt à verbis impiorũ.[Quoniã qs deus pręter dñm]quẽ prophtę & apoſtoli prędicaue Actu.10
runt[aut qs dñs pręter dñm noſtrũ]Ieſum Chriſtũ quẽ Iudęi crucifixerũt,quaſi diceret
nullus,ipſe eſt.[Deus q præcinxit me virtute].i.muniuit cõſtantia,& fortitudine [& po
ſuit].i.ſtabiliuit[immaculatã viam meã]charitate qua ad illũ veniã,vitam ergo puriſſi
mam dicit viã immaculatã.[Qui perfecit pedes meos].i.pfectos fecit affectus meos in
ipſum[ſicut ceruorũ].i.vt trãſcendã ſpinoſa,& vmbroſa implicamẽta huius ſeculi [&
ſup excelſa].i.ſuper cœleſtẽ habitationẽ[ſtatuẽs me].i.figens intentionẽ meã, vt con- Gala.4
uerſatio mea in cœlis ſit.[Qui docet manus meas ad præliũ].i.opera mea facit aduerſa Phi.3
ri dabolo [ & poſuiſti vt arcũ ęreũ brachia mea].i.ita cõfirmaſti fortitudinẽ meã ſpũa-
lem,vt infatigabilis perſiſtat.[Et dediſti mihi protectionẽ ſalutis tuæ].i.galeã ſpei ſalu
tis æternæ infudiſti in me[& dextera tua].i.potẽtia diuinitatis[ſuſcepit me].i.ſuſcipiet Ephe.6
B ad cœlũ quãdo moriar.[Et]fiet ita,qa[diſciplina tua]i.tribulatio purgatoria[correxit
me in finẽ].i.ad plenũ in hac vita[& diſciplina tua].i.ipſa correctio tua[ipſa me doce-
bit de cætero qd ſit vitandũ,quid appetendum,me deuiare non ſinẽs. [ Dilataſti greſſus
meos].i.ne me impedirẽt carnales anguſtiæ eas redigiſti ſub me,latã faciens charita- Pſal.118
tem meã,operantem hilariter[&] ideo[non ſunt infirmata].i.debilitata vel tepida [ve
ſtigia mea] quia ſuperueloci & infatigabili curſu ad te propero,vnde.[Perſequar inimi
cos meos].i.carnales & terrenos affectus,ne me perſequantur ad mortẽ[& cõprehendã
illos vt conſumantur ad modũ regum,qui inimicos cõprehendunt,& occidunt[& non Luc.8
conuertar ab hac perſecutione ſpirituali ad ociũ,vt faciũt illi qui tẽpore credunt & in tẽ-
tationis tẽpore recedunt[donec deficiant]id eſt , euaneſcant turbę vanarũ cogitationũ,
& cedant vitia virtutibus,& ſic cõtritis inimicis,in Chriſto magna ſuauitate quieſcam,
cum non ſit,q me inquietet.[Confringam illos].i.ad nihilũ redigam & tunc [nec pote-
runt ſtare]rebellãdo,imo[cadent ſubtus pedes meos].i.ſub me erũt appetitus mali.[ Et Superbia
præcinxiſti me]amantem te[virtute]ſpirituali[ad bellũ]contra diabolum,qui ſępe ſan demõ bo
ctos de ſuperbia tentat,quando carnalia deſyderia confregerunt[& ſupplantaſti à domi nos vince
no ſuo[inſurgentes in me]id eſt,dæmones ad meam euerſionem ſurgentes, vt ſint[ſub- re cona-
tus me]& ego imperarer illis,non ipſi mihi.[Et inimicos meos] id eſt,malas delectatio tur.
nes mihi prius reſiſtentes & impedientes nunc[dediſti mihi dorſum ]id eſt,vt eis præſi- Roma.7
derem,non ipſi mihi[& odientes me]id eſt,ipſa peccata quæ nos odiunt [diſperdidiſti]
id eſt,à me expuliſti. Hęc om̃ia poſſunt alio ſenſu intelligi,ſcilicet,vt Chriſtus de repro
bis qui in eius odio,id eſt,contemptu mandatorum eius perdurant,quos deus diſperdi- Mat.7.25
dit.id eſt,in corpore & anima æternis ignibus tradet,de quibus ſequitur.[Clamauerũt] Iohan.9
id eſt , in iuditio vltimæ damnationis clamabunt , ſed infructuoſa erit illa penitudo,
quia [ nec erat qui ſaluos faceret ] id eſt , tunc non erit qui conſtituat eos in regno , ſed
in inferno[ ad dñm]ſcilicet clamabunt [nec exaudiuit eos ] id eſt,indignos eos exaudi Sap.1
tione iudicabit quaſi diceret,alius non poteſt ſaluare & tu non vis,quia à malitia ſua non
receſſerunt

Matt.7 receſſerunt.[Et cõminuam eos vt puluerẽ ante faciem venti]id eſt, paulatim deponens
eos diſpergam in omnẽ ventum tentationum[vt lutum platearum] id eſt, eos per latas C
& ſpatioſas vias luxuriãtes,& velut pedibus cõculcãtium lutũ aſperitatũ, ita illos à terra
ſua captos[delebo]& de medio tollã [eos] ſicut lutum quod defacili tollitur,illi ita; ſed.
Gala.5 [Eripies me]Chriſtus loqtur[de cõtradictiõibus ppl̃i] ſcilicet,iudaici,cõtradicẽtes[cõ-
Rom.11 Iohan.8 ſtitues me mihi caput].i.in regẽ & ductorẽ[gentium]cõuerſarũ,nam.[Populus quem
nõ cognoui].i.corporali pręſentia nõ viſitaui[ſeruiuit mihi] per fidẽ operantẽ in dile-
Fidẽ non charitatẽ habentes claudicãt ctione[in auditu auris]internę[obediuit mihi].i.fide & mãdatis meis. [Filij alieni].i.
qui habẽt patrẽ diabolũ[mẽtiti ſunt mihi]bene promittẽtes[filij alieni inueterati ſunt]
id eſt,in veteri hoĩe remãſerũt[& claudicauerũt].i.fidẽ tenentes,charitatẽ reſpuerũt,&
Matt.7 ſic quaſi vno pede claudi effecti nõ recte ambulãt ad cœlũ [à ſemitis ſuis] .i. ab arta via
per quã ire debuerũt.[Viuit dñs]quẽ iudæi ſe extinxiſſe crediderũt[&]eſt [benedictus
deus].i.laus celeberrima cũ mentis deuotione offertur [& exaltetur].i.immẽſus habea
tur in cordibus hoĩm[deus ſalutis meæ]dator & factor.[Deus q das vindictas mihi]de
hijs q me anguſtiauerũt[& ſubdis populos ſub me].i.oẽs motus malos[liberator meus
de inimicis meis]corporalibus& ſpiritualibus[iracũdis].i.ira pleni q me deſtruere nite
bãtur. [Et ab inſurgẽtibus in me].i.dæmonibus [exaltabis me]ad ſupernã patriã[à vi
ro iniquo].i.qui inique expẽdit virtutẽ quã habet[eripies me] ſequentẽ te,ipſo nõ ere-
Rom.12 2.Reg.22 pto ab inferno.[Propterea].i.propter hãc ereptionẽ,qa non cõformor huic ſeculo[cõfi
tebor tibi in nationibus].i.laudabo te de cõuerſione quarũdam nationũ.i. malorũ,qui
vt nati ſunt ita & vixerũt,ſcilicet iniuſte[& nomini tuo].i.ad honorẽ noĩs tui Ieſu[pſal
Iſa.53 Zach.9 mum dicã].i.bonum opus manifeſtabo.[Magnificãs],i.exaltãs,ſcilicet pater [ſalutes
Mala.1 regis eius].i.ſaluatos à filio ſuo q eſt rex [& faciẽs miſericordiã Chriſto ſuo Dauid ] id
eſt,mẽbris Chriſti manu fortis & aſpectu deſiderabilis,quod expreſſius ponit ſubdens
[& ſemini eius in ſeculũ]id eſt,in omnibus imitatoribus eius vſq; ad finem ſeculi.

## ¶ Pſalmi XVIII. Enarratio.

Apoſtoli cœli dicũtur. CEli]id eſt,apoſtoli[enarrãt gloriã dei]id eſt,reſurrectionẽ Chriſti & hoĩm[& o-
pera manuũ eius].i.quę de humana creatione & reparatione prædicãda ſunt [an
1.Cor.15 nunciat firmamẽtum].i.cor ſpiritu ſancto cõfirmatũ.[Dies].i.homo ſpũalis q lucem
2.Tim.4 præbet[diei].i.ſpũalibus[eructat].i.de profundo profert[verbũ]fidei & amoris de ver
2.Pet.2 bo incarnato[& nox].i.obſcuri in carnalibus deſiderijs[nocti indicat ſcientiã].i.car-
Actu.2 nalibus & terrenis doctrinã praui ſenſus infundũt.[Nõ ſunt loquelę].i.linguę[neq; ſer D
Rom.10 mones].i.modi locutionũ[quoꝝ].i.per quę[nõ audiãtur voces eorũ].i.verba apoſto-
lorum,cum oĩbus linguis prædicatum ſit euãgeliũ:Et vere,nam.[In oẽm terrã].i.inter
oẽs hoĩes q poſſunt audire & credere[exiuit ſonus eoꝝ].i.fama miraculorũ, q ſonus
ſumma opiniõe currebat[& in fines orbis terræ].i.vſq; ad reges q quaſi termini agroꝝ
Ephe.5 regna ſua cuſtodiunt[verba]prædicationis[eorum]exierunt.[In ſole].i.in manifeſto
Lucæ.2 Matt.1 vt ab oĩbus videretur & lumẽ præberet[poſuit tabernaculũ ſuum ].i.carnẽ aſſumptã in
qua militauit,qa eã mundo patefecit[& ipſe]prius[tanq̃ ſpõſus] habẽs cõiugẽ naturã,
ſcilicet humanã ſibi cõiunctã[procedens de thalamo ſuo].i.de vtero virginali in hunc
In hac vita nõ habitare ſed currere debemus. mundũ proceſſit.[Exultauit].i.exultãdo ſuſcepit[vt gigas].i.incõparabiliter fortis &
geminæ ſubſtãtię nõ ad habitãdum,vt faciunt mali,q in voluptatibus vitæ huius mane
re cupiunt,ſed[ad currendã viã].i.hanc vitã velociter trãſeundã, nõ enim dignebatur
in iſtis miſerijs diu perſiſtẽ,qa[à ſummo cœlo].i.à patre,egreſſio eius]ſcilicet ęterna, id
Heb.12 eſt,generatio filij.[Et occurſus eius vſq; ad ſummũ eius] .i.relinqt mundũ & vadit ad
Iohan.1 Inhan.14 patrẽ à quo exiuit.i.carnẽ aſſumpſit quã prius nõ habuit,& ſemp mãſit cum eo[nec eſt
Roma.5 qui ſe abſcõdat à calore eius].i. à ſpiritu ſancto à cuius calore neminẽ vult eſſe excuſatũ
Matt.11 qui deitatis ſuæ potentia vnius cuiuſq; mentẽ cognoſcit.[Lex dñi immaculata ipſe eſt
[conuertẽs aĩas]ad ſe imitandũ[teſtimoniũ dñi]ſcilicet patris,qa ipſe patrẽ teſtatur fi-
dele].i.iuſtificãs per fidẽ adhærẽtes illi ſapientiã]q de cœlis eſt[præſtãs paruulis].i.hu
milibus.[Iuſtitię dñi]ſunt[rectę].i.immutabiles, illorũ iuſtitia nõ eſt recta,qbus aliud
1.Ioh.4 in ore aliud in opere[lętificãtes corda]iuſtorũ,qa de iuditio dei letificãtur,qa nouerunt
ſe præmia cõſecuturos[præceptũ dñi lucidũ].i.charitas perfecta[illuminãs oculos]mẽ
tis.[Timor dñi ſanctus].i.caſtus,quo ſpõſa quãto ſpõſum ardẽtius diligere ſtudet,tan
to libentius offendere cauet [permanet in ſeculũ ſeculi]qa non eũ foras mittit charitas
[iuditia



A [iuditia dñi vera].i.veras habentia promiſſiones & minas [iuſtificata in ſemetipſa] id Sap.7
eſt,incommutabilia ſunt,quibus boni & mali diſcernũtur.Quæ iuditia iuſtis ſunt. [De
ſiderabilia]& in ſe[ſuper aurum]id eſt,ſuper oẽs diuitias ſeculi [& lapidẽ precioſum
multũ]id eſt,ſuper omnẽ potentiã,quæ inter mũdanos multũ habetur precioſa[& dul
tiora ſuper mel & fauũ]id eſt,ſuper oẽm voluptatem & delectationem carnis.[Etenim
ſeruus tuus].i.tibi recte obediens[cuſtodit ea]iuditia,quia[in cuſtodiẽdis illis retribu-
tio multa]id eſt,ipſa cuſtodire magna promotio eſt q̃ntũ ad ſpiritũ.Cũ ergo tam dulcia
ſint.[Delicta qs intelligit]id eſt,in delictis qualis poteſt eſſe ſuauitas, vbi nõ eſt intelle-
ctus, eo ꝙ ſine intellectu verum gaudiũ nequit inueniri,qa ipſa delicta ita mentẽ obſcu Peccata mentẽ obſcurant.
rant,vt nec lucem,nec ſe ſinant videre.Ideo vt idoneus inueniar intelligere q̃ vile ſit de-
lictum,q̃ retributio tua magna ſit[ab occultis meis]id eſt,à malis in me latentibus & ab
his, quæ ſuggerit propria voluntas[munda me]perfectæ [& ab alienis ].i.ab hijs,quæ
ſuggerit aliena ſuaſio,ne ſeducar ab eis[parce ſeruo tuo]& nõ capitur ab alienis q mun
dus eſt à ſuis,à meis munda,tollendo ex corde malam cogitationẽ, ab alienis parce re-
pellendo ſuaſorem.[Si mei non fuerint dñati]id eſt,ſi iſti inimici,ſcilicet interna & ex-
terna tentatio,nõ habuerint mei dominium,alia litera dicit[dñata]& expreſſius,id eſt, Rom.6
ſi occulta mea vel aliena peccata [tunc immaculatus ero ].i.ero ſine macula,qa non eſt
tertia origo peccati[& emũdabor à delicto maximo]id eſt,à ſuperbia,nõ eſt maius pec-
catum q̃ apoſtatare à deo,quod eſt initiũ ſuperbiæ hominis.[Et erunt]talia, ſcilicet [vt Eccle.10
complaceant eloquia oris mei]id eſt,laus quam deo offero,quando à vitijs reddor alie-
nus,quia non eſt ſpecioſa laus, nec complacens in ore peccatoris [& meditatio cordis Eccle.15
mei,quæ eſt in fide,ſpe,& charitate,calcato omnium genere tentationis [in conſpectu
tuo ſemper]id eſt,in beneplacito tuo ſemper qui conſcientiam puram inſpicis.[Domi
ne adiutor meus]in bonis[& redemptor meus]à malis.

## ¶ Pſalmi XIX. Enarratio.

EXaudiat te dñs in die tribulationis]id eſt,quãdo impugnaris à dæmonibus vel ho
minibus,& tunc[protegat te]à conformitate malorũ[nomẽ dei Iacob].i.continua
memoria nominis Ieſu,q eſt deus Iacob.[Mittat tibi auxiliũ de ſancto].i.ſpiritum ſan-
ctum procedentem de ſe[& de Sion]id eſt,de ſupernis[tueatur te]ne inducaris in tẽta-
B tionem.[Memor ſit omnis ſacrificij tui]id eſt,cordis contriti & humiliati [& holocau-
ſtum tuũ]id eſt,intenſa deuotio[pingue fiat] pinguedine amoris æterni. [Tribuat tibi Matt.6
ſecundũ cor tuum]id eſt,det tibi gratiam et gloriam ſecundũ ꝙ deſyderium tuũ fixum Luc.11 Pſal.50
eſt ad ipſum ſolum amãdum[& omne conſilium tuũ]quo pro eius amore terrena gau-
dia deſpicere & nulla aduerſa mundi formidare decreuiſti[confirmet] vt non franga-
tur.[Lętabimur in ſalutari tuo]id eſt,in gloriã adſcribemus non nobis [& in nomine
dei noſtri magnificabimur]id eſt,tales nos exhibemus quales deus noſter magnificare
intendit.[Impleat dñs omnes petitiones tuas]quæ ſunt de æternis adquirendis nunc co
gnoui per experientiam]quoniã ſaluum fecit dñs]id eſt,ineffabili iubilo amoris conſti
tuit[Chriſtum ſuum]id eſt,ſanctum quem vnxit habundanter oleo lætitię ſpiritualis.
[Exaudiet illũ de cœlo ſancto ſuo]id eſt,de Chriſto in quo ſunt abſcõditi theſauri ſa-
pientiæ[in potentatibus]id eſt,in virtutibus[ſalus dexteræ eius] id eſt, ſaluatus aſſiſtet Pſal.44
ad dexteram dei,ſed aliter de amatoribus mundi,nam. [Hi in curribus]id eſt,in circui Col.2
tu,& ſucceſſione rerum tẽporalium trahuntur[& hi in equis].i. in ſuperbis honoribus
præferuntur[nos autẽ ſpem in ęternis figẽtes[in nomine dñi dei noſtri inuocabimus]
id eſt,nomẽ Ieſu inuocando exaltabimus.[Ipſi obligati ſunt] cupiditatibus mũdi[& ce
ciderũt]à ſpe cœleſti[nos autẽ ſurreximus]à vitijs[& erecti ſumus]ad ſola diuina gau
dia deſyderãda.[Dñe ſaluũ fac regẽ].i.quẽlibet Chriſtianũ regnantẽ ſuper malos mo- Chriſtianus quare dicatur Rex.
tus,& ſe regentẽ in tuo amore[& exaudi nos in die].i.tota vita præſenti qua inuocaue-
rimus te perfecte.

## ¶ Pſalmi XX. Enarratio.

DOmine in virtute tua] non ſua[lætabitur rex]id eſt,quilibet ſanctus ſupra mun- Rom.6
danas concupiſcentias cõſtitutus[& ſuper ſalutare tuum]id eſt,ſuper hoc ꝙ ei ſa
lutem exhibes ſempiternam [exultabit vehemẽter] mentem ſuam in te vehendo:Et be
ne poteſt,quia.[Deſyderiũ cordis eius]quod de te ſolo habẽdo,& amando eſt[tribuiſti
ei]vt hoc frueretur [& voluntate labiorum eius] id eſt, à bona voluntate quam o-
rando petiuit [non fraudaſti eum] quia quod petijt accepit: Et vere. [Quoniam præ-
uениſti

ueniſti eum miſericorditer [in benedictionibus dulcedinis] id eſt, in promotione de vir- C
tute in virtutem, in qua magnam dulcedinẽ ſpiritualis gaudij ſenſit [ poſuiſti in capite
eius] id eſt, in mente eius [coronã de lapide precioſo] id eſt, ſtabilẽ & glorioſam victo-
riam de omnibus, quæ deſiderari poſſunt in hoc mũdo, nam. [ Vitam æternã petijt à te]
non tẽporalem [& tribuiſti ei lõgitudinem dierũ in ſeculum ]. i. tam longos dies in hac
vita, vt plene mundaretur [& in ſeculũ ſeculi] id eſt, in cœlo tribuiſti ei lõgitudinẽ die-
rum. i. gloriã æternitatis: Et ibi. [Magna eſt gloria eius] & maior q̃ nos narrare ſuffici-
mus [in ſalutari tuo]. i. in Ieſu qui eſt ſaluator eius [gloriã] id eſt, claritatẽ [& magnũ de
corem]. i. immortalitatẽ & impaſſibilitatẽ [impones ſuper eũ] in iudicio, quãdo corpus
eius reſurget. [Quoniã dabis eũ] glorificatũ in corpore [in benedictionẽ in ſeculũ ſecu
li]. i. vt in æternũ benedictus habeatur: & tũc [lætificabis eũ in gaudio] corporis & ani
mæ [cum vultu tuo]. i. vt te ſemper præſentẽ videat oculo intellectuali. Et cõplebuntur
hæc gaudia in futuro. [Quoniam rex [ſperat in dño] in præſenti [& in miſericordia al-
tiſſimi] & ideo nõ commouebitur] à ſtabilitate ſua, ſed. [ Inueniatur manus tua] id eſt,
poteſtas affligens [omnibus inimicis tuis] qui nũc illam amiſſam putãt, dum ſine timo
re peccant [dextera tua]. i. filius tuus iudicãs [inueniat] ad puniendũ quos prius amiſit
propter peccatũ [omnes qui te oderunt] id eſt, tua præcepta neglexerũt, & deſpexerunt
quaſi odiẽtes. [Pones eos vt clibanum ignis] id eſt, cõſtitues eos ardẽtes intrinſecus con
ſciẽtia impietatis ſuę [in tẽpore vultus tui]. i. manifeſtationis tuę quãdo iudicaturus es,
& tunc dñs in ira [conturbabit eos] improperãs eis: Eſuriui & nõ dediſtis mihi mãdu-
care [& deuorabit eos ignis] infernalis quãdo dicit: Ite maledicti in ignẽ æternũ. [ Fru-
ctum eorũ] id eſt, mercedẽ [de terra] viuentiũ [perdes] qa apud diabolũ eſt merces eorũ
& ſemẽ eorum] id eſt, mala opera eorũ [à filijs hoĩm] iuſtorũ perdes: Et merito. [ Quo-
niã declinauerũt in te mala]. i. ad tua mẽbra aduerſa huius mũdi depulerũt ea declinan
tes, & omnẽ ſibi proſperitatẽ & excellentiã adquirẽtes [cogitauerunt cõſilia] ſcilicet ha
bundare delicijs & honoribus terrenis [quæ nõ potuerunt ſtabilire ] quia velint nolint
omnia illa trãſeunt tanq̃ vmbra: Et vere nõ poſſunt ſtabilire conſilia ſua. [Quoniã quã
do ſibi ſe excelſos æſtimant [pones eos dorſum]. i. ſuper quos ſedeat põdus iudicij tui,
id eſt, pœna gehennę à quibus auerteris, qa ipſi à te auerſi fuerũt [in reliquijs tuis] id eſt,
inter eos quos deſeris [præparabis vultum eorũ] id eſt, noticiã eorum quia inter repro- D
bos nõ inter electos noti ſunt quod ipſi nunc credere nõ poſſunt, quia vana ſpe ſeducti
ſunt, quia multa mala faciũt & tamẽ ſe iuſte viuere arbitrãtur, ſed. [ Exaltare dñe] id eſt
immenſus appare [in virtute tua] id eſt, in potẽtia, qua punis impios: & nos quos à con
formitate illorum liberas [cantabimus] corde [& pſallemus, id eſt, opere celebrabimus,
notas facientes [ virtutes tuas] id eſt, mirabilia tua.

Corona electorũ de lapidibus prætioſis.
3. Reg. 10
1. Cor. 2
Iſa. 44
1. Cor. 15
Eccle. 8
Matt. 25
Vita hominis q̃ſi vapor fumi.
Eccle. 2
Ioh. 3

## ¶ Pſalmi XXI. Enarratio.

DEus deus meus reſpice in me] o deus oĩm, deus meus ſecũdũ ꝙ homo ſum reſpice
in me celerrimũ mihi dãdo reſurrectionẽ [quare me dereliquiſti]. i. me reliquiſſe
videris nõ transferẽs calicẽ iſtum [longe à ſalute mea] quia differs clarificationem cor-
poris mei poſt paſſionẽ [verba delictorũ meorum ] id eſt, hæc verba qbus oro aduerſus
mortẽ nõ ſunt propter delictum meũ, ſed meorũ quorũ delictũ delendũ ſuſcepi. [ Deus
meus clamabo] orãdo [per diẽ] id eſt, in rebus proſperis huius vitę vt nõ mutẽtur [& 1. õ
exaudies] quia ſunt verba delictorũ [& nocte] id eſt, in aduerſis huius vite vt proſperen
tur & iterũ [non exaudies]. i. hoc [nõ ] facis [ad inſipientiã mihi ] ſed potius vt ſapiam
quid me clamare velis cũ æterna non terrena quærere doces, quia nõ exaltor niſi humi
liatus: Et q̃uis differas, tamẽ. [ Tu autẽ in ſancto habitas]. i. in me ſancto ſanctorũ, qui
es [laus Iſrael]. i. electorũ. [In te ſperauerũt patres noſtri] antiqui quos nõ fefelliſti, ſed
[ſperauerũt & liberaſti eos] à perditione æterna. [Ad te clamauerũt] voluntate bona &
operatione iuſta [& ſalui facti ſunt] id eſt, extra miſeriam quiete cõſtituti [in te ſperaue
runt ] id eſt, ſpem in te habuerunt [ & non ſunt confuſi ] à ſpe ſua quos peruentos eſſe
cõſtat ad præmia cœleſtia. Illos qui fuerunt puri homines liberaſti, multo magis me de
bes liberare, quia & ſi homo ſum tamen maior homine quia & deus, nam. [ Ego au-
tem ſum vermis ] id eſt, non conceptus more humano, ſed feruore ſpiritus ſancti de
virgine maria. ¶ Sicut vermis calefaciente ſole de puro limo formatur, ſic ſpiri-
tu ſancto illuſtrante cor virginis de eius carne caro Chriſti formata eſt, & non homo
id eſt,

Iſa. 53
Luc. 18
Dan. 9
Heb. 11
Eccle. 44
Luc. 1
Vermis Chriſtus dicitur.



A id eſt, peccator & tamen verus homo per naturam [obprobrium hominum] quia con- Iſa. 50
ſpuerunt in eum [& abiectio plebis] barabã eligẽtis & Chriſtũ abijcientis. [Oĩes vidẽ-
tes me [id eſt, omnes illi impij cõſpirantes in mortẽ eius [deriſerunt me] id eſt, deriſibi-
lem intellexerũt me [locuti ſunt labijs & mouerunt caput] id eſt, voce & geſtu ſubſanna
uerunt dicentes. [Sperauit in dño] verum dicũt neſciẽtes [eripiat eum ] de tormẽtis iſtis Matt. 27
[ſaluum faciat eum] collocãs in regno [quoniam vult eũ ] id eſt, diligit ſicut ipſe dixit. Luc. 23 Mar. 15
[ Quoniam tu es] o deus [qui extraxiſti me de ventre] ſcilicet, iudaicæ gentis cuius te-
nebris, id eſt, infidelitate obtegebatur [ſpes mea ab vberibus matris meæ ] id eſt, pro ea
natura qua ſuxi vbera ab initio vitæ, ſpem meam [in te] poſui in te [proiectus ſum] qa
ab humana iniquitate diſcretus nõ vt Adam à deo auerſus [ex vtero] ſcilicet, ſynagogę, Gene. 3
quæ eum ſua perfidia expulit. [ De ventre matris meę ] id eſt, ex quo conceptus ſum &
natus [deus meus es tu] & ideo [ne diſceſſeris à me] id eſt, non deſtituas me auxilio tuo.
Quoniã tribulatio proxima eſt] id eſt, ſeparatio animę à carne per mortẽ [quoniam nõ
eſt qui adiuuet] perſequẽtibus inimicis & fugientibus amicis. [ Circundederũt me vi- Oſee. 4
tuli multi] id eſt, multitudo laſciuientis populi [tauri pingues obſederũt me] id eſt, prin Pſal. 72
cipes & ſummi pontifices crudeliſſimi, quorum iniquitas ex abundantia temporalium Tauris cõparantũ mali
prodijt: malitioſi enim & ſuperbi tauris comparantur. [ Aperuerũt ſuper me os ſuum]
non ſapientia, ſed cogitatione ſcelerata [ſicut leo] id eſt, diabolus rapiens ] eos ad bla-
ſphemiam [ & rugiens ] vt trahat ad mortem. [ Sicut aqua ] id eſt, ita viliter effuſus 1. Pet. 5
ſum ] id eſt, morti datus [ & diſperſa ſunt omnia oſſa mea ] id eſt, apoſtoli, qui relicto
eo fugerunt. [ Factum eſt cor meum ] id eſt, intimi mei [ ſicut cera liqueſcens] id eſt, ſi-
cut cera odmoto igne liquefacti ſunt amore æterno, etiam [ in medio ventris mei ] id
eſt, inter infimos meos, ſed prius. [ Aruit tanquam teſta virtus mea ] id eſt, induruit in
mortem viror carnis meæ [ & lingua mea ] id eſt, prædicatio euangelij [ adhęſit fauci-
bus meis ] id eſt, in apoſtolis remanſit [ & in puluerem mortis deduxiſti me ] id eſt, in
habitu illorum quorum corpora putreſcunt in ſepulchro. Dicit enim prophetia ſicut iu
dæi facere conati ſunt: quoniã. [ Circundederunt me canes multi] id eſt, hęretici & fal- Hæretici canes dicuntur.
B ſi Chriſtiani qui cõtra Chriſtũ & eccleſiam ore & opere blaſphemantes quaſi canes la-
trãt [cõſilium malignãtium] id verba calumniantium non veritatem inueſtigantium
[obſedit me] & meos obprobrijs & cõtumelijs. [ Foderunt manus meas ] id eſt, opera
mea violauerũt, miraculis credere nolentes [& pedes meos] id eſt, apoſtolos per quos fi Apoſtoli pedes Chriſti
des chriſtiana ambulauit extinguendos putauerunt [ dinumerauerũt omnia oſſa mea ]
id eſt, poſt mortem Chriſti oĩes ſanctos ſuos perſecuti ſunt. [Ipſi vero cõſiderauerũt] Mar. 16
ſtudioſe [& inſpexerũt me] id eſt, ſpectaculum fecerũt me alijs [diuiſerũt ſibi veſtimen Matt. 25
ta mea] in quo ſcripturarum ſciſſura ſignatur. Diuidũt enim hæretici praua interpreta Hæretici praua interpretatione ſcripturas ſcindunt
tione ab eccleſia ſe ſeparantes [& ſuper veſtem meã] tunicã incõſutilem [ miſerũt ſor-
tem] hæc tunica eſt eccleſia quæ diuidi non poteſt, quia gratia diuinæ ſocietatis vnita
eſt in dilectione dei, ſine qua nemo eſt in vnitate eccleſiæ. [ Tu autem domine ne elon-
gaueris auxilium tuum à me] id eſt, ne deſeras dare glorificationem corporis mei vſq;
ad generalem reſurrrectionem hominum [ad defenſionem meam conſpice] id eſt, ne Matt. 16
quid mihi noceat, ſcilicet reſurgere. [ Erue à framea ] id eſt, à laqueo mortis & diaboli
[ deus animam meam] ne in hac detineatur [& de manu canis ] id eſt, de poteſtate po-
puli detrahentis & perſequẽtis [vnicam meam] ſcilicet, animam vnice immunẽ à pec-
cato, & vnicã, id eſt, eccleſiã, quæ vna & vnica eſt deo dilecta. [ Salua me ex ore leonis ] Eccleſia vna eſt
id eſt, diaboli vt nõ me deuoret [& à cornibus vnicorniũ ] id eſt, à ſuperbis ſummitatũ
ſuarũ poteſtate ferientiũ, & ſingulariter ſe erigentiũ, qui nimia elatione faciendũ putãt
ꝙ libet [ humilitatem meam] id eſt, aſſumptam humilitatem. [ Narrabo nomen tuum
fratribus meis ] id eſt, prædicabo per apoſtolos ꝙ ego & tu vnum ſumus: in medio ec- Iohan. 17
cleſiæ laudabo te] id eſt, in cõtione electorũ faciam te laudari, vnde. [ Qui timetis dñm
ſancto timore [laudate eũ] nõ ingrati beneficij, quæ cõtulit nobis per filiũ ſuũ [vniuer-
ſum ſemẽ iacob ]. i. oẽs in actiua vita poſiti [glorificate eũ ]. i. glorioſum prędicate cor-
de & actu. [Timeat eũ]. i. reuerẽtiam nois eius habeãt ſeruiẽtes ei cũ dilectione [oĩe ſe
men Iſrael]. i. oẽs in vitã cõtemplatiuã promoti [quoniã nõ ſpreuit]. i. ſpe non priuauit Lucæ. 23
[neq; deſpexit]. i. vilipẽdit [deprecationem pauperis]. i. humilẽ precẽ Chriſti, qua ſuis Heb. 5
orauit gratiã & gloriã. [Nec auertit faciem ſuã ]. i. faciem miæ ſuæ [à me ] id eſt, à meis
[& cum

Iſa.53 [& cum clamarem ad eum] vt mors hominum prædeſtinatorum meo exitio finiretur C
[exaudiuit me] quia peccatum veteris hominis redimitur peccato paſſionis Chriſti, &
Sacrificiũ verũ Chriſtus. ideo[apud te] pater [laus mea] quia tuam gloriam quæſiui,[ in eccleſia magna] id eſt,
catholica [vota mea] id eſt,ſacrificia corporis,& ſanguinis mei quæ pro eis deuoui[red-
Lucæ.9 dam in conſpectu timentiũ eum] id eſt,illis præſentibus redduntur, qui ei ſancto timo-
Iohã.6 re ſubiecti ſunt.[ Edent] id eſt,magnam animæ ſuæ in diuino amore delectationẽ ha-
bebunt [pauperes] qui Chriſtum pauperem imitantur in veritate [& ſaturabũtur ] cœ-
Diuites non laudãt dñm. leſti pane,qui dat vitam mundo [&] ſaturati [laudabunt dominũ] qui eſt diuiciæ pau-
perum [qui requirunt eum] non aliud aliquid [viuent corda eorum] id eſt, animæ[in
ſeculum ſecul ]id eſt,in æternum,diuites nõ laudant dominum,ſed ſe qui terrenos the-
ſauros congerunt & ideo viuunt in hoc ſeculo, ſed poſt hanc vitam moriuntur ſine fi-
ne,pauperes vero nõ terrena cupiunt,ſed cœleſti vbertate diteſcunt, & quàmuis hic mo-
riuntur eorũ corpora,tamen in cœlo viuunt illorũ corda.[ Reminiſcentur] ergo huius
ſacrificij,& ſacietatis pauperum [& conuertentur ad dominum] tanto pignore ſubar-
rati ad amorem [vniuerſi fines terræ] impleta eſt ergo nũc hæc prophetia, quando cõ-
Malac.1 ſtat eccleſiam per totum orbem diffuſam. [ Et adorabunt in conſpectu eius ] id eſt,hu-
miliabuntur in conſpiciendo eum,conſpectus illius non eſt niſi ſupra bonos & fideles,
auertitur enim à malis [vniuerſæ familiæ gentium] conuerſarum,id eſt,omnis ætas &
omnis ſexus earum.[ Quoniam domini eſt regnum] & ipſe ſuis regnum cœlorum da-
bit,morte & cruce adquiſitum per manifeſtationem,ꝙ ideo dico,quia omnia in incar-
natione erant ſecundum ꝙ homo [ & ipſe dominabitur gentium ] non tantum Iudæo-
rum.Et non tantum pauperes,ſed &.[ Manducauerunt & adorauerũt omnes pingues
Diuites nõ ſaturabũtur ſed pauper. terræ] id eſt,principes & diuites panem verbi dei guſtauerunt,nec tamen dictum eſt,ꝙ
ſaturati ſunt,ſed ſoli pauperes ſaturabuntur.Diuites enim nõ vt eſurientes manducant
[in conſpectu eius cadent] id eſt,in cognoſcendo eum humiliabuntur [ omnes qui de-
Luc.1 ſcendunt in terram] id eſt,qui terrenas rerum carnalium voluptates & cupiditates mũ-
danę excellencię intendũt,quod diuitibus maxime contingit quàmuis ſæpe audiãt ver-
Lucæ.8 bum dei.[ Et anima mea dicit pauper [ illi viuet ] id eſt ad laudem eius quæ in conſpe- D
ctu huius ſeculi quaſi mori videtur diuitibus [ & ſemen meum] id eſt,opera mea [ ſer-
Cõtra diuites. uiet ipſi] non vanę gloriæ vt opera diuitum.Difficile enim eſt,inuenire diuitem iuſtum
qui magis deum quàm ſuam voluptatem diligat.[ Annunciabitur domino ] id eſt, ad
Philip.3 honorem domini [ generatio ventura ] ad fidem & charitatem [ & annunciabunt cœ-
Ioh.5 li ] id eſt,hij quorum conuerſatio in cœlis eſt [ iuſticiam eius ] id eſt,ꝙ bonis bona,ma-
lis mala reddet [ populo qui naſcetur ] ex ſpiritu [ quem fecit dominus ] quia illum de
ventre matris eduxit.

## ¶Pſalmi XXII. Enarratio.

DOminus regit me ] inter pericula & procellas huius vitæ [&] ideo nihil mihi de-
erit] quia non tantum corporale, ſed potius ſpirituale & inuiſibile [ in loco pa-
ſcue ] id eſt,vitæ æternę ſacietate [ ibi me collocauit ] per ſpem in ſpe,poſtea in re.[ Su-
per aquam refectionis educauit me ] id eſt, per gratiam ſpiritus ſancti paulatim me
nutriuit in virum perfectum,& virtuoſum [ animam meam conuertit ] id eſt,de pecca-
1.Cor.6 trice fecit iuſtam.[ Deduxit me ] hęrentem illi [ ſuper ſemitas iuſtitiæ ] id eſt,ducatum
Matt.7 mihi præbuit in arta præcepta,homines iuſtificantia. Alij ſuper latam viam nequitiæ
ducuntur à diabolo,me autem ſuper præcepta charitatis Chriſtus duxit [ propter no-
men ſuum ] glorificandum non propter meritũ meum.Et vere ſentio eum ductorem.
Titũ.3 [ Nam & ſi ambulauero ſub tanto duce [ in medio vmbre mortis ] id eſt,inter impios
qui ſe & alios per ignorantiam mortificant [ non timebo mala ] ab eis inferenda[quo-
niam tu ] habitans in corde meo,& illud ſtabiliens & firmans [ mecũ es ] id eſt,comes
Virga baculus. in via,vt confidenter proſequar quod tibi placitum videro, vt poſt vmbram mortis e-
go ſim tecum,quia.[ Virga tua ] id eſt,leuis diſciplina & correctio [ & baculus tuus] id
eſt,grauiora flagella & ſuſtentatio:virga dominus errantes percutit, & baculo ſuſten-
Apoc.3 tat infirmos [ ipſa me conſolata ſunt ] non tantum afflixerunt, quia ſpem præbent fu-
Heb.12 Prou.3 turæ conſolationis,quos enim amas arguis & caſtigas.[ Paraſti in cõſpectu meo men-
ſam ] id eſt, refectionem ſupernę contemplationis qua firmor [ aduerſus eos qui tri-
bulant me ] id eſt, qui impugnabant charitatem,& caſtitatẽ. [ Impinguaſti in oleo]
id eſt,



A id eſt.lætificaſti ſpirituali iucunditate[caput meum]id eſt,mentem meam[& calix me-
us inebrians]id eſt,dulcifluum poculum ſancti amoris ſopiens me, ab appetitu tempo-
ralium[q̃]id eſt,valde [præclarus eſt]quia ad pręclaram æternitatis gloriam perducit.
[ Et miſericordia tua]id eſt,hæc dona gratiarum[ſubſequetur me] id eſt, non deerunt
mihi [omnibus diebus]quibus tibi non mihi viuam[vitæ meæ]à te mihi collatę donec
ad finem deſyderatum perueniam.[ Et] inſuper hoc addet[vt inhabitem in domo do- 1.Cor.2
mini] id eſt,in illam cœleſtem Ieruſalem[in lõgitudinem dierum] id eſt,in diebus non
finiendis vbi eſt lætitia ſine fine.

## ¶Pſalmi XXIII. Enarratio.

DOmini eſt terra] id eſt,eccleſia quæ Chriſto pura mente famulatur[& plenitudo
eius] ſancta qua repletur [ orbis terrarum ] id eſt, vniuerſalis eccleſia,quæ totius
mundi ambitu continetur [ & vniuerſi qui habitant in eo ] id eſt, omnes electi qui fixa
mente perſeuerant in fide.[ Quia ipſe ſuper maria fundauit eum] id eſt,firmiſſime ſta-
biliuit eam ſuper fluctus cupiditatum huius ſeculi,vt ab eccleſia ſuperentur [& ſuper flu-
mina præparauit eum]id eſt,ſuper principes quorum cura tendit in populum,ſicut flu-
mina in mare. Notate ꝙ dicit totũ orbẽ eſſe domini,vt ſicut nullus ab eius imperio, ita
nec à fide eius ſit alienus.[Quis aſcendet in montẽ domini]id eſt,in vitam eminentem
& firmam celſitudinem contemplationis,& iuſtitiæ dei [aut ſi quis] aſcenderit[ſtabit]
id eſt,perſeuerabit [in loco ſancto eius]id eſt,in ſanctitate vitæ cõtemplatiuę.Et reſpon-
det.[ Innocens manibus] id eſt, operibus [ & mundo corde ] id eſt, mundus in cogita-
tionibus[qui non accepit in vano animam ſuam]id eſt,ad motum animalem non pla-
cuit ei appetitus rerum tranſitoriarum, qui non in rebus mundi deputauit animam ſu-
am,ſed eam immortalem ſentiens,æternitatem incommutabilem deſyderauit,inuanũ Animã i vanũ accipere qd ſit.
enim animam ſuã accipit,qui eam huius vitę illecebris ſubdit [ nec iurauit in dolo pro-
ximo ſuo]id eſt,iuramento non fefellit proximum ſuum.[ Hic]ſcilicet tantę innocen-
tiæ[accipiet benedictionem à domino] id eſt,promotionem de virtute in virtutem, vſ-
que ad aſcenſum montis[&]prius[miſericordiam à deo ſalutari ſuo] id eſt, remiſſionẽ
B peccatorum,vt illa benedictio non per merita,ſed per miſericordiam dei veniſſe videa-
tur:domantur prius delicta,vt poſt veniat corona.[Hæc eſt generatio quærentiũ eum] Titum.3 Iacob.1
id eſt,talis eſſe debet,quæ cupit ad deum in montem aſcendere.[quærentium faciem dei
Iacob]id eſt,in fine manifeſtam dei viſionem . Ergo quia Chriſtus vicit fortem arma-
tum.[ Attollite]id eſt,auferte[portas]timoris et cupiditatis,quibus intratur ad mortem Lucæ.11
[principes veſtras] id eſt,qui de hominibus quæritis principatum [& eleuamini portæ
ęternales]id eſt,aditus vitæ æternę ſcilicet,fides,ſpes,& charitas, & renuntiatio ſeculi &
conuerſio ad deum toto corde,per quas itur ad æternitatem[& introibit rex gloriæ]da-
tor,id eſt,Chriſtus in quo ſine ſuperbia gloriemur.Audita tanta regis huius humilita-
te,pauet admirans natura mortalis dicens.[Quis eſt iſte rex gloriæ] & reſpondet [ do-
minus fortis & potens]in ſe & ſupra alios [dominus potens in prælio] aerearum pote- Ephe.2
ſtatum:Ergo.[ Attollite portas veſtras]parando viam domino,o [principes] qui prin- Iſa.40
cipamini motibus veſtris auferendo ſpinas,& tribulos peccatorum [& eleuamini por- Mar.1
tæ æternales] ſcilicet fidei & caſtitatis, ac charitatis [ & introibit rex gloriæ ] ad corda Ephe.2
veſtra:Et vos principes aeris auferte portas,quas habetis in animas hominum. [ Quis
eſt iſte]quid tu princeps dęmonum miraris & quęris,quis eſt iſte [rex glorię]cum iam
viuificato corpore ſupra te pergit, ſuper angelos tendit nemo veſtrum intercludat i-
ter noſtrum, quia cum ipſo habitare ſatagamus [dominus]enim[virtutum ] cœleſti-
um qui omnibus imperat[ipſe eſt rex gloriæ]& nos ad ſuam gloriam perducet.

## ¶Pſalmi XXIIII. Enarratio.

AD te domine] promerendum & guſtandum[leuaui animam meam]non ad ter-
rena depreſſi,facile enim mundana deſpicit, qui ad diuina conſpicienda ſe erigit
[deus meus in te confido]nihil in viribus meis,& ideo [non erubeſcã]id eſt,non cõfun-
dat me ſpes mea.[ Neq; irrideant me inimici mei]dicentſs, hic homo cœpit ædificare Luc.14
& non potuit conſummare:inſultantes enim dæmones deceptam animam,irrident [e-
tenim vniuerſi]electi ſcilicet[qui]te ardenti deſyderio cupiunt videre [& ſuſtinent te] Abac.2
expectantes in patientia ſi moram feceris[non confundentur ] id eſt, non priuabuntur
ſpe ſua,ſed [ Confundantur ] id eſt,erubeſcant [ omnes iniqua agentes ] id eſt, om-
C nes iniqui

nes iniqui qui opera vanitatis ſectantur,temporalia æternis præponentes[ſuperuacue] C
id eſt,ſuperflue excedentes metas neceſſitatis. Et ideo ne cum illis errem.[ Vias tuas do-
mine ] id eſt,præcepta tua[demonſtra mihi] vt vere cognoſcam ea[& ſemitas tuas]id
Matt.7 eſt,artam viam & arduam,quæ ducit ad perfectionem [ edoce me ] perfecte. [ Dirige
me in veritate tua] vt recte viuam:hæc enim eſt veritas tuæ viæ[& doce me]vt tibi non
Matt.10 ſeruiã niſi pro te & pro ſalute [qa tu es deus ſaluator meus ] non alius[& ] ideo [ te ſuſti
nui tota die] portans pondus diei & eſtus.Iſtę duę res ſunt quæ iuſtos faciunt,ſcilicet,vt
dominũ ſaluatorem credamus & retributionem eius patienter expectemus. [ Remini-
ſcere]o deus [miſerationum tuarum]exhibitarum humano generi [& miſericordiarũ
tuarum quæ à ſeculo ſunt]id eſt,nunquam ſine illis fuiſti cum ab initio mũdi quibus vo
luiſti miſertus es . Iſtarum ergo reminiſcens. [ Delicta iuuentutis meæ ] id eſt,peccata
carnis & ſanguinis,quæ contraxi ex calore iuuenili & hac ætate fortiora ſunt [ & igno-
rantias meas] id eſt,venialia quæ peccata eſſe neſciui [ ne memineris] id eſt, non refer-
ues ad vindictam,ſed potius.[ Secundum miſericordiam tuam memento mei] memor
eſto mei & non ſecundũ iram tuã,neq; ſecundũ neruũ meum [tu] quem cũcti benignũ
prædicant[propter bonitatem tuã domine]id eſt,propter paternã dulcedinem.Si enim
Parce fa odis quę feci,tamẽ parce facturę tuę.Miſericors eſt erga miſeros,bonus erga quoſlibet,
cturę tuæ nam.[ Dulcis]in miſerendo[& rectus dñs]peccata purgando[propter hoc]quia rectus
[legem]correctionis[dabit delinquentibus]venialiter[ in via]morum. Et vere dabit,
Matt.11 quia.[Diriget manſuetos]qui nõ detractãt iugum Chriſti[in iuditio].i.in correptione
per flagella hos diriget in viã ſalutis[docebit mites]qui obediunt ſanctæ ſcripturæ,qui
Viæ dñi bus filios erudit [vias ſuas [per quas ad eum cõſcendãt.[Vniuerſæ viæ domini]quibus
qbus ve- nit adnos itur ad eũ vel ipſe ad nos venit [miſericordia et veritas]id eſt,iuſtitia,qa miſericors eſt,
quæ ſint. penitẽtes recipiẽs,& iuſtus,electis retribuens ſecundũ merita,& nos miſericordes ſimus
Iſa.58 apud proximũ & iuſti apud deũ,& ꝙ ita ſit notũ eſt[requirẽtibus teſtamentum eius] id
Iohel.1 eſt,præcepta legalia[& teſtimonia eius]id eſt,euãgelia.[Propter nomẽ tuũ]ſcilicet, Ie-
Matt.1 Luc.1 ſum,qa ſaluator vocaris[dñe propitiaberis peccato meo ] implẽs ratiõe nõis tui oblato
ſacrifitio cõtribulati ſpũs [multũ eſt enim]quia multũ reputo , id eſt, meipſum iudico,
nõ negligens neq; extenuans peccatũ meũ.[Quis eſt homo].i.q̃ raro inuenitur homo
[qui timet dñm]multũ faciens peccatũ ſuũ ille quiſqs eſt[legẽ] fidei & morũ ſeruandã
[ſtatuit ei]vt illam nõ tranſgrederetur[in via quã elegit].i.in quocunq; ordine deo mi
litare deuouit,vel deus ſtatuit legẽ timẽti ſe in quacunq; regula profeſſus eſt.[Anima e- D
ius]in præſenti nõ agitata vento tentationis [in bonis demorabitur ].i.poſt diſſolutio-
nem corporis,ſimplam ſtolã habebit in cœlis[& ſemen eius]id eſt,bona opera quę fecit
hæreditabit terrã]id eſt,ipſum hæredẽ facient in terra viuentiũ vſq; ad tempus reſurre-
ctionis:& tũc ſtola duplici gaudebit,qa.[Firmamentũ eſt dñs timentibus eum]id eſt,ti-
mor dei firmitatẽ præſtat,vt non cadãt grauiter qui ipſum habẽt[& teſtamentũ ipſius ]
id eſt,promiſſiones eius ſunt eis firmamentũ[vt manifeſtetur illis]id eſt , vt quãdoq; vi-
deant eum facie ad faciẽ:Ideo.[Oculi mei]interiores & intentio mea[ſemper ad dñm]
promerendũ & fruendũ[quoniã euellet de laqueo]timoris & cupiditatis [pedes meos]
id eſt,affectus meos:Et quia ego reſpicio ad te.[ Reſpice in me]id eſt, in deſideriũ meũ
[& miſerere mei]complendo illud,vt tu ſcis & vis[quia vnicus].i.vnicã in te ſpẽ habẽs
[& pauper ſum ego]id eſt,mihi oĩno inſufficiẽs,nam.[ Tribulationes cordis mei mul-
2.Cor.3 Dani.9 tiplicatæ ſunt]id eſt,multiplices, attẽto repugnantias de lege mẽbrorũ venientes[de ne
Rom.7 ceſſitatibus meis erue me]id eſt,de vanitatibus quibus ſubiecta eſt creatura nõ volẽs,&
Roma.8 de aduerſis quæ neceſſaria ſunt oĩbus pie in Chriſto viuere volẽtibus,qa neceſſe eſt ea to
2.Tim.3 lerare vſq; ad finẽ vitę,ſi poſtea volumus ab omni tribulatiõe liberari, ideo cõgrue hæc
neceſſitas vocatur.[Vide humilitatẽ meam] in cõtritione cordis[& laborẽ meũ] quem
ſuſtineo ad vincendã legẽ membrorũ[& dimitte vniuerſa delicta mea]ſcilicet origina-
Rom.7 lia & actualia,mortalia,& venialia.[Reſpice inimicos meos oculo indignationis, vt re-
1.Pet.5 pellas eos à me , ne conformer eis,vel vt conuertantur [quoniã multiplicati ſunt] intus
& foris impugnantes [& odio iniquo]quia ſine cauſa[oderunt me] amantem te.[ Cu-
ſtodi animam meam ] ab interioribus malis[& erue me ] ab exterioribus [ non erube-
ſcam quoniam ſperaui in te]id eſt,da vt non confundat me ſpes mea.[Innocentes] ſibi
& proximo ſuo [ & recti ] quos nec aduerſitas frangit nec extollit proſperitas [ adhæ-
ſerunt



A ſerunt mihi]id eſt,mihi conformari deſiderauerunt [quia ſuſtinui te]id eſt,pondus prę
ceptorum tuorum cum gaudio portaui.[ Libera deus Iſrael]id eſt, populum te per fidẽ
vidẽtem à peccatis libera,vt mihi conformati[ex omnibus tribulationibus ſuis,ſcilicet
exterioribus & interioribus ſint ſalui.

## ¶Pſalmi XXV. Enarratio.

IVdica me domine] vox eſt prophetæ in perſona perfectæ animę. Monet autẽ nos vi
tare conſortia iniquorum & iungi iuſtis,quia ex coniunctu mores formantur & ait
[Iudica me dñe]id eſt, diſcerne me à malis ,et merito hoc facies[quoniã ego in innocẽ- Conſor-
tia mea] id eſt, in puritate mentis & corporis , hoc dicere non eſt electio, ſed confeſſio, tia malo rum vitã
non ingrati,& ideo iudica me prout meretur innocentia mea in qua [ingreſſus ſum vi- da.
am vitæ æternæ etiam inter peccantes,nam [in domino ſperans]non in me [non infir
mabor] id eſt,innocentiam quam tenere cœpi non deſeram , ſed in ea fortiter perſeue-
rabo . [ Proba me domine ] vt ita ſit, id eſt , probum me fac coram te & vtilem proxi-
mo [ & tenta me ] id eſt , prius inſpice vires meas & tunc, vt ferre valeam cum ſuauita-
te iugum tuum [ vre ] igne ſpiritus ſancti [ renes meos ] id eſt , quicquid in me carna- Matt.11
lis delectationis eſt[& cor meum]id eſt,cogitationes meas amore tuo.[ Quoniam mi-
ſericordia tua ante oculos meos eſt ] id eſt,probari & temptari & vri intelligo eſſe miſe-
ricordiam tuam,quia [ & ] ſic [ complacui in veritate tua ] conformans me voluntati
tuæ,probando quæ probas,improbando quæ improbas , & ſic affectus & eruditus.
[Non ſedi ] id eſt , non acquieui conſentire [ cum conſilio vanitatis ] id eſt,cum hijs Munda-
qui conueniunt in appetitu temporalium rerum [& cum iniqua gerentibus]id eſt,cum ni creato
amatoribus mundi qui iniqua gerunt , quia plus creaturam quàm creatorem diligunt rem plus diligunt,
[ non introibo ] id eſt, placitum non collocabo:Imo. [ Odiui eccleſiam malignanti- q̃ creatu
um ] id eſt,congregationem,maligna & falſa perſuadentium,hoc eſt conſiſtorium cau ram
ſidicorum quod ſæpe malignatur [& cum impijs] id eſt , cum hijs qui miſericordia & Cauſidi-
pietate carent pactum [non firmabo,ſed.[ Leuabo]id eſt,mundabo [inter innocentes ci taxãtur
manus meas]id eſt,opera mea conformans vitę illorum [&]ita[circundabo]id eſt, ex-
ornabo altare tuum domine]id eſt,mentem meam in qua tibi ſacrificem laudes cum iu
bilo,nam in hoc vires meas expendam.[ Vt audiam]id eſt,diſcam intus à magiſtra ve Iohan.6
B ritate & ſublatus in ſublimitatem contemplationis audiam[ vocem laudis tuæ ] qua te
non ficte ſed vere laudem,vel qua angeli te laudant,ſed hoc non contingit niſi ſummis
contemplatiuis & raro [& enunciem]id eſt,prædicem alijs [vniuerſa mirabilia tua ] id
eſt,quecunq; mirabiliter ad enunciandum me docuiſti.[ Domine dilexi decorẽ domus 1.Cor.3
tuæ ] id eſt,dilexi domum tibi facere decoram [ & ] dilexi [ locum habitationis gloriæ
tuæ] id eſt,talem locum in quo habitans glorificeris:Et hoc feci. [ Ne perdas cum im-
pijs deus animam meam] id eſt,ſi hoc non fecero eſſem cum impijs perdẽdus, qui non
diligunt tibi facere decoram domum.Sed operibus carnis & diaboli pompęq; munda-
næ ſe adornant[& cum viris ſanguinum]id eſt,cum odientibus fratres,quia homicidæ 1.Ioh.3
ſunt [vitam meam]id eſt,charitatem qua interius viuo.[In quorum]ſcilicet odientium
& detrahentium[manibus iniquitates ſunt] id eſt,quorum opera ſunt iniqua,quia ali- Munera
ter mentiuntur ſibi[&] aliter proximis[dextera eorum repleta eſt muneribus]id eſt,de iuſtitiã re linqui fa
xteram faciunt ſiniſtram, iuſtitiam deſerentes propter munera:Illi ita in erroribus ſuis ciunt.
excęcantur.[ Ego autem] opera illorum deteſtans in innocentia mea ingreſſus ſum ]id Deut.16
eſt,ſine flagitio & facinore [redime me ] de morte odij [ & miſerere mei ] id eſt,plene à Exo.23 Eccle.20
peccato purga,qa.[Pes meus]id eſt,affectus & amor meus [ſtetit in directo]id eſt, per-
ſeuerauit vſq; ad mortem ſupernam [ & ] tuum amorem ſolummodo appetendo pro- 1.Ioh.3
pter quod[in eccleſijs]id eſt,in cœlo vbi ſunt multę manſiones[benedicam te domine] Iohan.14
laudabo ſine fine.

## ¶Pſalmi XXVI. Enarratio.

DOminus illuminatio mea]id eſt,fide illuminans cor meum[& ſalus mea] quia e-
go ex me ægrotus ipſe mihi medicus ſalutis[quem]ſcilicet quantũcunq; peruer-
ſum[timebo]ſub tanto ſaluatore vel quẽ,id eſt,ipſum dñm timebo nõ alium.[Dñs pro Contra
tector vitæ meæ]id eſt,defenſor à malis à quo,id eſt,à qua re vel[à quo]homine [ trepi- quoſdã
dabo] poſitus in promotu virtutum.Audiant hos verſus, q ſolitarij eſſe non audẽt,cum nõ audẽ-
qui habet deum protectorem & illuminatorem à nullo trepidat.Non enim timidi ſunt tes eſſe ſo litarios.

 niſi pro-

niſi propter reprehēſibilis vitę conſcientiam. Sciatis ergo vos timidi, ꝙ à ſocietate mul- C
torũ, poteſtis propter peccata veſtra à dæmonibus rapi ad infernũ, & in ſolitudine deo
protegēte ſecuri eritis, deponite itaq; malã vitam veſtrã, quæ in nullo loco effugiet ma-
num dei vltricē. [Dum appropiãt] maligni ſpiritus [ſumme nocētes] qui quærũt mihi
nocere & ſuperare [vt edent carnes meas] .i. vt delectētur à carnalibus deſyderijs meis,
ſed nihil proderit eis, qa. [Qui tribulant me] tentando & perſequēdo [inimici mei] aper
to odio ſeuientes [ipſi infirmati ſunt] nõ ego, id eſt, in efficaces ſunt in hoc quod inten-
dunt [& ceciderunt] nũc à præſumptione ſua q prius me caſurum putabãt. Non ergo ti-
Rom.8 meamus niſi dñm, quicquid aliud fremat quicquid ſuperbiat, qa ſi deus pro nobis quis
cõtra nos, accepta ergo tanta fidutia. [Si cõſiſtant aduerſum me caſtra] id eſt, conſpirãs
multitudo malignorũ [non timebit cor meũ] vt timore tranſfugiam licet corpus occi-
Luc.12 dant. [Si exurgat aduerſum me prælium] id eſt, imminens experimentũ tribulationis
motũ à ſatana & à miniſtris eius [in hoc] ſcilicet, prælio [ego ſperabo] in dño, id eſt, ſpē
victoriæ habeo in Chriſto & remunerationis æternæ, nam. [Vnam petij à dño] .i. vna
eſt petitio mea tantũ [hanc requiram] inſtanter & perfecte, quæ eſt illa [vt inhabitē in
domo dñi] æterna in cœlis [oĩbus diebus vitæ meæ] id eſt, æternaliter vbi non ſunt dies
mortis. Semper enim oportet me viuere vel bene vel male: volo ergo ſemper viuere in
cœlo, in quo eſt bona & beata vita, & ad hoc vnũ toto corde ſuſpiro alijs quibuſcunq;
Pſal.33 non impeditus, in inferno autē mors peſſima, & vita magis odibilis q̃ mors, hanc ergo
Apo.9 mente & actu fugio. [Vt videam voluntatē dñi] clare inter angelos quã inter hoĩes tan-
tum in enigmate video [&] interim [viſitem templũ eius] id eſt, cũ deſiderio & frequen
tia viſitē cœleſtē Ieruſalem, ſcilicet conuentũ cœleſtis curiæ ibi mente cũ Chriſto habi-
tans. [Quoniã abſcõdit me] ab eſtu vitiorũ & feruore libidinis [in tabernaculo ſuo] .i.
Gala.4 in eccleſia militante ſibi nõ mihi [protexit me] vt nõ errarem [in abſcondito tabernacu
Phi.3 li ſui] id eſt, miſticis intellectibus eccleſiaſticarũ dignitatũ: Et nõ tantum protexit me,
Mat.16 ſed & [In petra] id eſt, in Chriſto [exaltauit me] fundatum ſupra petrã, id eſt, ſuper fir-
1.Cor.3 mam fidē, & charitatē Chriſti [& nunc exaltauit caput meũ] id eſt, mentē meã de virtu-
te in virtutē prouexit [ſuper inimicos meos] vt eos ſuperē non deficiēdo. Et non ingra-
tus. [Circuiui] id eſt, tanta beneficia mente cõſideraui, quæ veniunt mihi ab eo ex omni
parte [&] tunc [immolaui in tabernaculo eius] nõ remiſſe agens, ſed omnē diligentiam D
adhibēs, quid [hoſtiam vociferationis] id eſt, iubilationis & laudis in explicabilis [can-
tabo] voce ſonora canendo mente in tono cęlico, ſcilicet e cœlo in me emiſſo nõ forato
ſenſu hominis [& pſalmũ dicam dño] id eſt, ad honorē domini operabor. Ergo cũ tam
ſuauiter ſim inebriatus amore tuo. [Exaudi domine vocem meã qua clamaui] id eſt, in
tenſe oraui [ad te] habendum & promerendum [miſerere mei & exaudi me] id eſt, de re
liquo miſericorditer age exaudiēdo: Et merito me exaudies, quia. [Tibi dixit cor meũ]
id eſt, intus oraui, & dignum eſt quod peto, nam [exquiſiuit te facies mea] vt te videam
1.Cor.13 facie ad faciem & ab oratione non deſiſtam, ſed [faciem tuam domine requiram] vide-
re vſq; ad finem vitę, vt poſtea videam ſine fine, ergo. [Ne auertas faciem tuam à me] id
eſt, à viſiõe quã ſolum requiro, nõ me fraudes [nec declines in ira] qua minus te videam
[à ſeruo tuo] non libero, ſuo & ſeruo diaboli. [Adiutor meus] id eſt, cooperator eſto [ne
Iob.7 derelinquas me] poſitum in tentatione huius vitæ [neque deſpicias me] tanquam incor-
rigibilem ſeruum [deus ſalutaris meus] à quo ſpero ſalutem cuius eſt ſaluare non per-
Luc.19 dere. Et neceſſe eſt. [Quoniam pater meus] id eſt, mundus cui crucifixus ſum [& ma-
ter mea] id eſt, concupiſcentia carnalis quam perſequor, vel pater & mater primi paren
tes dereliquerunt me] id eſt, in mortem expoſuerunt [dominus autem aſſumpſit me] id
eſt, adoptauit in filium. Sicut nequam parentes ponunt filios ad eccleſiam, vel ad exitus
viarum & veniunt quidam moti pietate aſſumunt pueros tales & nutriunt. [Legem
Matt.7 pone mihi domine in via tua] id eſt, ſtatue mihi legem iuſtitiæ, poſito in via mandatorũ
tuorũ [& dirige me] ne aberrem ad dexteram, vel ad ſiniſtram [in ſemita recta] id eſt, in
arta via [propter inimicos meos] cauendos & ſuperandos. [Ne tradideris me] id eſt, ne
Sap.2 tradi permiſeris [in animas tribulantium me] id eſt, in voluntate falſa ſuggerentium
[quoniam inſurrexerunt in me teſtes iniqui] id eſt, contra me teſtantes iniqua, ſcilicet,
beatitudinem eſſe in temporalibus, & deum non curare res humanas [& mentita eſt ini-
quitas ſibi] non mihi, id eſt, ad ſuã perniciē mentiũtur iniqui nõ meam, & ponit abſtra-
ctum pro



ctum pro concreto ad maiorem expreſſionem: Quia ego in deo non in diuitijs confi-
A dens. [Credo videre bona dñi] vera & æterna [in terra viuentium] vbi nullus moritur, Apoc.21
vbi nullus eſt locus falſitatis: Ergo o anima mea tali ſpe cõfirmata, ſecure. [Expecta do
minum] qui non fallit cum venerit [viriliter age] id eſt, fortiter & longanimiter pugna
& tolera fortiter vſtionem renum & cordis [& confortetur cor tuũ] promiſſionibus æ- Abac.2
ternis, ſi moram fecerit ne laſſeris & deficias in via [& ſuſtine dñm] id eſt præcepta eius
perſeueranter impleas ne deſperes ſi mala eueniant, cito enim murmurat qui manda-
ta dei non ſeruat.

## ¶ Pſalmi XXVII. Enarratio.

AD te domine clamabo] oratio tempore paſſionis, quia Chriſtus emittit vocem de
precatiuam, magnum nobis præbet exemplum, ꝙ in aliquo de dei beneficijs no-
bis non ſit præſumendum, ſed etiam ipſum quod nobis promiſſum eſt, precibus impe-
trandum [ad te domine clamabo] id eſt, ego homo te patrem intenſe orabo [deus meus
ne ſileas à me] id eſt, non aliquando diſiungas vnitatem verbi & hominis [nequando ta
ceas à me] id eſt, ne ſi aliquando tacueris per ſeparationē vnionis [& aſſimulabor] id eſt,
tunc ſimilis efficiar [deſcendentibus in lacũ] id eſt, hijs qui deſcendũt in profundũ miſe
riarum inferni, ſed ne hoc fiat. [Exaudi dñe vocem deprecationis meæ] deuote precan-
tis [dum oro ad te] inuitandũ in adiutorium meũ, tũc indilate exaudi [dum extollo ma-
nus meas] corporaliter orando [ad templum ſanctum tuum] id eſt, in cœlũ: Et hoc oro
[Ne ſimul tradas me cũ peccatoribus] id eſt, ne me cõteras duplici contritione ſic enim Iere.17
cõterentur peccatores [& cum] viris [operãtibus iniquitatē ne perdas me] id eſt, ne hoc Matt.7
modo moriar, quia moriũtur operarij iniquitatis, & perditiõis ſunt filij. [Qui loquũtur
pacem cũ proximo ſuo] id eſt, exterius pacē fingunt [mala autē] homicidij & rapinę [in
cordibus eorũ] quia intra ſe dolũ cogitant, & extra pacē clamant ad tēpus, donec pote-
runt mala ſua cõplere, ſed tu qui es iuſtus iudex. [Da illis ſecundũ opera eorũ] id eſt, ſe-
cundũ ꝙ opera eorũ merentur nõ ſecundũ vtilitatē quæ inde prouenit, perſecutiones re Perſecu-
proborũ enim proſunt iuſtis, quia per talia purgãtur à peccatis [& ſecundũ nequitiam tiões pro
adinuentionũ ipſorum] quia multa mala faciunt & plura inueniũt & pro oĩbus illis pu ſunt iu-
nientur. [Secundũ opera manuũ eorum tribue illis] qa colaphis cęciderunt, flagellis fla ſtis.
gellauerunt, & crucifixerũt [redde retributionem eorũ ipſis] id eſt, ſicut pro veritate fal-
B ſitatem reddebant, ita fallacia eorum fallat eos: Et vere ſic fiet cũ illis. [Quoniã non in-
tellexerunt opera dñi] id eſt, non cognouerũt tēpus viſitationis ſuæ, ſcilicet tēpus gratiæ Luc.19
in quo aperta eſt ianua vitæ [& in opera manuum eius] non reſpexerunt] id eſt, nec etiã
viſibilibus terroribus mouentur, & ideo [deſtrues eos] id eſt, excęcabis in tuo iuditio & ſi Iſa.6
magni videntur in mundo [& non ædificabis eos] id eſt, iterum ad bonum non repara
buntur, ſed deſtructi ſemper erunt in inferno, vnde gratias deo tam pro mea glorifica-
tione q̃ pro reproborum damnatione ago dicēs. [Benedictus dominus] id eſt, laudetur
dñs [quoniam exaudiuit vocē deprecationis meæ] qua meam oraui exaltationē & ini-
micorũ confuſionē. [Dñs adiutor meus in vincendo mundũ & diabolum [& protector
meus à iaculis igneis [& in ipſo ſperauit cor meũ] dum in pugna fuero [& adiutus ſum]
vt victoriam reportarem mecum. [Et refloruit caro mea] id eſt, ſurrexit à morte, viro-
rem recipiens & glorioſe reflorens [&] ideo [ex voluntate mea confitebor ei] id eſt faci-
am eum habere confeſſores & laudatores voluntarios. [Dominus] enim eſt [fortitudo 1.Cor.10
plebis ſuæ] vt conſtantes ſint in tribulatione [& protector ſaluationum] id eſt, ſaluando
rum [Chriſti ſui eſt] id eſt, à Chriſto, qui non permittit nos tentari ſupra id quod poſſu-
mus. [Saluum fac populum tuum domine] vt perſeuerent in accepta gratia [& benedic
hæreditati tuæ] id eſt, dilata hæreditatem ſupplantando peccatores & miſerēdo electos
in locum illorum [& rege eos] ne exorbitent [& extolle illos] promouendo de virtute
in virtutem [vſq; in æternum] id eſt, donec perduxeris eos in gloriam immortalitatis.

## ¶ Pſalmi XXVIII. Enarratio.

AFferte domino filij dei] id eſt, o vos filij dei non appareatis vacui, ſed ſitis ſaltem
bonę voluntatis in conſpectu dei [afferte domino filios arietum] id eſt, voſmeti- Rom.12
pſos deo afferte, quos apoſtoli genuerunt duces dominici gregis. [Afferte domino glo Actu.20
riam & honorē] id eſt, ſitis tales per quos deus honoretur & glorificetur apud alios [af- Matt.5
ferte domino gloriam nomini eius] id eſt, gloriam veſtrã nomini eius adſcribite non Colo.3 Baruc.1

 vobis

vobis.[Adorate dñm in atrio ſancto eius]id eſt,in corde veſtro dilatato per charitatem C
[Vox dñi]id eſt,verbum dei[ſuper aquas]id eſt,populos[deus maieſtatis dñs intonuit]
Matt.7 id eſt,terribiliter inſonuit de nube carnis dicẽs:omnis arbor quæ nõ facit fructũ bonum
excidetur & in ignẽ mittetur[ſuper aquas multas]id eſt,iudæos & gẽtiles.[ Vox dñi in
virtute]id eſt,faciens fortes & virtuoſos [vox dñi in magnificentia ] id eſt, magnificos
faciens in miraculis.[Vox dñi cõfringẽtis cædros]id eſt,humiliãtis ſuperbos[& cõfrin
Lucæ.12 get dñs]id eſt,ad nihilum rediget[cædros libani] .i. gloriantes de ſuæ pulcritudinis &
excellẽtiæ cãdore,& ſeculi felicitate.[Et cõminuet eos]id eſt,quoſdam ex eis humiliabit
[tanq̃ vitulum libani]id eſt,ad ſui imitationẽ qui fuit vitulus,id eſt, hoſtia libani,id eſt,
Matt.17 ſingularis cãdoris propter immunitatẽ ab omni peccato,& ipſe tanq̃[dilectus filius]ſci
Phili.2 licet patris [quemadmodũ filius vnicornium]id eſt, Iudæorũ ſingulariter ſe erigẽtium
1.Cor.12 pro hac parte humiliauit ſemetipſum.[Vox dñi intercedẽtis]id eſt,diuidentis [flãmam
Matt.15 ignis]id eſt,dona ſpiritus ſancti diuidens ſingulis prout vult[vox dñi concutiẽtis]id eſt,
commouẽtis ad fidem & bonã vitam[deſertum]id eſt,homines à deo derelictos[& cõ-
mouebit dñs]ad fidẽ in fine mundi[deſertum Cades]id eſt,populũ Iudęorum q ſanctũ
mandatũ deſeruit propter traditiones ſuas.[Vox dñi præparantis ceruos]id eſt,cõtemp
tores mundi tranſiliẽtes omnia impedimenta[& reuelabit]illis ceruis [cõdenſa] ſacras
ſcripturas,vt intelligãtur[& in tẽplo eius]id eſt,in eccleſia militante vel triũphante [ o-
mnes]reparati & ornati[dicent gloriã]deo,id eſt,glorificabũt deũ de ſuo gaudio.[Do-
minus diluuium inhabitare facit]id eſt,eos ſubmergi nõ ſinit circunfluentia tentationũ
diluuiũ tribulationis quieſcere faciens ab eis[et ſedebit dñs rex].i. illis pręſidebit,et ſicut
rex[in æternum]lætificans eos:Et vt tantã conſtantiam poſſint habere.[Dominus vir-
tutum]ſpiritualia[populo ſuo]ſibi obedienti[dabit]dono ſuo nõ merito noſtro[domi
nus benedicet populo ſuo]virtutem in eis augendo,vt ſint[in pace]æterna.

## ¶ Pſalmi XXIX. Enarratio.

Gene.3 EXaltabo te domine]non me ſicut Adam cupiuit,id eſt,te altũ pręedicando:loquitur
in hoc pſalmo totus Chriſtus[quoniam ſuſcepiſti me]de miſeria ad gloriã[nec de
lectaſti inimicos meos ſuper me]id eſt,nõ habuerunt delectationẽ,vt me ſuperarẽt, ſed
potius contriſtaſti eos deuictos ſub me,quia[Dñe deus meus clamaui ad te] orãdo cum
Peccata ad mortẽ trahunt. affectu[& ſanaſti me]id eſt,paſſibilitatẽ & mortalitatẽ meam pro capite quantũ ad cor D
pus,ſanaſti vulnera peccatorũ meorũ.[Dñe eduxiſti ab inferno]id eſt,à mortalibus pec
catis,quæ in profundo ſunt,& ad infernũ trahunt[animam meã]reſtituens eam corpo
ri Chriſti,ſaluaſti me à deſcendentibus in lacũ]id eſt,à conformitate pereũtium ſine fi-
ne:Ergo [ Pſallite domino ſancti eius]id eſt,vos q firmos putatis vos eſſe,mandata do-
mini ſeruate,& ſic apparebit ſi ſancti eſtis vel nõ[&]ſicut[confitemini memoriæ ſancti
tatis eius]id eſt,laudate eum ꝙ memor veſtri,ſanctitatem operatus eſt in vobis. [ Quo-
Ephe.2 niam ira in indignatione eius] id eſt, ex animaduerſione eratis filij iræ,& vita eſt vobis
reddita[in voluntate eius]id eſt,per gratiam eius non per meritum veſtrum.[Ad veſpe
rum]id eſt,nunc in hoc tempore,quod eſt veſpera mundi[demorabitur fletus ] iniuſtis
Iohan.16 id eſt,flent & dolent pro hac ira donec,illuceſcat eis dies ętermus[&]tunc[ad matutinũ]
Mali hic gaudent boni vero dolent æternæ claritatis demorabitur cum eis[lætitia]cœleſtis,quia hic fleuerunt : Iniuſti vero
econtra faciunt,quia ad veſperum huius mundi demoratur cum eis riſus & gaudium:&
ideo iuſtũ eſt ꝙ ad matutinum reſurrectionis luctum inueniant ſempiternum.[Ego au
tem dixi]in primo parẽte[in habũdantia mea]cõfidens,me mihi ſufficere ęſtimans[nõ
mouebor in æternum ab iſta habundantia,ſed hoc peruerſæ dixi,quia [ Domine in vo-
Dani.9 Titum.3 luntate tua]non in meritis meis[præſtitiſti decori meo virtutem]id eſt, naturalibus ad
didiſti dona gratuita,prout tibi placuit:Et cum peccauerim. [ Auertiſti faciem tuam à
me]id eſt,beneuolentiam[& factus ſum cõturbatus]id eſt,erubui pudenda mea,ſed mi
ſericordia reſpirans.[ Ad te dñe clamabo]vt oſtendas mihi faciem tuam[& ad deũ me-
um deprecabor]humiliter dicens. [ Quæ vtilitas in ſanguine meo ] erit ſcilicet, in effu-
ſione ſanguinis mei,& in morte mea [dum deſcendo in corruptionem] id eſt, ſi putrue
rit corpus meum in ſepulchro.[ Nunquid confitebitur tibi puluis]id eſt, corpus in pul-
uere redactum parat tibi cõfeſſores [ aut annunciabit]alijs[veritatem tuam]id eſt,reſur
Iohan.14 rectionem Chriſti qui veritas eſt de te veritate.[ Audiuit dominus]hãc orationem qua
peto vtilitatem eſſe in ſanguine meo [& miſertus eſt mei] ſeruando à corruptione, do-
minus



A minus [factus eſt adiutor meus] in agone huius vitæ. [ Conuertiſti planctum meum [
id eſt,planctum mortis meæ [in gaudium ] reſurrectionis [ mihi ] id eſt, meis [ conci-
diſti ſaccum meum]id eſt,mortalitatem meam, qua indutus eram tanquam habitu pœ
nitentis[& circundediſti me lætitia ] id eſt, ſtola immortalitatis me veſtiſti. [ Vt cantet
tibi gloria mea]id eſt,vt glorioſe tibi iubilem [& non compungar]vlterius aliqua pœ-
na[quia domine deus meus in æternum confitebor tibi]id eſt,laudabo te ſine fine.

## ¶ Pſalmi XXX. Enarratio.

IN te domine ſperaui]id eſt,ſpem meæ glorificationis in te poſui , & ideo [ non con-
fundar in æternũ ] & ſi ad tempus cõfundi videor inter homines,ſed [in iuſtitia tua]
qua dilectoribus tuis ſemper faues[libera me]ab omni malo.[Inclina ad me humilem
[aurem tuam] o excelſe,id eſt,ſublimitas tua meæ infirmitati condeſcendat[accelera ]
non tardans [vt eruas me] de mala tentatione,vt non vincar.[Eſto mihi in deum pro-
tectorem] aduerſus iacula inimici [& in domum refugij vt] in te ſim tutus [&] ſic [ſal-
uum me facias ] à miſeria. [ Quoniam fortitudo mea & refugium meum es tu ] id eſt,
non aliunde me ſentio fortem & tutum niſi ex te [propter nomẽ tuum] glorificandum Iohan.15
[deduces me ] ne errem , quia qui à deo non ducitur, ſine dubio per anfractus iniquita- 2.Cor.3
tum turpiter errabit [& enutries me] ſicut pullum ſub alis,id eſt, paulatim me proficere
facies donec perueniam ad perfectum virum.[Educ me de laqueo]mortis,animæ & in Ephe.4
ferni [quem abſconderunt mihi ] ſub carnali delectatione,ſicut venenum abſconditur
ſub dulci morſello[quoniam tu es protector meus]ne aſſenſum præbeam malę ſugge-
ſtioni:Ita tu me protegis & ego.[In manus tuas domine commendo ſpiritum meũ ] vt
à te cuſtodiatur,qa ego ſcio ꝙ nec poſſum ſine te,et vere ita facies,nã[redemiſti me]à po
teſtate diaboli prætio ſanguinis tui[dñe deus veritatis].i.tu Chriſte,q es deus verus,vel
ſic intellige literã,et forte melius O[deus veritatis].i.vere reddẽs ꝓmiſſa[redemiſti me]
in Chriſto clamãte in cruce [In manus tuas cõmendo ſpiritũ meũ]qa ex oppoſito non Iohan.15
redemiſti,ſed [ Odiſti].i.reprobaſti[obſeruantes vanitates].i.diligentes tẽporalia quæ
cito euaneſcunt[ſuperuacue]id eſt,vltra neceſſitatem,ſuperfluitatem quærentes,cum a-
mans diuitias,fructum non capiat ex eis,hij incidunt in laqueum quem abſcondunt dę Lucæ.23
mones:& ideo deus veritatis,non redemit eos,id eſt,fructu carent redemptionis. [ Ego
B autem longe me ſeparans ab illorum errore[in domino ſperaui]nõ in mea virtute nec Eccle.5
in aliqua mundi iſtius altitudine,& ideo[exultabo foris bene operando[& lætabor]in-
tus feruenter Chriſtum amando[in miſericordia tua]qua de impio feciſti iuſtum non
in mea iuſtitia.[Quoniam reſpexiſti]oculo beneplaciti[humilitatem meam]id eſt,hu- Dani.9
milem obedientiam meam,qua tibi fideliter adhæreo,& tamen nulli hominũ me præ-
pono, nec quenq̃ niſi me ipſum iudicare pręſumó,& in hoc[ſaluaſti]id eſt,ſaluabis[de
neceſſitatibus]id eſt,de anguſtijs , & venialibus quæ vitare non poſſum quã diu in via
ſum[animam meam]te ſolum amplectentem.[Nec concluſiſti me].i. me concludi nõ Peccata venialia hic vitari nõ poſſunt.
permiſiſti[in manibus inimici]id eſt,in poteſtate dæmonum, vel malorum hominum
vt eorum cederem voluntati:imo[ſtatuiſti in loco ſpatioſo pedes meos ] id eſt, affectus
meos ita dilataſti in charitate,vt faciliter fugerem venenoſa, & libenter pro te ſubirem
dura & aſpera. [ Miſerere mei dñe quoniam tribulor]quia vanitati ſubiecta eſt creatu- Roma.8
ra,qua tribulatione[conturbatus eſt in ira oculus meus]intellectus tamen non eſt cęca
tus [ anima mea] id eſt,voluntas[& venter meus]id eſt,ratio vel memoria. [ Quoniam Pſalm.77
defecit]id eſt,morti apropinquauit[in dolore]pro meis & alienis peccatis non in gau-
dio huius mũdi,vt eorum quorum dies in vanitate defecerunt[vita mea & anni mei]de
fecerunt in gemitibus]pro dilatione patriæ.[ Infirmata eſt]id eſt, in ſufficiens facta eſt
[in paupertate ] id eſt,indigentia plena [ virtus mea] id eſt,natura mea [& oſſa mea]id
eſt,interiora mea [ conturbata ] id eſt, compuncta [ſunt Super inimicos meos ] inten-
dens, vt ſuperentur, tamen [ factus ſum obprobrium vicinis meis valde] conuerti vo-
lentibus ad deum qui dicunt ecce quid clerici, quid religioſi faciunt quid hæremitę Scandalizantur multi vita clericorum.
& timent ne omnes tales ſint, & veniunt in ſuſpitione mala fere omnes boni , & ſic fa-
ctus [& timor notis meis ] quia non dicũt ecce quid mali faciunt, ſed quid iſti faciunt,
& ideo ſic dicentes.[ Qui videbant me]id eſt,intellexerũt me de ſolis inuiſibilibus ſpem
habere [ foras fugierunt à me ] id eſt , ad quærendum conſolationem in exterio-
ribus bonis fugerunt ,à ſpe æternorum[obliuioni datus ſum] id eſt , à memoria eorum
excidi

Pſal.9 excidi[tanquam mortuus à corde]id eſt,tanquam ille cuius memoria cum corpore ſe
pelitur, & de eius reparatione deſperatur:Non plus curant imitari vitam q̃ me vident te C
nere,quia quoſdam in eodem ſtatu cernunt errare,& ideo.[Factus ſum tanq̃ vas perdi-
tum]id eſt,viſus ſit mihi quaſi periſſe vſibus dñi viuens, & nullum lucrifiaciens, vel ad-
quiſitos non retinens,hoc dico [quoniam audiui vituperationem multorum] dicenti-
um malus eſt iſte ſicut alij,vituperantur enim boni propter malos,ſed[commorantium
Boni propter malos vituperantur in circuitu]id eſt,ſequentium volubilitatem rerum temporalium,ideo minus curo.[In
eo]ſcilicet,circuitu[dum conuenirent]id eſt,dum conſilium peruerſum congregarent
[accipere animã meam conſiliati ſunt]id eſt,animam meã perdere & ad ſuam ſectam
perducere conabantur,ſed non potuerunt,quia. [Ego autem in te ſperaui] non de me
præſumpſi[dixi dño deo deus meus es tu]qui es ſolus deus[in manibus tuis ſortes meę]
id eſt,electiones,vt per te eligamus quæ appetenda ſunt nobis. [Eripe me de manu ini-
micorum meorũ] id eſt,de poteſtate diaboli & miniſtrorum eius [& à perſequentibus
me]mortifera ſuadendo,ſcilicet nociua animæ & delectabilia carni.[Illuſtra faciem tu-
am ſuper ſeruum tuum]id eſt,hilarem & blandum te oſtende[ſaluum me fac in miſeri-
cordia tua]non in merito meo,non confundar cum coram te præſentatus fuero [quo-
niam inuocaui te]corde,ore, & opere te in me inuitaui: Ego ſic agens non erubeſcam,
ſed [Erubeſcant impij]de impietatibus ſuis[& deducantur in infernum] id eſt,corru-
ant in profundum malorum[muta fiant labia doloſa]id eſt,à labijs quæ dolum loquẽ-
2.Tim.2 tur,auferatur poteſtas proferendi ſermonem:ſemper enim nocent, quando loquuntur.
[Quæ loquũtur aduerſus iuſtum iniquitatẽ]id eſt,vt inique iuſtum ſeducant [in ſuper-
bia]ſe magnos eſtimantes cum nihil ſint [& inabuſione] æternis temporalia præferen-
tes,iſtis magna pœna præparatur, ſed econtra. [Quam magna multitudo dulcedinis
tuæ]id eſt,quàm ineffabiliter multiplex dulcedo,omnem exhibens ſuauitatem [quam
abſcondiſti timentibus te]id eſt,repoſuiſti ſicut in theſaurum quam mali negligunt.
[Perfeciſti eis]illam dulcedinem [qui ſperãt in te]id eſt,perfecturus es hijs,qui nunc in
tranſitu guſtant dulcedinem[in conſpectu filiorum hominum]quando audituri ſunt
Matt.25 venite benedicti.[Abſcondes eos in abſcondito faciei tuæ]id eſt,pones eos in ſecreto vi
ſionis tuæ[à conturbatione hominum] malorum:Et introiui[Proteges eos in taberna-
culo] id eſt,tibi in eccleſia militantes[à contradictione linguarum]id eſt,à linguis con-
tradicentibus,quia quædam bona docent, quædam mala, qui ergo in fide & charitate
perſeuerant,non nocet illi diuerſitas linguarum:Et de hoc[Benedictus dominus]id eſt D
gratias deo[quoniam mirificauit miſericordiam ſuam]id eſt,glorificauit multos miſe-
ricorditer aſſumptos,vnde & miſericordia eius valde mirifica eſt,dum de miſeris facit
glorioſos[mihi]id eſt,ad cõmodum meum et gloriam meam[in ciuitate munita]id eſt
Gala.4 in cœleſti Ieruſalem quam nullus inimicus vel immundus intrare poteſt. [Ego autem
Matt.6 dixi in exceſſu meo]id eſt,quando mens mea excedit & rapitur ad cõtemplationem ſu-
Apoc.21 pernorum[proiectus ſum à facie oculorum tuorum] quia videns altitudinem, ſentit ſe
Pſal.34 dum eſt in hac peregrinatione valde longe proiectam eſſe,à clara viſione luminis dei.
[Ideo]quia me recognoſco eſſe miſerum[exaudiſti vocem deprecationis meæ]qua pe-
to perfectam viſionem cœleſtium[dum clamarem ad te]videndum toto deſiderio cor-
dis mei:Et de hoc gaudio quandoq; habendo in ſpe ſecurus exiſtens,audeo etiam ſum-
mos admouere dicens.[Diligite dominum omnes ſancti eius]id eſt,& vos ſancti in tã-
ta ſpe poſiti,ſeruite domino in dilectiõe[quoniam]hanc[veritatẽ requiret dominus ]vt
creatura ſcilicet diligat creatorẽ & redẽptorẽ,non ſolũ timeat,magis enim vult amari q̃
timeri,ſemper tamen reuerentiæ timorem exigit:& talis timor ſemper eſt in amore [&
retribuet habundanter]id eſt,pœnam corporis & animæ retribuet [facientibus ſuper-
biam] id eſt,ſibi ſeruire recuſantibus, quia retribuerunt ei mala pro bonis:Ideo vos ad
eius ſeruitium conuerſi. [Viriliter agite]id eſt, longanimiter ſuſtinete[& confortetur
cor veſtrum] de cœleſtibus promiſſis æquanimiter tollerando [omnes qui ſperatis in
domino] hic exprimitur virtus totius pſalmi, ſcilicet ne carnis fragilitas timeat tot
mala ſeculi.

### ¶Pſalmi XXXI. Enarratio.

Pœnitẽs quid facere debet. BEati quorum ]loquitur hic propheta in perſona pœnitentis: Docet autem quid in
telligere debemus ſi vere pœnitere volumus:Primo debes intelligere te peccatorẽ.
Poſtea



A Poſtea ſi cœperis beneſacere nõ viribus tuis tribuas,ſed gratiæ dei,& agit cõtra vitia ho Titum.3
minũ, qui vel peccata neſciunt vel cognita defendunt & merita iactant:Remiſſio ergo Dani.9
peccati appetenda eſt,vt ſequatur beatitudo:quia[beati quorum remiſſæ ſunt iniquita-
tes] per contritionem & confeſſionem,quæ ante erant intenſæ[& quorũ tecta ſunt pec
cata]per charitatẽ,quia charitas operit multitudinẽ peccatorũ.[Beatus vir cui nõ impu 1.Pet.4 Prou.10
tauit dñs peccatũ]propter plenam ſatiſfactionem[nec eſt in ſpiritu eius dolus]per pec-
cati defentionem,nec doloſe dicit dñe dñe,& non facit voluntatatem eius.[Quoniã ta- Lucæ.6
cui]quod nõ eſſet tacendum,ſcilicet confiteri peccata mea[inueterauerunt oſſa mea] id
eſt,ſpiritualis fortitudo mea defecit & cõſumpta eſt[dum clamarem tota die] id eſt, dũ
merita mea continue iactarem,tacui ergo vnde proficerem, ſed non tacui vnde defice-
rem:Qui enim non vult confiteri peccata,laborat ſine cauſa in defenſione peccatorum,
& ſi non ſibi ſit conſcius,nõ tamen iuſtum ſe prædicet,quia delicta quis intelligit.[Quo 1.Ioh.1
niam die ac nocte]id eſt,in proſperis & aduerſis[grauata eſt ſuper me manus tua]id eſt Pſalm.18
me grauat potentia tua,vltrix ſuperbiæ meæ,& ſic [conuerſus ſum in erumna mea] id
eſt, in hac miſeria mea attendi inſufficientiam meam[dum cõfigitur ſpina]id eſt,dum
in conſcientia mea figitur compunctio peccati mei.[Delictum meum]ego conſcientia 2.Cor.5
conſtrictus[cognitum tibi feci] id eſt,ad honorem tuum peccatũ meum confeſſus ſum
[& iniuſtitiam meam]aduerſus proximum [non abſcondi] ſed aperui per confeſſio-
nem.[Dixi]id eſt,deliberaui prius [confitebor aduerſum me] referens in me culpam Peccata non ſunt celanda.
meam[& tu remiſiſti impietatem peccati mei] ſcilicet, qua excuſabam peccata mea.
[Pro hac]ſcilicet impietate redimenda[orabit ad te]placandum [omnis ſanctus] qui
firmus in tuo amore permanere cupit[in tempore opportuno]id eſt,in gratia.[Verun- De mĩa dei nemo præſumere debet.
tamen]quamuis ita ſit,quód ad contritionem dimittit peccatum,tamẽ in hac ſpe nolite
peccare,quia[in diluuio aquarum multarũ]id eſt,qui ſunt diffluentes in carnalibus cõ-
cupiſcentijs,& in erroribus diuerſarum ſectarum,vt qui fato fortunę vel ſtellis peccata
imputant,vel inhabundantia diſputationũ philoſophicarum[ad eum non approxima
bunt]imo elongabuntur:per multiplicitatem enim ſcientiæ quidam peccata ſua excu-
ſant,alij per ignorantiam,alij per infirmitatem : ſed quicquid alij dicant vel faciant.
[Tu es refugium meum]aduerſus errãtes vndiq; impugnantes & hoc eſt[à tribulatio-
B ne quæ circundedit me] ſed quia inter hæc omnia tu es [exultatio mea] nunc in ſpe
[erue me à circundantibus me]id eſt,à perſequentibus:Et reſpondet ei vox diuina.[In
tellectum tibi dabo]vt intelligas ſalutem non meriti eſſe ſed gratiæ[in via hac] ſcilicet, Rom.6
intelligentiæ[qua gradieris,firmabo te ſuper oculos meos]id eſt,dum in hac gradieris Titum.3
non auferam à te beneuolentiam meam:Ergo vos conſortes mei. [Nolite fieri ſicut e-
quus]qui ſine diſcretiõe ſeſſorem accipit[& mulus]qui nullum onus recuſat,id eſt,no- Peccator equũ & mulum imitatur.
lite ſicut peccatores faciunt à diabolo inſederi,& vitijs onerari [quibus non eſt intelle-
ctus]id eſt,intellectum non habent,quia equus, id eſt, ſuperbus & indiſcretus non eli-
git cui obediat,nec mulus,id eſt,ſtolidus & piger quibus omnibus ingrauetur intelligit:
alioquin [In chamo]id eſt,in maiori tribulatione[& in freno] id eſt,minori,vt qui nõ
conuertuntur deuotione,plagis conuertantur coacti [maxillas eorum conſtringe] id
eſt,copias victuales partius debent dari,& ad paupertatem redigantur [qui non appro
ximant ad te] per voluntariam ſubiectionem: Quia [Multa flagella peccatoris]id eſt, Ierem.17
multa ſunt flagella peccatorum, ad te non approximantium, quia dupliciter flagella- Iohel.3
bit eos[ſperantem autẽ in domino miſericordia circundabit] id eſt,in duplici ſtola ve- Peccator non ſpat in dño.
ſtiet in futuro,ex hoc patet manifeſte ꝙ nullus peccator in dño ſperat,qa vacua eſt ſpes
impij & labores ſine fructu.[Lętamini in dño]pro ſtola interiori [& exultate iuſti] pro Sap.13
ſtola exteriori[& gloriamini]interim teſtimonio bonę conſciẽtię[omnes recti corde] 2.Cor.1
id eſt,q̃ per veram cõfeſſionem quæritis beatitudinẽ,& nõ declinatis à tramite ęquitatis.

### ¶Pſalmi XXXII. Enarratio.

EXultate iuſti in domino]Iniuſti in mundo exultant,ſed vos iuſti exultate in domi
no qui iuſtos fecit[rectos] qui deo propter dominũ ſeruiunt [decet collaudatio]
id eſt, eos decet dominũ ſimul laudare, quia non eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris.
[Confitemini domino in cithara] id eſt,laudate deum quamuis aduerſa occurrant:ci- Eccle.15
tharizamus autem domino,quando in paſſionibus lęti dicimus: Dominus dedit domi Iob.1
nus abſtulit, ſit nomen domini benedictum [& in pſalterio decem cordarum pſal-
lite illi.

Rom.6 lite illi]id eſt,mouete membra veſtra ſeruire charitati,quę decem pręceptis completur. C
Colo.3 [Cantate ei canticum nouum]id eſt, exuite vetuſtatem peccati & induite nouitatē gra-
tiæ,hoc canticum non cantat niſi homo renouatus ſpiritu[bene pſallite illi]nō male,vt
faciunt mundi dilectores,id eſt,ipſum bonis operibus inuocate[in vociferatione]vel iu
bilatione, id eſt,ineffabili laudum iubilo, quia vociferans,id eſt, iubilans longe,id eſt,
vſq; ad deum fert vocem,alius deficit in voce priusq̄ perueniat ad medium, hæc omnia
Gala.5 ergo bona facite in tanta mentis iucunditate,quam lingua non valeat explicare.[Quia
rectum eſt verbum domini]quia iubet dominus cuius præceptum rectum eſt [& om̄ia
2.Cor.3 opera eius]ſunt[in fide]id eſt,quecunq; iubet fieri,fundamentum habent fidei deum.
Nemo enim opera domini meretur niſi præcedat fides per gratuitam largitatem.[Dili
git miſericordiam]id eſt,in humilibus iam conuerſis ad ipſum[&iuditium]quia eos ſe
queſtrat ab impijs,qui malitia perdurante conuerti negligunt[miſericordia dn̄i plena
Apo.1 eſt terra]qua ſcilicet,dilexit nos,miſertus eſt noſtri miſericorditer redimēs.[Verbo do
Iohan.1 mini]id eſt,filio dei[cœli firmati ſunt]id eſt,facti,ſtabiliti,& ſolidati per quos compū-
cti ſumus[& ſpiritu oris eius]id eſt,ſpiritu filij ſui[omnis virtus eorum]ſcilicet ſancto
rum firmata eſt,id eſt,per illū faciunt quicquid viriliter & virtuoſe faciunt.[Congre-
gans ſicut in vtre aquas maris]id eſt,dominus cōcludit in cordibus malorum amaritu-
Iob.1 dinem eorum, ne præualeant aduerſus ſanctos,& non noceant, niſi permiſſi[ponens
in theſauris]vnde proferat donatiua militibus ſuis [abyſſos] id eſt, profundos in mali-
tia:Ergo.[Timeat dominum omnis terra]non tirannos [ab eo autem commouean-
tur]à nequitia ſua[omnes inhabitantes orbem]id eſt,morantes in cupiditate tempora-
Gene.1 lium.[Quoniam ipſe dixit]vt ſpergerentur à mari aquæ [& facta ſunt] id eſt, factum
Luc.12 eſt[ipſe mandauit] vt moueantur ad perſequendum [& creata ſunt] in flagellum pijs
& exercitium,ſed non ſunt timendi perſecutores,quia.[Dominus diſſipat conſilia gen
tium] id eſt,iniuſte exterminare volentium,nomina aliorum regnorum, vt ſua dilatēt
[reprobat cogitationes populorum]quibus omnem Chriſtianum delere affectabāt[&
reprobat conſilia principum]maligniter inſidiantium.[Conſilium autem domini]de
reparatione humani generis[in æternum manet]id eſt,nullo modo potuit fruſtrari[co
gitationes cordis eius]de prædeſtinatione, iuſtificatione & glorificatione[in genera-
Roma.8 tione] præſenti [& generatione] æterna:Ergo.[Beata gens cuius eſt dominus]Chri D
Iſa.53 ſtus [deus eius] ſcilicet voluntate qui eſt poteſtate, & beatus [populus quem elegit in
hæreditatem ſibi] id eſt, quem præparauit,vt eum regeret & excoleret.[De cœlo] cœ-
Rom.2 lorum[reſpexit dominus] miſericorditer [vidit omnes filios hominum]non enim fuit
Actu.10 diſcretor vel acceptor perſonarum,vt ſunt prælati noſtri qui diuites & nobiles recipiūt,
Ephe.6 & cauſam pauperis etiam audire non dignantur,ſed veniet dies in quo contempti pau-
Colo.3 peres, ad ſummum regem honorifice intrabunt,& ipſi cum hijs quos honorabant fo-
Matt.25 ras gemebunt miſerrimi,& deſpectiſſimi effecti.[De præparato habitaculo ſuo] id eſt,
de homine à verbo aſſumpto [reſpexit ſuper omnes qui habitant terram] paratus reci-
Eze.18 pere omnes qui velint ad ipſum redire.[Qui finxit ſingillatim] id eſt, diuiſim [corda
Luc.15 eorum] id eſt,formauit & diſpoſuit corda eorum ad diuerſa dona percipienda, vt alij
1.Cor.12 habeant ſermonem ſapientię, alij ſermonem ſcientiæ,alij genera linguarum, alij gra-
tiam ſanitatum[qui intelligit omnia opera eorum] vt eos ſolicitos reddat, ad quem fi-
nem quiſque opera ſua dirigat. Et per eos enuntians,ꝙ.[Non ſaluatur rex] nec ſpi-
ritualiter nec corporaliter [per multam virtutem] id eſt,quàmuis ducat magnum ex-
ercitum,in quo confidit,vel fortis ſit in ſe [& gigas] id eſt, aliquis excellens in robore
corporis vel ingenio mentis [non ſaluabitur] à tormento iehennnæ [in multitudine
virtutis ſuæ] quia nulla creatura ſufficit ad ſuam ſaluationem ſine miſericordia dei.
Dani.9 Nam.[Fallax equus] id eſt, pompa & vanitas ſecularis candoris deceptoria eſt [ad ſa
Titum.3 lutem] æternam adquirendam,quia magis viuat ad damnationem [in habundantia
Prou.31 autem virtutis ſuæ]id eſt,quàmuis valde habundans videatur in omnibus quę pertinēt
ad virtutem & gloriam præſentis vitæ,quæ potius infirmitas dici debet,quia infirmam
facit animam [non ſaluabitur] id eſt,damnabitur cum hoc mundo.[Ecce oculi domi-
ni]id eſt,beneuolentiam Chriſti[ſuper metuētes eum] id eſt,qui pro eius amore timēt
peccare nunc poteſtis videre vbi ſit ſalus, & vbi perditio, gloria mundi dilectores ſuos
Eccle.25 tranſglutit & ad infernum mittit, timor dei à peccatis præſeruat & deo commendat[&
in eis



in eis qui ſperant ſuper miſericordia eius]nō in eis qui gaudēt in equo fallaci.[Vt eruat
A à morte]æterna[animas eorum]ſcilicet,ſperantium in ſe, non gloriātium in ſua virtu- Matt.5
te[& alat eos in fame]qua eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam: alit enim tales dulcedine amoris
ſui,mundanos vero non alit,qui terrenis ſordibus à dęmonibus paſcuntur.[Anima]i- Abac.2
ſtorum diabolum ſuſtinet,ſed anima[noſtra ſuſtinet dominū]id eſt, patiēter expectat Roma.8
[quoniam adiutor]in bonis[& protector noſter eſt]in malis.[Quia in eo lętabitur cor Iacob.5
noſtrum]in futuro,quando eum videbimus ſicut eſt [& in nomine ſancto eius]ſcilicet 1.Ioh.3
Ieſu[ſperauimus]in præſenti,nō in viribus noſtris,vt rex & gigas:Et vt hæc omnia bo
na in nobis compleantur.[Fiat miſericordia tua dn̄e ſuper nos] dirigens & cuſtodiens
[quemadmodum ſperauimus in te]id eſt,da gratiam miſericordiæ,ſicut dediſti gratiā,
vt ſpes noſtra fixa ſit in te,id eſt,da gratiam pro gratia.

¶ Pſalmi XXXIII. Enarratio.

BEnedicam dominū in omni tempore]id eſt,in proſperis & in aduerſis,nō ſicut il- Laudant
le qui laudat deū,quando bene eſt ei,& blaſphemat quādo male,imo[ſemper laus deū qdā
eius in ore meo]id eſt,laudem eius manifeſte prædicabo,& ſi loquar,non loquar quod in proſpe
laudi eius ſit contrarium:Et ideo [In dn̄o] non in meipſo]laudabitur anima mea] diui ris, ſed in
nę laudi ſemper ſeruiens: laus enim nobis eſt, ſi dominū vere laudamus [audiant] ho- aduerſis]
[manſueti]qui non dicunt: durus eſt hic ſermo[& lætentur]inuitari.[Magnificate do murmu-
minum mecum]id eſt,ſicut ego dominum magnificare cupio ore et opere,ita & vos me rant.
cum faciatis[& exaltemus nomen eius]ſcilicet,Ieſum altum prædicemus[in idipſum] Iohan.6
id eſt,in eadē identitate fidei charitatis non diſcrepantes.[Exquiſiui dn̄m]id eſt,volun
tatem eius quæſiui in ſacra ſcriptura quid me velit facere [& exaudiuit me]dando mihi
notitiam voluntatis ſuæ[& ex omnibus tribulationibus meis] id eſt, perplexitatibus in
quibus tribulabar[eripuit me]infundendo lumen,vt clare cernerem quo irem.Ideo &
vos nolite abire retro, ſed [Accedite ad eum] per fidem & amorem[& illuminamini] Pſal.118
id eſt, lumen gratiæ eius accipitis,ſi enim receditis obtenebramini[& facies veſtræ non Iohan.6
confundentur] id eſt, non erubeſcent caſſata oratione. Quicquid enim hic iuſto fiat Lucæ.11
B non erubeſcit,quia & ſi apud homines videatur inferior inimico,tamē apud deum ſem Iuſtus in
per ſuperior eſt:ſuperbus vero in aduerſis erubeſcit,quia ad deum vt illuminaretur non aduerſis
acceſſit.Illuminatus autem non erubeſcit,& de hoc experto credite,nam.[Iſte pauper non eru-
ſpiritu qui terrena non cupit[clamauit]valido cordis deſiderio[& dn̄s exaudiuit eum] beſcit.
dando ei perſpicuam veritatis cognitionem[& ex omnibus tribulationibus ſuis]id eſt, Matt.5
ex vicijs & fantaſmatibus vanarū cogitationum occurrentium & tribulantium [ſalua-
uit eum]vt ſine perturbatiōe amaret Chriſtum.[Immittit angelus dn̄i]id eſt,immiſſio
nem facit magni conſilij angelus[in circuitu timentium eum]id eſt,vt circūtegat timē- Iſa.9
tes ſe[&]fauens illis[eripiet eos]de ore leonis qui circuit quærens quem deuoret: Igi- 1.Pet.5
tur [Guſtate]palato cordis[& videte]id eſt,diſcite guſtando[quoniam ſuauis eſt do-
minus] in ſe,& magnā dilectoribus ſuis ſuauitatem infundit [beatus vir qui ſperat in
eo]ſapore huius guſtus confortatus.[Timete dn̄m omnes ſancti eius]id eſt, cuncti mo
re filiali & reuerentia accedite ad guſtandum[quoniam non eſt inopia] interni panis, Deut.8
id eſt,ſpiritualis delectationis in verbo dei & ſancta contemplatione[timentibus eum] Matt.4
caſto timore,ſed.[Diuites]id eſt,omnes exterioribus rebus mancipati [eguerunt] iſto Luc.1
pane[& eſuriunt]id eſt,vacui remanſerunt,non pertingentes ad eius ſaporem[inquirē
tes autem dominum]toto deſiderio & opere,non aliqua exteriora gaudia vel bona [nō
minuentur omni bono]id eſt,maiores inuenientur q̄ putauerunt in vero & ſummo bo-
no: Et vos qui adhuc neſcitis qualiter ſit deus timendus. [Venite filij] quos parturio
ſpiritu[timorem domini docebo vos]id eſt,docebo quid timor dei operetur in homini
bus, audite nunc doctrinā ſanctā.[Quis eſt homo q vult vitā]æternā poſſidere[& dili- Ephe.5
git dies videre bonos]qui nunq̄ ſunt in hoc ſeculo,qa dies mali ſunt: omnes hoc dicunt Dies bo-
ſe velle bonā rem,ſed errant,quęrēdo illam,qa non quęrūt eam in regiōe eius,hic enim ni hic nō
cupiūt videre dies bonos vbi nunq̄ inueniūtur.Quæramus ergo vitā in cœlo vbi nemo inueniun
mori poteſt,ſed ſemper viuit beatus,vt ergo ad hāc peruenias.[Prohibe linguā tuam à tur.
malo].i.nō ſis detractor & ſuſurro in populo[& labia tua] prohibe[ne loquātur dolū] Apoc.21
id ē,nō fallas proximū verbis ſimulatis.[Diuerte à malo]peccati mortalis[& fac bonū] Rom.1
mentis,oris,& operis,primū pręceptū inchoat hoīem,hoc perficit.Nō enim poteſt fieri
bonum

Bonū nō poteſt fie ri niſi pri us malū euitetur. Mar.10

bonum niſi prius malum euitetur, & eradicetur [ inquire pacem ] cum proximo, & vt mens tua tranquilla perſiſtat in amore dei [& perſequere eam] & hoc perfecte fac & perſeuerantur, quia. [ Oculi dn̄i] id eſt, beneplacitum eius [ſuper iuſtos ] quia vbi amor ibi oculus, capitur enim amore iuſtarum animarum, & ideo ſemper habet oculos intentos ad eas [& aures eius ad præces eorum] libenter enim audit ꝙ præcantur, quia nihil niſi ipſum, & propter ipſum petunt, vox enim eorum dulcis, & facies eorum decora. Nemo turpem faciem videre delectatur, quam habent omnes mortaliter peccātes, & ideo. C

Cant.2

[ Vultus domini] id eſt, vultuoſitatis indignatio vel ira [ſuper facientes mala] id eſt, ſuper eos qui nolunt ceſſare à peccato [vt perdat de terra viuentium] & morientium [memoriam eorum] & ſic non eſt eis locus, niſi in terra mortuorum, id eſt, in inferno: E contra. [ Clamauerunt iuſti] In hoc enim clamant, ꝙ iuſti ſunt, omnis vero iniuſtus mutus eſt coram deo [& dominus exaudiuit eos ] quod notum eſt inde, quia [ & ex omnibus tribulationibus ſuis] id eſt, ex omnibus generibus hoſtium poſteriorum, & anteriorum [liberauit eos] id eſt, eos liberos fecit, vt ipſius ſerui ſint nō alterius. [ Iuxta eſt dominus hiꝭ q̄ tribulato ſunt corde] id eſt, hiꝭ qui corde compuncto eum orant, prope eſt ad ſanandum eos plene: Multi ſunt qui tribulantur, ſed non ex corde compuncto, quia non peccata deflent, ſed mundana eos damna contriſtant à quibus longe receſſit, & ideo errant. Illi tribulato ſunt corde, qui aliena mala ſuas miſerias faciunt [ & humiles ſpiritu ſaluauit ] non ſuperba ſapientes. [ Multe tribulationes iuſtorum ] ergo qui non patitur non eſt iuſtus, quia pauciores ſunt iniquorum [& de omnibus hiꝭ liberauit eos dominus] id eſt, tot tribulationes patiuntur in præſenti, vt à futuris tribulationibus eruantur, quia. [Cuſtodit dominus omnia oſſa eorum] id eſt, omne robur virtutum in eis, ſcilicet patientia, perſeuerantia, manſuetudo & charitas [vnum ex hiꝭ] ſcilicet virtutibus [non conteretur] id eſt, nulla tribulatione frangitur aliqua virtus ſanctorum quocunq; tribulante. Nam ad literam plurima iuſtorum oſſa confracta ſunt, ſic iuſti cuſtodiuntur, ſed. [ Mors peccatorum] id eſt, damnatio reproborum [peſſima] quia in inferno [& qui oderunt iuſtum] in eo ꝙ iuſtus eſt [delinquent] ſingulari delicto, mortua in eis charitate. [ Redimet dominus] id eſt, à peccato plene purgabit [animas ſeruorū ſuorum] ſibi fideliter obedientium [& non delinquent] in charitate [omnes qui ſperant in eo] id eſt, qui habent ſpem ex meritis & gratia dei cauſatam. D

Iniuſtus corā deo mutus ē.

Tribula to corde q̄ ſint Rom.12 Iuſtus nō eſt qui nō patitur.

## ¶ Pſalmi XXXIIII. Enarratio.

Iſa.6

Ephe.6 1.Pet.5

IVdica domine nocētes me] id eſt, excęcabis cor populi huius, qui Chriſto & eccleſiæ nocumenta ſtudent inferre. Cantatur enim pſalmus ex perſona domini, & eccleſiæ [ expugna impugnantes me] id eſt, victos redde diabolum & miniſtros eius, quia fideles in eccleſia impugnare non ceſſant: Et ad expugnandum inimicum & protegendum amicum. [ Apprehende arma] id eſt, nos virtutum tuarum armis muni [& ſcutum] id eſt, certa fide nos conforta [&] ſic [exurge in adiutorium mihi] id eſt, te manifeſtū præbe nos adiuuantem. [ Effunde frameam] id eſt, dilata numerum iuſtorum. Framea enim dei eſt anima iuſti, quaſi diceret fauor tuæ gratiæ in me appareat [& conclude] per eos [aduerſus eos qui perſequuntur me] vt viſo ſplendorę frameæ, id eſt, clara conuerſatione iuſtorum, inimici terreantur [ dic animæ meæ ] id eſt, conſcientiam meam fac ſuauem & animam meam tuo amore feruentem [ſalus tua ego ſum] id eſt, per hoc ſciam, ꝙ ſalus mea tu es. [ Confundantur] id eſt, erubeſcant peccata ſua, & in melius commutentur [& reuereantur] id eſt, timeant pœnam [quærentes animam meam ] id eſt, vitam meam auferre vel infamare. [ Auertantur retrorſum] id eſt, fiant ſequaces, qui præcedere volebant [& confundantur cogitantes mihi mala ] id eſt, mortem inferre. Et ſi nolunt conuerti. [ Fiant tanquam puluis ante faciem venti] id eſt, cedant omni tētationi & ſuggeſtioni & diſperdantur in peccatis ſuis. Puluis enim ſunt peccatores terrena ſapientes, & à vento tentationis impulſi, & in omnē vanitatem mundi diſperſi [&] ſit [angelus domini coartans eos] ſcilicet, malus, non permittens eos quieſcere, ſed affligens cum ipſa ſuggeſtione, & aliquando velint per rationē reſiſtere. [Fiat via illorum] id eſt, vita ſua præſens [tenebræ & lubricum] id eſt, tenebroſa per ignorantiam, & ruinoſa per luxuriam, vt in hiꝭ vitiꝭ tanquam quibuſdam viꝭ in baratrum deſcendant: Horrenda via eſt hæc quis non horreat lubricum & tenebras, vbi pedes figere non poteſt [&] tamen [angelus domini perſequens eos] id eſt, ſtare nō ſinens, ſed in varia mala præci-

Anima iuſti framea dei dicitur.

Puluis a uari dicuntur.

Pedes figere non poteſt peccator cū ī tenebris ſit.

la præci



A la præcipitat. Cadit enim leuiter qui in lubrico ire compellitur. [ Quoniam gratis ] id eſt, ſine merito meo & ſine cauſa [abſconderunt mihi] id eſt, ad me capiendum [ interitum laquei ſui] id eſt, mortem qua ipſi interirent, & illaquearentur [ſuperuacue ] id eſt, falſe [exprobrauerunt animam meam] id eſt, accuſauerunt. [ Veniat illi laqueus ] æternæ damnationis [quem ignorat] id eſt, à quo capiendū ſe, nunc non vult agnoſcere [& captio quam abſcondit] id eſt, deceptio qua apprehendere fideles nititur [apprehendat eum] id eſt, ſua aſtutia comprehendatur [in laqueum cadat inidipſum] in quo alios caſuros ęſtimauit, vt illaqueatus nō reſurgat. Hinc manifeſte patet, ꝙ qui quęrit alium decipere, ipſe citius decipitur, quàm alteri nocere poſſit. Illi ita, ſed [ Anima autem mea exultabit in domino] in quo vera eſt exultatio, extra quem exultatio non eſt dicenda, ſed inſania, prima autem beatitudo ſanctæ animæ, eſt in Chriſto exultare [ & delectabitur ſuper ſalutari ſuo] id eſt, ſuper hoc, ꝙ ab eo ſaluatur. In hac exultatione & delectatione permanendo. [ Omnia oſſa mea dicent] id eſt, virtutes conſeruatę, quas in affectu dilectionis dei expreſſit [quis ſimilis tibi] in eripiendo miſerum, nam tu es. [ Eripiens inopem] id eſt, hominem ope humana deſtitutum [de manu fortiorum eius] id eſt, de poteſtate tyrannorum, qui quantum ad hunc mundum fortiores ſunt, q̄ inopes: tamen ad deum debiliores, & eripiens [ egenum & pauperem ] id eſt, contemptibilem huic mundo & honorabilem deo [à diripientibus eum] id eſt, à malignis ſpiritibus, qui bona noſtra diripere quærunt à deo, & diſpergere in ventum vanitatis. [ Surgentes teſtes iniqui ] id eſt, iniqua de me falſe teſtantes [quæ ignorabam] id eſt, quæ non commiſeram [interrogabant me] id eſt, interrogando mihi imponebant. Ignorauit enim Chriſtus mentiri, rapere & opprimere. [ Retribuebant mihi mala pro bonis] id eſt, mortē pro vita & [ſterilitatem animæ meæ ] reddiderunt, id eſt, ſterilem fecerunt animam meam, vt nullus conuerteretur. Illi gaudebant in luxuriꝭ ſuis. [Ego autem cum mihi moleſti eſſent] ſua impœnitentia [ induebar cilicio ] id eſt, corpore humano, cuius velamine diuinitatem ſuā occultabat. Non enim legitur ꝙ Chriſtus ad literam vſus ſit cilicio. [Humiliabam] id eſt, affligebam [in ieiunio] ſpirituali [ animam meam ] quando perfidis obduratis,

Decipere aliū q̄ q̄rit citius ipſe decipitur.

1.Pet.2

Phil.2

B non inuenit quos in ſpirituales epulas aſſumeret: hæc fuit ſterilitas animæ ſuæ, ꝙ ieiunium [& oratio mea] id eſt, pro quibus oraui [in ſinu meo conuertetur ] id eſt, in vnitate eccleſiæ mundabitur, & quia precem quam deo patri homo aſſumptus obtulit, diuinitas in eo manens exaudiuit. [ Quaſi proximum & quaſi fratrem noſtrum ſic complacebam] id eſt, quaſi habens illos proximos & fratres per affectum pietatis, ſalutaria monui, vitam promiſi, pro eis oraui [quaſi lugens] eorum ſcelera [ & contriſtatus ] pro incorrigibili eorum malitia [ingrediebar] militiam huius vitę. Ego ſic pro eis egi, ſed [Et] ipſi peſſimi & indurati [ aduerſum me lætati ſunt ] id eſt, in hoc lætabantur, quod eſt omnino contra doctrinam meam [conuenerunt] aſpirantes in mortem meam [cōgregata ſunt ſuper me flagella ] in tantum ꝙ flagellantes laſſarentur [& ignoraui ] cauſam ſcilicet cur fieret, peccatū eſt quod ignorauit, id eſt, non fecit. [Diſſipati ſunt] id eſt, in diuerſam ſantentiam diuiſi, aliꝭ dicentes, quia bonus eſt, aliꝭ non, ſed ſeducit turbas [nec] tamen [compuncti ſunt ] ad pœnitentiam, imo tentauerunt me: prophetiza, quis eſt qui te percuſſit [ſubſannauerunt me ſubſannatione] hoſtili [frenduerunt ſuper me dentibus ſuis] id eſt, morſibus malignis dicētes: crucifige crucifige. [ Domine quando reſpicies] qui aduerſus videris patiendo tot mala fieri [reſtitue animam meam] corpori ſuo, vt de ſepulchro reſurgam [à malignitate eorum] id eſt, ne fiat mihi ſecundum malam voluntatem eorum [& à leonibus] id eſt, à beſtialiter & crudeliter ſęuientibus [ vnicam meam] id eſt, animam ſingulariter tibi dilectam. Et cum hoc feceris. [ Confitebor tibi in eccleſia magna] id eſt, parabo tibi confeſſores in eccleſia toto orbe diffuſa [ in populo graui] id eſt, in omnibus electis, qui velut lapides ſunt immobiles ad ventum tentationis [laudabo te] id eſt, faciam te laudari. [Non ſupergaudeant mihi] id eſt, non inſultēt meis ſuperatis [qui aduerſantur mihi inique] quia de pereuntium errore lætantur [ qui oderunt me gratis] id eſt, inaniter meos execrantur [& annuunt oculis] id eſt, motu capitis quod non annuunt corde. [ Quoniam mihi quidem pacifice loquebantur] dicentes, magiſter ſcimus quia verax es [ & iracūdia terræ ] amittendę [loquentes] id eſt, timētes & irati ꝙ terrena amitterent [dolos cogitabant] vt me dolo tenerent & occiderent. [ Et dilatauerunt ſuper me os ſuum] ingeminantes crucifige [dixerunt euge euge] id eſt

Heb.5

Ioh.3 Luc.23

Iſa.53 1.Pet.2 Iohā.7 Luc.22 Mar.14 Mat.27

Vnica Chriſti dicitur eius ſponſa eccleſia.

Matt.22 Iohan.11

D bene actum

Sap.2 bene actum eſt nobis,& illi male,quia[viderunt oculi noſtri] mortem eius diu deſide- C
ratam,ſed.[Vidiſti domine]hanc nimiam malitiam[ne ſileas à iuditio]id eſt, ne diffe-
ras inferre ſentẽtiam[& ne diſcedas à me]id eſt,ab adiutorio meo.[Exurge] id eſt, fac
me ſurgere[& intende iuditio meo]id eſt,intenſum te oſtende ad iudicandũ iniuriam
qua iniuſte iudicatus ſum,tu qui es[deus meus & dominus meus] intende [in cauſam
meam]id eſt,vide tanquam aduocatus cauſam meam proſequens.[Iudica me domine
ſecundum iuſtitiam tuam]id eſt,ſecundum ꝙ de iuſtitia patientes remuneras [domine
deus meus,& non ſupergaudeant mihi]id eſt,non habeant gaudiũ de me victo,ſed ma
gis dolorẽ de vincente.[Non dicant in cordibus ſuis]id eſt,non inueniant materiã di-
cendi intra ſe[euge euge animæ noſtræ]id eſt,voluntati noſtræ ſatiſſactum eſt[nec di-
cant:deuorabimus eum]id eſt,incorporabimus nobis,ſed potius.[Erubeſcant] de acti
bus ſuis[& reuereantur]pœna gehennæ[ſimul]ſcilicet ſint in pœna, qui ſimul fuerunt
Iere.17 in culpa[qui gratulantur malis meis]id eſt,pœnis meis.[Induantur confuſione & reue
rentia]id eſt,duplici contritione,ſcilicet pœna corporis & animæ,operiãtur in inferno
[qui magna]id eſt,ſuperba[loquũtur ſuper me] quaſi me ſuperaſſent:Ecõtra.[Exultẽt
& lætẽtur] duplici gaudio [qui volunt iuſtitiã meam]imitari[& dicant ſemper magni
ficetur dñs] illi totum aſcribatur,à quo totum eſt quod bonum eſt [qui volunt pacem
ſerui eius]hic inceptam in cœlo perfici & compleri.[Et lingua mea]interior [medita-
Abac.2 bitur iuſtitiam tuam]illam ſcilicet qua iuſtus ex fide viuit[tota die].i. continue [laudẽ
Laudat deum tota die qui iuſte viuit. tuam]non enim deſinit laudare qui non deſinit bene agere.Iuſte ergo viue & omnia be
ne age,& deum laudaſti tota die.

## ¶Pſalmi XXXV. Enarratio.

DIxit iniuſtus]in corde ſcilicet [vt delinquat in ſemetipſo] quia nulla ſuffultus ra-
tione[non eſt timor dei ante oculos eius]id eſt,in cõſcientia ſua non habet dei ti-
morem,ſed vanam ſuperbiam.[Quoniam doloſe egit in conſpectu eius] id eſt, doloſe
agit in eo,ꝙ peccata ſua ante deum aut defendere conatur,aut tegere[vt inueniatur ini-
quitas eius ad odium]id eſt,iniquitas eius ad maius odium creſcit:non enim vult diſcu
tere conſciẽtiam ſuam,vt inuentã reprobet iniquitatẽ.Nam[Verba oris eius iniquitas] D
Lucæ.12 ad nocendum[& dolus]ad fallendum,ſed vere inexcuſabilis eſt in iuditio dei,quia[no
2.Pet.1 luit intelligere]præcepta diuina[vt bene ageret]poteſt enim bonus eſſe ſi ea legat,& ſer
uet,ſed putat ꝙ iudicari non debeat,ſi ea non nouerit,ſed ex hoc grauius eſt iudicandus
quia ſciuit ſe implere poſſe:ideo intelligere noluit ne compleret.Et hanc.[Iniquitatem
meditatus eſt in cubili ſuo]id eſt,in ſecreto,vbi ſecum loquitur[aſtitit omni vię non bo
næ] id eſt, ſtudioſe impleuit quod nequiter cogitauit, & inſtanter occaſiones peccati
Malitia mater eſt criminũ. amplexatus eſt[malitiam autem]quæ cunctorum criminum mater eſt [nõ odiuit] pro
pter amorẽ iniquitatis.Iſte deuiat.Sed [Domine in cœlo miſericordia tua]id eſt,in ſan
ctis hominibus,quos per gratiam facis eſſe cœleſtes [& veritas tua]id eſt,impletio pro-
miſſionis tuæ peruenit[vſque ad nubes]id eſt,vſqꝫ ad prophetas & apoſtolos, qui infe-
riora ſuo imbre perfundunt.[Iuſtitia tua]id eſt, iuſti tui [ſicut montes dei] id eſt, non
terrena ſuperbia tumentes,ſed dei contemplatione eminentes [iuditia tua] ꝙ iſtorum
Iſa.6 miſereris,& illos excæcas, ſunt [abyſſus multa] id eſt, nulli penitus perſcrutabilia.
Roma.9 Iuditia dei profundiſſimis abyſſis comparantur, quia ea nec mente poſſumus com-
Rom.11 prehendere, nec aliqua ratione diffinire. Et abyſſus multa eſt, quia multi ſunt mali,
Matt.22 montes pauci, id eſt, electi. [Homines] id eſt ſapientes qui non tantum terrena ſa-
piunt [& iumenta] id eſt, tantum carnalia ſapientes [ſaluabis domine] illos æternali-
ter, iſtos ſaltem quantum ad temporales neceſſitates non deſeris [quemadmodum
multiplicaſti miſericordiam tuam deus] id eſt, ſecundum ꝙ multipliciter miſereris
creaturæ, non tantum ſpiritualiter, ſed etiam corporaliter.[Filij autem hominum]id
eſt, imitatores iuſtorum ratione vtentium in omni ſanctitate perfecti [in tegmine ala-
Iſa.64 rum tuarum] id eſt, in præceptis fidei & charitatis [ſperabunt] æterna bona.[Inebria
buntur ab vbertate domus tuæ] id eſt, obliti malorum præſentium perficientur bono
rum cœleſtium plenitudine [& torrente voluptatis tuæ potabis eos] id eſt, gratia ſpi-
ritus ſancti, qui torrens delitiarum exuberans quaſi impetus erit gratiæ ad eos inebriã-
Iohã.4 dos.[Quoniam apud te eſt fons vitæ]id eſt,tu ipſe fons vitæ es,de quo qui bibit, non
ſitiet iterum [& in lumine tuo] id eſt, per gratiam quam dediſti nobis, videbimus
lumen



lumen]æternæ claritatis quæ tu es.[Prętende miſericordiam tuam ſcientibus te]id eſt,
A recte credentibus,vt ad illa bona pertingamus[& iuſtitiam tuam] id eſt, obſeruantiam
bonorum operum[his qui recto ſunt corde]id eſt,his qui ſuper omnia te quærunt. Et
vt ego rectus inueniar.[Non veniat mihi pes]id eſt,affectus[ſuperbiæ] quæ bene factis Superbia bonis operibus inſidiat.
inſidiatur vt pereant.Orat vt greſſus mentis à iuſto tramite non recedat in ſuperbiam.
In illam cecidit angelus & factus eſt diabolus,per illam hominem perculit & ſocium ſi
bi in perditione fecit[& manus peccatoris]id eſt,operatio mala ſuadentis[non moueat Iſa.14.
me]à propoſito meo.[Ibi ceciderunt]ſcilicet pede ſuperbię[qui operãtur iniquitatem] Gene.3
id eſt,qui perſeuerant in malitia:ab altitudine dei in miſeriam mundi ceciderũt[expul-
ſi ſunt]de vitio in vitium[nec potuerunt ſtare]id eſt,in aliqua mentis ſtabilitate non va
luerunt perſiſtere.

## ¶Pſalmi XXXVI. Enarratio.

NOli æmulari in malignantibus]id eſt,noli imitari peccatores [neqꝫ zelaueris] a-
more adhæſionis [facientes iniquitatem] qui iniqua faciunt non pœnitentes,
quàmuis hoc ſeculum eis proſperetur.[Quoniam tanquam fœnum velociter areſcent]
id eſt,in hac vita velut fœnum florent,& velociter vita ſua tranſeunte inæternum mar-
ceſcent:ſicut fœnum amittit ſemel virorem, quem nunquam poſtea recuperat. Nulla Iſa.40
ergo accendat cupiditas conſiderata proſperitate malorum, vt imiteris malignos ini-
que congregantes diuitias. Et reddit cauſam, ꝙ non debemus ſequi iniquos quos ſce-
leriter ſcimus eſſe perituros.Nam [& quemadmodum olera herbarum]quæ in hyeme
virent, & in æſtate à vermibus corroduntur [cito decident]id eſt,ita mali hic florent & Iſa.14
in ſerenitate futuræ vitæ vermibus & æſtu inferni conſumentur. Non eſt ergo magni Matt.25
æſtimandum gaudium mundanorum,quod fœnum & olus vocatur.Illi ſperant in di-
uitijs:tu autem.[Spera in domino &] ſic [fac bonitatem]id eſt,fac eum tibi bonum ci- Gaudiũ mũdi fœnũ & olus vocatur.
bum & gaudium[inhabita terram]id eſt,dominare terrenis motibus [& paſceris in di
uitijs eius]ſi non receſſeris ab eccleſia,cuius diuitiæ eſt dominus.Et tu [Delectare in do
mino]alijs delectationibus excluſis[& ipſe dabit tibi petitiones cordis tui]id eſt,fidem,
ſpem,& charitatem,& intellectum:quæ ſunt petitiones pij cordis.[Reuela domino vi- Eccleſiæ diutiæ dominus ẽ.
am tuam]id eſt,confitere fœditatem vitæ tuæ [& ſpera in eo] veniam peccatorum tuo-
rum[& ipſe faciet]quod iuſte petis.[Et educet quaſi lumen iuſtitiam tuam]id eſt,bona
B opera tua & fidem perducet ad contemplationem ſuæ ſpeciei. Educere enim eſt de te-
nebris ad lumen trahere[& iuditium tuum]quo quæ reprobanda erant reprobaſti [tan
quam meridiem]id eſt,præclarum lumen alijs:& ideo[ſubditus eſto domino]obediẽ-
do præceptis eius[& ora eum]donec impleat quod promiſit. [Noli æmulari in eo qui
proſperatur in via ſua]id eſt,noli inuidia moueri eius conſideratione, qui recipit bona
in vita ſua:proſperatur iniquus,ſed in via ſua,quia eius proſperitas trãſiens eſt,non per Iniquus ĩ via ſua proſperatur.
manens[& in homine faciente iniuſtitias] qui nec diligit deũ ſupra ſe, nec proximum
iuxta ſe,cuius actus turpis eſt & fœtulenta negotia.[Deſine ab ira]in mentis affectu[&
derelinque furorẽ]qui ſolet in verbis erumpere:& quamuis pauper ſis [noli æmulari]
id eſt,neque ſis inuidus zelando peccatores.Hoc ipſe dicit qui melius videt quàm ipſe,
qui ad hoc iraſcitur ꝙ ei proſperitas vitæ præſentis non ſuffragatur.Noli ergo ita æmu
lari [vt maligneris] id eſt,vt fias malignus.Inſanum enim eſt inde iraſci ꝙ proſpera-
tur.[Quoniam qui malignantur] id eſt,qui in malicia imitantur [exterminabuntur]
id eſt,hæreditate æterna priuabuntur [ſuſtinentes autem dominum] id eſt, qui mala
pro domino tolerant[ipſi hæreditabunt terram]viuentium. [Et ne tibi longum ſuſti-
nere videatur[adhuc]ſuſtine [puſillum]id eſt,modicum. Apud deum nihil lõgum eſt
quod finem habet. Puſillum dicit hanc breuem & vltimam ætatem, quæ reſtat vſque 1.Cor.10
ad diem iuditij[& non erit peccator]poſt finem temporum:non ꝙ ipſe qui peccauit nõ Matt.25
ſit ardens in igne æterno,ſed ꝙ iam peccare deſinit [quæres locum eius]id eſt, mũdum Sap.2
iſtum qui peccãtibus amicus eſt[& nõ inuenies]qa tranſibit mundus & concupiſcentia 1.Ioh.2
eius.[Manſueti autem]qui non detrectant iugum domini[hæreditabunt terram] cœ Iſa.65
li [& delectabuntur in multitudine pacis]vbi nihil aduerſum, nihil poteſt eſſe contra- Apoc.21
rium.[Obſeruabit peccator iuſtum]id eſt,cum dolore reſpicit occulte,vt quandoqꝫ de-
cipere poſſit [& ſtridebit ſuper eum dentibus ſuis]id eſt,beluina feritate terrebit eum.
[Dñs autem irridebit eum]id eſt,inefficaces & irriſibiles faciet peccatoris inſidias, quo-

 niam

Sopho.1 niam proſpicit]id eſt,procul videt[ꝙ veniat dies eius] id eſt, dies illa magna & amara
Iohan,5 valde,in quo reddet mala peccatoribus quę meruerunt. Tunc enim luent omnia quę fe- C
cerunt.Quia in præſenti [ Gladium euaginauerũt peccatores]id eſt,manifeſtam oppu
gnationẽ & malitiam exercuerũt[intenderunt arcum ſuũ]id eſt,parauerũt dolos & oc
cultas inſidias[vt decipiãt pauperẽ]qui de aſtutia propria nõ confidit[& inopẽ]qui de
Dani,9 viribus ſuis non præſumit[vt trucident rectos corde]id eſt,faciant eos tortos, ſed [Gla-
dius eorum intret in corda ipſorũ]id eſt,malitia eorũ ad eorũ conſcientiã reflectatur,iu
ſto nocent extra,et ſibi intus:& ita inſaniũt,quaſi per corpus ſuũ quis mittat gladium,vt
ſcindat tunicam alterius[& arcus eorũ confringatur]id eſt,illa cogitatio & inſidiæ fru
ſtrentur,ne cõpleant quod cogitauerunt.[Melius eſt modicũ iuſtò] id eſt , magis ſuffi-
ciens[ſuper diuitias peccatorũ multas]id eſt,q̃ multæ diuitiæ malorum.Fruſtrabitur er
go arcus quo bona iuſtorum poſſit diripere.[Quoniam brachia peccatorũ conterẽtur]
id eſt, fortitudo & potẽtia quibus iuſtis nocẽt[cõfirmat autẽ iuſtos dñs ] vt nec vita nec
Roma,8 morte ſeparentur à charitate eius.[Nouit dñs]id eſt,approbat [dies immaculatorũ ].i.
Gala.4 conuerſationẽ ſanctorũ,qui nullis nocẽt[&]ideo[hæreditas eorũ]quæ eſt in cœleſti Ie
ruſalem[inæternũ erit] permanẽs.[Non cõfundẽtur ] .i.nõ priuabũtur hæreditate ſua
[in tempore malo]id eſt,tẽpore quo punientur mali[in die famis]quãdo diuites dimit-
tentur inanes[ſaturabuntur]æterna ſatietate[quia peccatores peribunt]in illa fame,qa
Matt.25 Chriſtũ in hac vita non pauerũt,ſed ſe,nam [ Inimici vero dñi]id eſt,omnes quibus in
Ezech.16 hoc ſeculo ſecundũ praua eorũ deſideria cuncta quæ cupiunt,ſuppeditant. Hi [inimici
dei mox vt honorificati fuerint]falſis honoribus huius mundi & vana gloria [ exaltati
deficientes]breuitate & fragilitate vitæ præſentis paulatim[quẽadmodum fumus] q a-
ſcendẽdo deficit:ita illi ſuperbiẽdo et ſe in altũ mũdanæ vanitatis extollendo[deficiẽt]
id eſt,de caſu in caſum decidũt,donec perueniant ad profundum inferni. Et merito ſic
deficiunt , quia [ Mutuabitur peccator]id eſt,temporalia cõmoda accipit à deo[& non
ſoluet]id eſt,nõ reddet gratiarum actiones per eleemoſynarũ largitionẽ. Mutuatur e-
Luc.12 tiam,quãdo verbum dei audit:& non ſoluit,quia illud ſuis operibus nõ reprę ſentat. E-
Eccle,30 contra[iuſtus autem miſeretur]ſui & aliorũ affectu pietatis,& tribuet ſe deo,& ſua ege-
nis.[ Quia benedicentes ei]id eſt,gratias deo referentes pro collatis beneficijs[ hæredi-
Rom.8 tabunt terram]id eſt,hæredes erunt dei,cohæredes Chriſti [ maledicentes autem ei ] id D
Iere,17 eſt,ingrati beneficijs eius,malum pro bono oſtendentes[diſperibunt]id eſt,duplici fla
Titum,3 gello conterentur.[Apud dominum greſſus hominis dirigetur]id eſt ,totum quod ha-
Phil.2 bent iuſti,ex gratia dei eſt[& viam eius volet]id eſt,ex voluntate dei eſt via eius.Nemo
ergo glorietur de ſuis meritis,quia à dño ſunt profectus & opera:non enim eſt hominis
dirigere.Et ſi quis obiecerit iuſtũ cadere,reſpondet [ Cum ceciderit iuſtus ] venialiter,
quia ſi mortaliter peccaret,caderet iniquus non iuſtus[non collidetur ] quamuis enim
ſepties in die cadat iuſtus ,tamen & reſurgit[quia dñs ſupponit manũ ſuã]auxiliatricẽ,
Prou.24. ne criminaliter delinquat:grauiter ergo cadit,qui cadit non ſuppoſita manu dei.[Iuni-
or fui]id eſt,neophytus[etenim ſenui].i. tandẽ ad maturitatem morũ & intelligentiæ
perueni[& non vidi iuſtũ derelictum]à domino,dum permanet in iuſtitia: & ſi à mun-
do ſæpe derelinquatur[nec ſemen eius]id eſt,imitatorem eius vidi[quęrens panem]ſpi
ritualem ſcilicet,id eſt,panẽ verbi dei,quo non indiget , quia ſemper cum eo eſt. Vnde
Deut,8 non loquitur de pane corporali,quo iuſti ſæpe indigere ſolent,& hunc mendicãdo quę
rere.[Tota die]id eſt,indeſinenter[miſeretur & cõmodat] id eſt,cõpatitur proximis &
ab opere eleemoſynarũ vel ſpiritualiũ bonorũ non deficit[&] ideo[ſemen eius ] id eſt,
iuſtitia quæ ab ipſo procedit [ in benedictionem erit ] id eſt , in promotione profectus
præſentis & futuræ beatitudinis.Ergo tu quicunq; es.[Declina à malo ] quod tuum eſt,
ſcilicet à peccato[& fac bonũ]quod Chriſti eſt[& in habita in ſeculum ſeculi]id eſt,per
ſeuera ſic faciẽdo,vt quod hic incipitur in cœlo perficiatur.[Quia dominus amat iudi-
Luc,12 tium]id eſt,iuſtis pro corporali flagello,æternum redditurus eſt præmiũ[& nõ derelin-
quet ſanctos ſuos]in periculis huius vitæ poſitos,ſed [inæternũ cõſeruabũtur]id eſt, ad
gloriam æternitatis conſequendam.[Iniuſti autẽ punientur]quia pro tẽporali tyranni
de quam exercẽt in alios,ipſis æternũ ſuppliciũ daturus eſt[& ſemẽ impiorum peribit]
Sap.2 id eſt,impij propter malũ ſuum peribunt,& illud opus ſimiliter,quia omnia tranſeunt
Iob.8 tanquam vmbra.[ Iuſti autem hæreditabunt terram]Sicut aſſidue increpat vt corrigat:
ita ſæpe



A ita ſæpe munera pollicetur,vt corda noſtra ad deum erigat,& non cupiamus quæ mun De quare increpat,& pollicet.
di ſunt,nec ea timeamus[& inhabitabunt in ſeculum ſeculi]id eſt, ſine fine ſuper eam.
Et vere,quia [ Os iuſti]id eſt,cor quo loquitur intra ſe[meditabitur ſapientiam] id eſt,
ſtudet omni modo vt bene viuat,quia ſapiẽtia eſt ſapida ſciẽtia,quæ facit hoĩem habere Sapiẽtia quid ſit.
ſaporem cœleſtium:terrena vero ſapiẽtia inſipida eſt,quia facit hoĩem ſtudere quomo
do poſſet diues & glorioſus apparere in mundo , & hanc ſapientiã meditatur os iniuſti 1. Tim.6
[& lingua eius]ſcilicet,iuſti[loquetur iudicium] & hoc foris eructabit,quod intus iudi
cabit,id eſt,omnia ponderans non fraudulenter neq; cum ira,ſed cum iuſto iudicio quę
de deo & bona vita ſentit,enarrat.[Lex dei eius in corde ipſius]id eſt,obſeruatio legis et
affectus per quos ad deum approximat [ & non ſupplantabuntur greſſus eius ] id eſt,
non labẽtur in tẽtationẽ .[Conſiderat peccator iuſtum]in iudicio & dicet in corde ſuo: Sap.2
Nonne iſte eſt qui egebat,quem in deriſum habuimus, & cernimus nunc in tanta glo-
ria conſtitutum?[& quærit mortificare eum]hoc dicitur conſuetudine delinquentium,
quia mali tunc dolebunt de gaudio bonorum,ſicut & nũc ſe habent. [Dñs autẽ non de-
relinquet eum]ſcilicet,iuſtum in manibus eius impij,quamuis hoc faciat hic ad proba-
tionem vel exercitiũ iuſti[nec dãnabit eum]id eſt,gaudio non priuabit [cũ iudicabitur
illi]id eſt,ad vtilitatẽ illius:tanta ſpe ſuffultus.[ Expecta dñm]patienter [ & cuſtodi viã
eius]id eſt,charitatem & mundam vitam[& exaltabit te]quando venit vt [ hæreditate Iſa.66
capias terram ]vitæ[cum perierint peccatores, videbis]id eſt,cum videris pœnas malo-
rum,amplius exultabis ab æterno tormento liberatus,& in cœleſti hæreditate introdu-
ctus. [Vidi impiũ ſuperexaltatum]in gloria mundi[& eleuatum ] poteſtate hominum
[ſuper cedros Libani] id eſt,ſup electos et ſanctos q in virtutibus ſunt cãdidati,ſed hęc
eleuatio ad ruinam eius eſt, quia iuſtis ſe præferens in iudicio cadet.Nam [Et tranſiui] Iſa.40
hanc breuem vitam , ſpiritu contẽplationis loquitur,ad nouiſſima eius conſiderans [&
ecce non erat]id eſt,omnis gloria eius pertranſijt,& ille euanuit[quæſiui]ſi in futuro eſ-
B ſet impius victurus ſicut hic,& vidi ꝙ non[quia non eſt inuentus locus eius ] id eſt eius
gaudium temporale in quo morabatur. Hic enim eſt locus ſuperborum in hac vita, in Vita p̃ſens ſup̃borũ eſt locus.
alia locum habent æternam pœnam.Omne enim quod temporale eſt, ad non eſſe feſti
nat.Non ergo appetas mundi gloriam quæ tam vana eſt & fallax gratia.Sed [Cuſtodi
innocentiã]id eſt,puritatẽ vitæ,qua nec tibi nec alijs noceas,ſed prodeſſe poteris [& vi- Prou.31
de æquitatem]id eſt,cuncta dei iudicia,æqua libratione penſans , iuſta eſſe decerne , &
profitere[quoniam ſunt reliquiæ]id eſt,futura beatitudo & memoria bonorum,quam
ſancti in hoc mundo poſt obitum ſuum derelinquunt[homini pacifico]qui pacem in-
ternam & externã cuſtodiuit & fecit.Detractores & ſuſurrones & diſcordiam ſeminã-
tes longe diſtant ab his reliquijs. Quia [ Iniuſti autẽ diſperibunt]id eſt, in ignem æter- Rom.1
num ibunt[ſimul reliquiæ impiorũ interibunt]quia laus eorũ falſa, & fragilis vita:diſ- Prou.6 Matt.25
ſolui neceſſe eſt,quibus nil reſtat niſi infernalis cruciatus. [ Salus autẽ iuſtorũ à dño ] in Iacob.1
præſenti,ne ſuperentur tẽtatione,& in futuro vt coronẽtur[& protector eorũ in tẽpore
tribulationis ] .i.de tribulatiõe quæ impijs venit in die iudicij, protector eſt dñs ſanctis
ſuis,præſentes enim tribulationes non amouet ab eis.Et interim dum hic viuunt [adiu Heb.12
uabit eos dñs]vt vincant[& liberabit eos]de corpore mortis huius[& eruet eos à pecca- Rom.7
toribus]id eſt,à mundi huius cõformitate illos conſeruat[& ſaluabit] eos æterna ſalute
[quia ſperauerunt in eo].i.in ipſo totam ſpem liberationis & ſalutis poſuerunt.

¶Pſalmi XXXVII. Enarratio.

DOmine ne in furore tuo arguas me]id eſt,ne duplici contritione conteras me[ne- Iere.17
que in ira tua corripias me]id eſt,neq; in purgatorio igne emendes & purges ani-
mam meam,ſed ſic me hic corripe vt ibi non egeam igne. Auguſtinus hunc pſalmum
de recordatione peccatorum vult intelligi.Chriſtus enim transfigurat in ſe pœnitentis
animæ gemitum,inſtruens nos qualiter ob recordationẽ amiſſæ beatitudinis in Adam
nobis ſit gemendum.[ Quoniam ſagittæ tuæ] id eſt, paſſibilitas & mortalitas [ infixæ Heb.9
ſunt mihi] vt ea fugere non poſſim [& confirmaſti ſuper me]à ſimilitudine verberatio
nis[manum tuam]id eſt,pœnam originalis & actualis peccati adhuc me mulctantem.
[Non eſt ſanitas]vera[in carne mea]id eſt,laboro fame,ſiti,æſtu,frigore , quibus ſæpe
infirmor:& hoc [à facie iræ tuæ]id eſt,ab irata facie tua.Hæc ſentio quando dixiſti: In Gene.3
ſudore vultus tui veſceris pane tuo[non eſt pax oſſibus meis]id eſt,in anima mea , quia
D iij caro con-

Gala.5 caro concupiſcit aduerſus ſpiritum,& peccatum pungit conſciẽtiam meam, & hoc eſt
[à facie]id eſt,ab importunitate [peccatorum meorum]pro quibus timeo. [Quoniam C
Pctã,graue ſunt onus. iniquitates meæ]id eſt,malæ meæ conſcientiæ[ſupergreſſæ ſunt caput meum].i,prę-ualuerunt menti meæ,vſq; ad cõmiſſum & ſicut onus graue grauatę ſunt ſuper me] id eſt,
in tantũ pondere ſuo me premunt, vt per me non poſſim ſurgere. [Putruerunt] mala
conſuetudine[& corruptæ ſunt cicatrices meæ]id eſt,peccata dimiſſa, in antiquum vul-nus ſunt reuerſa [à facie inſipientiæ meæ] id eſt,non erubeſcente me inſipientiam me-am. [Miſer factus ſum] de ſumma felicitate deiectus [& curuatus ſum]negotijs terre-nis,vt ſurſum cor non leuem [vſque in finem] curuationis,& ideo[tota die] id eſt,con-tinue[contriſtatus ingrediebar] in recordatione amiſſæ rectitudinis.[Quoniam lum-bi mei]id eſt,delectationes carnis meæ [impleti ſunt illuſionibus] id eſt,mihi illudunt
Illuſionibus quõ tentatur homo. diuerſis fantaſijs. Illuſiones vero animæ infinitæ ſunt,quæ aliquando vix orare ſinunt.
Imagines enim corporum occurrunt, & tranſiens de hac in illam, venit in obliuio-nem. Hæ pellentur,cum videbimus veritatem[& non eſt ſanitas in carne mea] quam
diu paſſibilis ſit & mortalis. Errant ergo qui ſe dicunt hic ſanos poſſe fieri. [Afflictus
ſum] id eſt,flagello cor meum pro tantis miſerijs intus & extra [& humiliatus ſum ni-mis] videns nimiam eſſe deiectionem meam à tantis delitijs,in tantos dolores [rugie-bam]id eſt,miſerabiles voces emiſi venientes [à gemitu cordis mei] Sed tu o [Domine
ante te omne deſiderium meum] id eſt,ad quod hoc tendit tu noſti,quia deſidero refor-mari in amiſſa beatitudine [& gemitus meus] pro amiſſione requiei æternæ [à te non
Heb.4 eſt abſconditus]qui omnia clare & aperte aſpicis.[Cor meum conturbatum eſt]id eſt
1.Reg.16 inquietũ factũ eſt donec quieſcat in te,à quo peccãdo cecidi [dereliquit me virtus mea]
id eſt,immortalitas qua ſubſiſterem [& lumen oculorum meorum] id eſt, ſpiritualium
gratia donorum,qua oculi mei interiores illuminentur[& ipſum nõ eſt mecum]quod
tamen magnopere neceſſarium eſt. [Amici mei & proximi mei]id eſt,cõtribules & co-gnati[aduerſum me appropinquauerunt]id eſt,in me tanq̃ frenetici in medicum inſur-rexerunt,violenter & fraudulenter impugnantes[& ſteterunt]pertinaciter. [Et qui iu-xta me erant]id eſt,propinqui ſecundum carnem[de longe ſteterunt]vt non compate- D
rentur[& vim faciebant]comprehendentes & ligantes [qui quęrebant animam meã]
auferre. [Et qui inquirebant mala mihi]ſcilicet pœnas & mortem[locuti ſunt vanita-tes]& falſas calumnias in me propoſuerunt[& dolos tota die meditabantur] quia ex a-bundantia cordis os loquitur, quid enim niſi falſum & vanum loqui poterunt,qui non
Matt.12 niſi dolum in corde gerunt? Illi ita [Ego autem] quamuis iniurias & probroſa verba
Lucæ.6 obijcerent mihi[tanq̃ ſurdus non audiebam]id eſt,tam pacienter ſuſtinui ac ſi non au-diſſem[& ſicut mutus non aperiens os ſuum]id eſt,quaſi agnus corã tondente. Amen-tes ergo nos ſumus,qui accipientes vnum improperiũ,retribuimus duo, & ſi non poſſu-
Iſa.53 mus,ſaltem minari non ceſſamus,& ſi in paruo lædimur etiam in magno lædere cona-
Rom.12 mur. Econtra Chriſtus & eius imitator,quia [Et factus ſum ſicut homo non audiens]
id eſt,ſimilis non audienti,qui non mouetur in aliquo[& non habens in ore ſuo redar-gutiones]id eſt,tanq̃ non haberẽ,vnde eos redarguerẽ. Et vere ita ſuſtineo.[Quoniã in
2.Tim.4 te dñe ſperaui].i.à te ſolo expectaui liberationẽ meã,& remunerationẽ cõpatiẽtię meæ,
Apoc.2 et merito ſic feci,quia[tu exaudies me dñe deus meus]dando coronã,p pugna:vbi enim
Cõſcientia bona nõ vacillat. eſt cõſcientia bona,in nullo eſt hæſitandũ:ideo dicit audacter,tu exaudies me, quaſi di-ceret,tu exaudies me in hoc quod peto,quia ego nõ audiui calumniãtes & exprobrãtes,
vt eis malũ pro malo rependerem.[Quia dixi]id eſt,oraui[nequando].i.non aliquan-
Roma.12 do[ſupergaudeant mihi inimici mei].i.hoc ſolũ petij,vt me non ſuperent,nõ maledixi
eis[& dum cõmouentur pedes mei]id eſt,ſi in aliquo cõmouerẽtur affectus mei, à bono
propoſito[ſuper me magna locuti ſunt].i.illudendo mihi dicerẽt ſua vaniloquia ſuper-ba.[Quoniã ego in flagella]ſuſcipiẽda[paratus ſum]propter te[& dolor meus] de pec-catis[in cõſpectu meo eſt ſemper].i.à memoria mea nõ recedit. Vnde dolor [Quoniã
Mali hic florentes corã deo mortui ſunt. iniquitatẽ meam annũtiabo]per confeſſionẽ[& cogitabo pro peccato meo]plene delẽ-do,quoniã ſatiſfaciã.[Inimici autẽ mei viuũt]hic breuiter,florent enim corã ſeculo &
moriũtur coram deo[& cõfirmati ſunt]in ſuo prauo cõſilio,quo dicũt:coronemus nos
roſis,anteq̃ marceſcãt:nullũ pratũ ſit,quo nõ pertranſeat luxuria noſtra. Comedamus
Sap.2 & bibamus,cras moriemur. Vox eſt illorum qui ſola præſentia quærũt,& de futuris de-
ſperant



A ſperant[multiplicati ſunt]numero & vitijs,quia plures ſunt tales q̃ boni [qui oderunt
me iniq;]id eſt,ſine merito meo & malo ſuo.[Qui retribuũt mala pro bonis]id eſt, quã- Matt.22
do gratias deberent deo reddere,tunc nõ ceſſant deterius peccare[detrahebãt mihi,quo-niam ſequebar bonitatẽ]nulla alia de cauſa,qa bonitas facit detractores. Sola enim mi-ſeria caret inuidia. Et ideo [Ne derelinquas me dñe deus,meus]propter ſanctificationẽ Sola miſeria caret iuidia
meam implendam[ne diſceſſeris à me] id eſt,ab auxilio meo. [Intende in adiutorium
meum]id eſt,oſtende te intenſum adiuuando,ſicut ſum intenſus patiendo,non remiſſus
[domine deus ſalutis meę]author & dator.

## Pſalmi XXXVIII. Enarratio.

DIxi]id eſt,in corde meo firmiter pro poſui,vbi deliberant iuſti anteq̃ loquãtur[cu-ſtodiam vias meas]id eſt,locutiones & actiones[vt nõ delinq̃ in lingua mea] qui
enim nõ offendit in lingua,hic perfectus eſt vir. Monet hic inter blaphemos & iniquos Iacob.3
per linguæ continentiam certamina rixaſq; comprimere, hoc enim ſilentium multum
eſt vtile.[Poſui ori meo cuſtodiam]ſilentij,vt nihil tacendum dicerem[cum conſiſteret
peccator aduerſum me]id eſt,vt me caperet in ſermone.[Obmutui] id eſt, quaſi eſſem
mutus tacui,quia inimici veritatis in malitia ſua perſeuerabant [& humiliatus ſum] id
eſt,inde apud aduerſarios meos reputatus ſum vilis & inſcius,putãtes me neſcire reſpon-dere,quia nolui litigare[& ſilui à bonis]vt vitarem mala[& dolor meus renouatus eſt]
de hoc ꝙ prius vtilia tacui & vana locutus ſum,ſed dolore cõcepto.[Concaluit cor me-um intra me]zelo animarum,vt darem cibaria conſeruis [& in meditatione mea] quæ
eſt de æterno amore & vita cœleſti[exardeſcet ignis]id eſt,feruor perfectæ dilectionis,
vt vere non imaginarie ſentirem ignem ſancti ſpiritus, æſtuantem cor meum. Et ſic
affectus.[Locutus ſum in lingua mea]id eſt,in mentis meæ cogitatione,orans & dicẽs
[notã fac mihi dñe finẽ meum].i.Chriſtũ qui eſt finis deſiderij mei. [Et numerũ dierũ Apoc.1
meorũ quis eſt].i.fac me attẽdere numerũ dierũ præſentiũ,q̃ paucus eſt, & dierũ futuro-
B rum q̃ innumerabilis ſit,qui numerando nõ tranſit[vt ſciã quid deſit].i. humilior ſim,
ex eo q̃d deeſt,q̃ elatior ex eo q̃d nõ deeſt [mihi]tendẽti ad beatitudinẽ. Cauſa cur velit
cognoſcere defectũ ſuũ.[Ecce mẽſurabiles].i.trãſitorios[poſuiſti dies meos]præſentes
[& ſubſtãtia mea].i.vita mea qua hic viuo[tanq̃ nihilum]reputanda[eſt ante te] id eſt,
cõparata æternitati tuæ, aut ergo nunc oportet bene agere, aut diebus cœli ſine fine ca-rere.[Verumtamen]quamuis agat dies tranſitorios,& in futuro non ſit locus pœniten-tiæ ſalutiferę[vniuerſa vanitas].i.vana cogitans,vana loquens,vana faciens[oĩs ho- Dies cœli vna & æterna.
mo viuens]hic. Hoc dicit,quia tam parua eſt cõcio bene agentiũ,ꝙ vix, vel nõ poſſit vi-deri in hac vita.[Verũtamen in imagine pertrãſit homo].i.nihil ei prodeſt,cũ ſit æqua- Iohan.9
lis imagini,quæ videtur in ſpeculo quæ tantũ videtur in trãſitu, nec tantũ in hoc miſer Gala.6
eſt [ſed et fruſtra cõturbatur].i.iraſcitur de vanis mũdi bonis ad votũ nõ ſuccedẽtibus. Luc.12
[Theſaurizat]id eſt,theſaurũ ſibi reponit in terra[& ignorat cui cõgregabit ea]quia a-lieno hæredi colligit pecuniã & poſſeſſiones, quas ille per fas & nefas adquirit ſuus ini- Hõ cui ſimilis ſit.
micus poſſidebit. Ipſe vero in inferno ardebit. Iſti expectant vt exaltentur & floreãt hic,
quod ego dementiã arbitror. Ideo [Et nunc quæ eſt expectatio mea,nónne dominus?] Matt.6
Ieſus non qualia illi cõcupiſcunt[et ſubſtãtia mea apud te eſt]id eſt,theſaurus meus quẽ
non perdã, es tu:tota illorũ ſubſtãtia in terrenis eſt,& ideo nihil habent in cœlo. Vt autẽ
habilis inueniar ad cõſequendũ quod opto. [Ab omnibus iniquitatibus meis].i.à cõcu- 1.Ioh.2
piſcentia oculorũ,& cõcupiſcentia carnis,& ſuperbia vitæ,qbus abũdo propter terrenã
materiẽ [erue me] quaſi cũ violẽtia,ne aliquo modo in illis quieſcã,qa[opprobriũ inſi-piẽti].i.de ætenitate nõ ſatagẽti[dediſti me]vt appererẽ ſtultus illi,qa me nõ conformo
huic ſeculo,ſicut ille inſipiẽs mihi,qa non ſapit ea quę dei ſunt.[Obmutui]nolẽs ſanctũ Matt.7
dare canibus[et nõ aperui os meũ]per aliquã impatientiã,in oĩbus me patientẽ exhibẽs
[quoniã tu feciſti].i.hãc gratiam dediſti,ideo[amoue à me plagas tuas].i. pœnas quas
primis parentibus inflixiſti, & nobis quaſi iure hæreditario veniũt. Nã [A fortitudine
manus tuę].i.à forti poteſtate tua vindicante[ego defeci]ab impaſſibilitate[in increpa-tiõibus]quibus Adã increpaſti[propter iniqtatem].i.inobedientiã[corripuiſti hoĩem]
id eſt,morte mulctaſti.[Et tabeſcere].i.torpe & deficere[feciſti ſicut araneã]quæ inani-ter laborat[aĩam,eius]qa in vita ſua proijcit intima ſua,tãta eſt fragilitas humanę cõdi-tionis. Et ſicut aranea defectum patitur nimium laborando,ſic anima hominis plurima
patiendo

paciendo[verumtamen ] id eſt,quamuis ſit tantæ infirmitatis,ꝙ in bonis laboribus nõ
Sap.3 poſſit continue perſiſtere,tamẽ[vane conturbatur omnis homo ] id eſt,inquietatur pro C
vanis appetendis:& ideo vane,quia labores tales ſine fructu. [ Exaudi domine oratio-
nem meam ]ne illis conformer,& vane conturber[& deprecationem meã] vt inter ele-
ctos tuos permaneam[auribus percipe lachrymas meas ] id eſt,compũctionem cordis
mei.[Ne ſileas]id eſt,doce me,quid me velis facere inſpirando[ quoniam aduena ego
2.Cor.5 ſum]non ciuis Babyloniæ[apud te]id eſt,ꝙ tu ſolus noſti[& peregrinus]id eſt, ſine pa
tria,hic[ſicut omnes patres mei]id eſt,ſicut hi qui me in fide & charitate genuerũt.[ Re
mitte mihi]id eſt,remiſſas fac tentationes meas[vt refrigerer ]ab æſtu vitiorum [priuſ-
quam abeam]irrefrigeratus,& antequam moriar[& amplius non ero]hic viuens , ma
2.Cor.3 Lohã.5 li etiam non eſſe dicuntur,quia à vero ente ſine quo nihil nõ ſolum bene viuere , ſed nec
ſubſiſtere poteſt,ſeparantur.

¶Pſalmi XXXIX. Enarratio.

EXpectans]id eſt,perſeuerans in obediẽtia mãdatorũ dei[expectaui dñm ] remune
ratorem[& intendit mihi]id eſt,intenſum ſe exhibuit. Commendat hic patientiã
ſanctorum qui inter perſecutiones malorũ vſq; in finem patienter tolerantes nõ defici-
Carnales fecem delectationũ prauarum bibunt. unt.[Et exaudiuit preces meas]quas fudi pro effectu iſto[& eduxit me]quaſi per manũ
[de lacu miſeriæ]id eſt,de occupatione ſordium terrenorum, in quibus miſeri profun-
de detinentur[& de luto fecis]id eſt,de vilitate carnalis deſiderij,quod eſt fex quam pec-
catores bibunt[Et ſtatuit ſupra petram]id eſt,firmitatem virtutum[pedes meos]id eſt,
affectus meos,non ſuper arenam[& direxit greſſus meos ] id eſt , actiones meas, ad ſu-
Matt.9 pernam intentionem erexit,vt proſperarer in ſpiritualibus non in corporalibus.[Et im
miſit in os meum canticum nouum ] id eſt,miſit me prædicare nouitatem vitæ,quæ eſt
[carmen deo noſtro]id eſt,ad magnam dei laudem pertinet.In os cordis amatorũ dei,
immiſit Chriſtus canticum nouum,id eſt,canorũ iubilum,vt canant intra ſe delitias æ-
Carmen dei noſtri,quale ſit, terni amoris,quod eſt carmen delectabile deo noſtro,in quo laudes illi ineffabiliter per D
ſoluuntur,& non habent illud niſi qui ſunt purgati animi.Non enim poſſunt homines
accipere illud quando volunt:ſed ſolus deus dat,cui vult,imo non cognoſcit niſi qui ac
cipit.[Videbunt multi]perſeuerãtiam meam[& timebunt]ſtantes cadere[ & ſperabũt
in domino]quia faciet eos ſtare nõ in vanis rebus huius ſeculi.[Beatus vir cuius eſt no-
Matt.5 men domini ſpes eius]id eſt,per bona opera in ſpe & charitate facta,nomen domini Ie-
ſu glorificat & in mente perenni memoria retinet [ & non reſpexit in vanitates]vt tran
ſitoria concupiſcat[& inſanias falſas]quæ ſuggerunt creaturã plus diligere quàm crea-
torem,in tali amore mentientes beatitudinem.[Multa feciſti domine deus meus]in cœ
lo & in terra[mirabilia tua]manifeſtata ſunt[& cogitationibus tuis]id eſt,in diſpoſitio
nibus tuis[nõ eſt quis ſimilis ſit tibi]in potentia & virtute,hoc attẽdens.[Annũtiaui]cã
ticum nouum [& locutus ſum]colloquendo auditoribus[multiplicati ſunt]vocati [ſu-
Matt.22 per numerum] ſaluandorum,id eſt,plures ſunt vocati q̃ electi.[Sacrificium & oblatio
Holocauſtum nem noluiſti]id eſt,carnales obſeruãtias,ſed iſtis repulſis[aures autem perfeciſti mihi]
Luc.12 id eſt auditores perfectos dediſti.[Holocauſtum ] carnale in quo tota hoſtia cremaba-
tur[& pro peccato]expiando[non poſtulaſti]expulſo priori ſacerdotio, nunc autẽ po-
ſtulaſti in holocauſtum totum cor cremari igne charitatis[tunc dixi]ſic te volente[ec-
ce venio]id eſt,viſibilis in carne appareo.[In capite libri]id eſt,in diuinitate,quæ eſt ca-
Phili.2 put humanitatis meæ[ſcriptum eſt]id eſt,præfinitum & præfixum eſt[de me] homine
Iſa.53 [vt facerem volũtatem tuam]id eſt,obedirem vſq; ad mortem[deus meus volui ]id eſt,
hoc voluntarie non coactus impleui [ & legem tuam ] id eſt , charitatem qua per me
mundum redimebas[in medio cordis mei]id eſt,in plenitudine voluntatis meæ habui.
[Annuntiaui iuſtitiam tuam ] qua per fidem iuſtificas hominem [ in eccleſia magna]
quia per orbem diffuſa[ecce labia mea ]id eſt,prædicatores meos paraui[non prohibe-
bo]id eſt,ad annuntiandũ inuitabo[domine tu ſciſti]quanta charitate hoc faciam.[ Iu
ſtitiam tuam non abſcondi in corde meo ] id eſt , miniſtri mei non abſcondent illam,
tanquam ſua ſalute contenti,ſed & ad aliorum ſalutem verbo & opere demonſtrabunt
[veritatem tuam]id eſt,veram fidem tuam[& ſalutare tuum]id eſt, ꝙ per me eos ſalua-
turus es[dixi]eis manifeſte.[Non abſcondi ] imo publice prædicaui[ miſericordiã tu-
am ] qua peccata condonas[& veritatem tuam ] qua promiſſa veraciter perimples
& obſtina-



A & obſtinatis ingeris quod minaris[à conſilio multo]id eſt,propter multitudinẽ conſilij
malignit:vel ab illo non cęlaui q̃uis viderentur tyranni. [ Tu autem dñe ne longe facias
miſerationes tuas à me]id eſt,non permittas meos per infidelitatem eorũ ſuperari, ſed
effectus miſericordiæ tuæ ſemper in eis appareat[miſericordia] tua qua remittis miſe-
rias[& veritas tua]qua non tranſire ſinis peccatũ impunitum[ſemper ſuſceperunt me]
id eſt,meos ad hæc duo confugientes.[Quoniam circundederunt me]id eſt,meos [ma
la quorum non eſt numerus]id eſt,tentationes innumerabiles illaqueauerunt eos[com
prehenderunt me]incautum & non reluctantem[iniquitates meæ]id eſt, cõcupiſcẽtiæ
carnis & mundi[& non potui]id eſt,nõ habui potentiã ſpiritualem[vt viderem]id eſt, Mundi amatores clauſis oculis ducuntur ad ignẽ.
intelligerem in quanta eſſem cęcitate.Hoc modo decipiuntur hoĩes q̃ ſecularibus ne-
gotijs vel quibuſcũq; vitijs inſeruiunt,nõ enim poſſunt videre in quãtis tenebris manẽt
& ideo quaſi ſine timore perpetrant mala putãtes ſe lumen habere cũ peſſime ſint cæca-
ti & quaſi clauſis oculis ducuntur ad ignem.[Multiplicati ſunt] ſcilicet mali [ ſuper ca-
pillos capitis mei].i.ſuper electos qui ſunt ornamentũ capitis Chriſti,id eſt , Chriſti q Iohan.9
eſt caput eccleſiæ[& cor meum]id eſt,ratio[dereliquit me]id eſt,illos qui mei deberent Ephe.1.4
eſſe,qui nõ ſecundum rationem viuunt,ſed vt libet eis,in voluptatibus ſuis currunt.Er- Col.1
go[ Complaceat tibi dñe vt eruas me ] de tantis perplexitatibus malorũ [ dñe ad adiu-
uandum me]id eſt,meos[reſpice]oculo pietatis.[Confundantur & reuereantur].i.eru
beſcant & timeant peruerſitatem ſuam,ſimul mente & corpore[ qui quærunt animam
meã vt auferãt eam].i.non quærũt vitam meã ad imitandũ,ſed ad perimendum.[Con
uertantur retrorſum]id eſt,fiant ſequaces,q ſuperbia voluerunt pręire[& reuereantur]
id eſt,honorent & timeant quod ſpernebant[qui volunt mihi mala] .i. qui cupiunt me
ſuæ conformare malitiæ.[Ferant confeſtim]id eſt,indilate[confuſionẽ ſuã]quaſi pon Pſal.37
dus immenſum ne diutius ingrauetur malũ eorum [qui dicunt mihi euge euge ] .i.qui Inimicus blandus valde nociuus eſt.
mihi applandunt doloſe,quaſi bono animo & adulatorie. Iſte inimicus valde nociuus
eſt & ideo cauendus,in abſentia enim perſequitur & in facie adulatur.[Exultent ] foris
[& lętentur]intus[ſuper te]non ſuper ſe[omnes qui quęrunt te]& nihil aliud,id eſt,qui
ponunt te finem ſuũ[& dicant ſemper magnificetur dñs]nõ nos magnificemur , vt fa-
B ciunt ſuperbi & diuites,qui ſuam magnificentiam quærũt nõ dei.Econtra [ qui diligũt
ſalutare tuũ]id eſt, qui nõ per merita ſua,ſed per miſericordiam tuam ſaluari cõfidunt. Dani.9
[Ego autem mendicus ſum]ſalutem meã mendicãs[& pauper] id eſt,humilis in ſpiri- Titum.3
tu non cum ſuperbia petẽs,nec me æſtimans meliorẽ alijs:& ideo[dñs ſolicitus eſt mei] Lucæ.18
dans omnia bona ſaluti meæ neceſſaria.Et vere ita eſt, quia [ Adiutor meus ] eſt in bo-
nis [ & protector meus]in malis[tu es deus meus]ad quẽ iugiter ſuſpiro & anhelo,pro-
pter quod[ne tardaueris]Exprimit hoc verbum magnũ deſiderium ſanctorum,qui ar-
denter deſiderant aduentum Chriſti:tardum enim ſemper videtur quod magno deſide
rio quæritur & vere amatur.

¶Pſalmi XL. Enarratio.

BEatus qui intelligit]Chriſtum eſſe deum & ſecundũ illũ intellectum agit hic om-
nia quæ voluerit,& nihil quod noluerit habebit,& intelligit[ſuper egenum & pau-
perem ]ſcilicet Chriſtum ſecundũ illud ꝙ homo fuit pro nobis factus egenus & pauper
[in die mala]id eſt,in die iuditij quando mala malis retribuẽtur[liberabit eũ dominus]
ab omni malo & perducet ad beatitudinem.Dies etiam mala dicitur dies tentationis in 2.Cor.8
qua liberat eum Chriſtus ne cadat in malum culpæ.[Dñs cõſeruet eum] in hoc intelle- Iohan.5 Dies mala q̃ ſit.
ctu[& viuificet eum]id eſt,proficere faciat & perſeuerare[& beatum faciat eum]in ter-
ra cœli,vbi vere beatus erit[& non tradat eum in animam inimicorum eius]id eſt,in vo
luntatẽ malignorum ſpirituum.[Dominus opem ferat illi]id eſt,illum ſemper adiuuet
[ſuper lectum doloris eius]id eſt,in tentationibus carnis & mũdi,pro quibus dolẽdum
eſt,vt ipſe ferat lectum ſuum,id eſt,tentationes in quibus male quieſcit,nõ lectus ipſum,
quia beatus qui ſuffert tentationem,ergo maledictus qui ſuccumbit [ vniuerſum ſtra- Iaco.1
tum eius]id eſt,totum corpus in quo animus ſtratus iacet[verſaſti]id eſt,fragile et paſſi
bile feciſti[in infirmitate eius]id eſt,quando Adã peccando infirmabatur. Et cũ ita at-
tritum ſit genus humanum merito ſuo. [ Ego ] Chriſtus[dixi] .i.oraui[dñe miſerere
mei ] id eſt, pro nimia charitate qua dilexi hoĩem[ſana animã meã]in primo parẽte in Ephe.5
firmatam[quia peccaui tibi]id eſt,hoſtiã pro peccato me feci in aſſumpta humanitate. 2.Cor.5
Inimici

Iohan.9 [Inimici mei]non attendentes quanto amore me pro eis infirmum feci [dixerunt ma-
Iohan.11 la mihi]non eſt hic homo à deo[quando morietur]id eſt,quamdiu differtur mors eius. C
Ecce quanto ardore vitam extinguere cupiebant[& peribit nomen eius]id eſt, memo-
ria Ieſu deleatur,quod non potuit fieri,quia deus eſt.[Et ſi ingrediebatur] aliquis qui ſe
ſapientē æſtimaret[vt videret]quid alij dicerent & facerēt,nō vt crederet & amaret, q̃a
[vana loquebatur] quæ de vano corde procedebant [cor eius congregauit iniquitatē ſi-
bi] id eſt,cumulauit ad ſuam perditionem.[Egrediebatur foras] id eſt,ab internis aſpe
ctibus in appetitum temporalium exibat [& loquebatur in idipſum]id eſt,in eadem va
nitate in qua exiuit. [Aduerſum me ſuſurrabant omnes inimici mei] id eſt,omnes fal-
1.Tim.2 ſi Chriſtiani,aduerſus Chriſti iuditium ſuſurrant,dicentes eum velle omnes ſaluare &
neminem perdere[aduerſum me cogitabant]quia mali omnia cogitant quæ ſunt con-
tra Chriſti doctrinam & voluntatem[mala mihi]imponentes.Malum enim eſſet ſi iu-
ditium non faceret. [Verbum iniquum] id eſt, non ęquum [ conſtituerunt aduerſum
me]ſcilicet,vt cum iuſtis ſaluaret impios:ſed non proderit iſta praua præſumptio, quia
[nunquid qui dormit]id eſt,nunc quaſi dormire videtur, dum videt tanta mala repro-
borum,& non ſtatim infert vindictam[non adijciet]id eſt,non intēdit[vt reſurgat] in
Matt.16 poteſtate ad iudicandum,& reddere malis quod meruerūt. Vel cōtra Iudæos hæc dicit,
Rom.2 qui putauerūt ſe eum penitus extinxiſſe.Et ſequitur.[Etenim homo pacis]id eſt, Iudas
Oēs ma- cum quo pacem habebam,per quem omnes mali Chriſtiani ſignificantur[in quo ſpe-
li Chr̄ia- raui]id eſt,ſperare debui[qui edebat panes meos]id eſt,bona dei comedunt, & gratias
ni ſignifi non reddunt[magnificauit ſuper me ſupplantationem]id eſt,hoc magnificant,ſi ſui in
cantur p̄ patrimonio Chriſti inſtituantur,& electi inde ſupplantentur.Illi ita contra meos faci-
Iudam. unt:ſed [Tu autem domine miſerere mei] id eſt,meorum,quicquid cogitent prodito-
res & perſecutores[& reſuſcita me]id eſt,fac meos reſurgere à vitijs in pręſenti,et in glo
Matt.25 ria reſurrectionis in futuro[& retribuam eis]ſcilicet,malis mala eorum, mittēdo eos in
ignem inferni pro iniquitate ſua.[In hoc]ſcilicet experimento[cognoui qnoniam vo-
luiſti me]id eſt,dilexiſti meos[quoniam non gaudebit inimicus meus ſuper me]id eſt,
diabolus non gaudebit ſuper electos ſuperatos,& non glorioſe reſuſcitatos. Et vere ita
erit,quia.[Me autem]ſcilicet caput cum membris[propter innocentiam]id eſt, purita
tatem vitæ[ſuſcepiſti]de morte ad vitam[& confirmaſti me]quia reſurgēs ex mortuis, D
1.Cor.15 iam non moriar[in conſpectu tuo inæternum] tecum mā̃ſurus.Vnde illi laus.[Benedi
ctus dominus deus Iſrael]id eſt,Chriſtianorum[à ſeculo]præſenti[& in ſeculum]futu
rum[fiat fiat]hæc repetitio confirmatio eſt.

## Pſalmi XLI. Enarratio.

Ceruus ſerpentē abſorbet Q Vemadmodum deſyderat ceruus ad fontes aquarum]id eſt, quanta ſiti inarde-
ſcit ceruus abſorpto ſerpente,cui non ſufficit de vno fonte potaſſe[ita deſyderat
anima mea ] abſorpto antiquo ſerpente in fonte baptiſmatis: vel peccato deſtructo in
pœnitentia,vt nouus homo efficiar [ad te deus]guſtandum,videndum, & fruendum.
Iſte pſalmus eſt deuotę animæ, patriam deſyderantis, & miſerias huius vitæ deploran-
tis.[Sitiuit anima mea] iam tacta amore ſupernorum, non vanis illecebris carnalis
Pſal.53 vitæ: ſed[ad deum fontem viuum] id eſt, ad te qui es fons viuus, indeficiens refrige-
Iſa.53 rium animarum, & quaſi amore langueo, & dico præ nimio deſyderio [ quando ve-
Iere.2.17 niam ] quaſi longa mihi videtur peregrinatio iſta, propter magnitudinem amoris:&
Cant.2.5 deſideranti animæ nihil ſatis feſtinatur [& apparebo ante faciem dei] id eſt, aſſiſtam
viuificæ viſioni, tam diu deſideratę.Iſte non conſentit cum illis, qui hic ſemper in vo-
Mori ti- luptatibus vellent viuere, & de clauſtro corporis timent exire. Imo quamdiu hoc non
mēt ho- eſt, ſcilicet quod hic moror. [Fuerunt mihi lachrymæ meæ ] non delitiæ humanæ
mīes mū [panes die ac nocte ] id eſt, interna refectio mea continue, dulcius enim ſibi videtur ſo
dani. lis deſiderijs cœleſtibus inſiſtere, quàm cum delectoribus mundi, quicquid in mun-
do eſt, poſſidere [dum dicitur mihi quotidie] ab irriſoribus[vbi eſt deus tuus?]id eſt,
ſi tam bonum & potentem habes deum, cur non ſubuenit tibi in preſſuris & in angu-
2.Cor.4 ſtijs tuis.[Hæc recordatus ſum] id eſt, has irriſiones ad maiorem gloriam prodeſſe
Matt.5 mihi recordor,ſi patienter tolero [&] ideo [ effudi in me animam meam ] id eſt, di-
Luc.6 lataui vſq; ad dilectionem inimicorum.Multi ſunt qui animam ſuam in ſe non effun-
dunt



dunt,ſed per totum mundum vagabundam eſſe ſinunt. Sed ego effundo in me, & bene Aīam in ſe effundere quid ſit.
A [quoniam]propter hanc effuſionem[tranſibo]nunc in ſpe proficiens[in locum taber-
naculi admirabilis]id eſt,per admirabilem militiam ſanctorum [vſq; in domum dei]
id eſt,tranſibo non deficiens,donec in cœleſtem Ieruſalem perueniam. Ego dico exi-
ſtens. [In voce exultationis] iubili mentalis. De æterna enim feſtiuitate ſonat cano-
rum quid & dulce cordi eius,vnde rapitur ſicut ceruus,id eſt, mulcetur [& cōfeſſionis]
id eſt, laudis ineffabilis, vt etiam orando eādem vocem canoram & dulcē habeat, quia
in mira mentis ſublimitate poſitus eſt. Vnde ſonat ei mirabilis ſuauitas laudis æternæ,
quæ ab angelis deo decantatur.Et dicitur hoc ad ſimilitudinem feſta cernentium, qui-
bus mos erat,ante domos ſymphonias conſtituere,quæ confeſſio eſt [ſonus epulantis]
id eſt,gaudentis de æterna refectione. Captus eſt enim ſuauitate laudis angelicæ, quæ Iubilus
in mente iam ſuſcipitur.Ergo o anima mea cum iucunda videas,& de deo non dubites mentis.
quem ſentis.[Quare triſtis es anima mea?]in his miſerijs.Increpat enim intellectus in-
feriorem partem animæ [& quare conturbas me?]id eſt, interrumpis gaudium meum,
quaſi.d. non deberes, cum tam ſuauiter viuam,ſed [Spera in deo] cum quo apparebi-
mus in gloria[quoniam adhuc confitebor illi] id eſt, iam futurum eſt, vt illi in cœlo Colo.3
laudes referam, quia [ſalutare vultus mei] eſt, id eſt, & ipſe homo eſt vt ego [& deus
meus] vnde ergo eſt conturbatio,cum non habeam quo erubeſcam, quando ad illum
peruenio.Ideo [Ad meipſum anima mea turbata eſt]id eſt,ad meam puſillanimitatem
referēdam eſt cōturbatio mea, quia ipſe mecum melius fecit,quàm ſcio intelligere[pro Ephe.5
pterea] id eſt,propter hoc ingratus interiui [memor ero tui de terra Iordanis] id eſt, in Titum.3
hoc ꝙ lauacro regenerationis ablutus ſum,& non in lachrymis pœnitentiæ mundatus
[& Hermonij] id eſt,& de hoc ꝙ perfecte ſum anathematizans, & cōdemnans omnia
peccata[& à monte modico]id eſt,quia ſum mons modicus,id eſt,in humilitate conſi-
ſtens,non terrena elatione tumens.Et quare memor tui ero? quia.[Abyſſus] id eſt,pro- Iohā.5
B funditas primę damnationis[abyſſum inuocat]id eſt,profunditatem pronuntiat futu-
ræ examinationis,id eſt,oſtendit aliud iuditium in quo mali damnabūtur, qui nō ſunt
memores tui de terra Iordanis:& hoc probatur [in voce cataractarum tuarum ] id eſt,
teſtimonio prophetarum tuorum, per doctrinam omnium ſanctorum. Exponit pri-
mā abyſſum.[Oīa excelſa tua].i.maiora pericula tribulationū & tentationū[& fluctus
tui].i,minora,vt fames & ſitis,labor,algor & ęſtus,quæ erant[ſuper me]id eſt, ſuper vi-
res meas,vbi te protegente [tranſierunt]id eſt,tranſitoria fuerunt non permanentia.
[In die mandauit dominus miſericordiam] id eſt,per nuntios ſuos docuit ꝙ in proſpe-
ris vult ſe prædicari miſericordem,quia ab eius miſericordia veniunt proſpera [& no-
cte canticum eius]mandat,id eſt,in aduerſis vult ſibi eſſe exultandū, quia iuſte aduerſa Iacob.1
infert.[Apud me]hæc omnia æquanimiter tolerantē[oratio]immolanda eſt[deo vitę In aduerſis exultādum.
meæ]id eſt,per quem viuo[dicā deo]in illa oratiōe[ſuſceptor meus es] à miſeria in glo
riam.Ideo[Quare oblitus es mei].i.obliuiſci videris,dum differor à regno[& quare cō
triſtatus incedo].i.quaſi patiēter tolero[dū affligit me inimicus] viſibilis & inuiſibilis,
in quo affligit. [Dū confringūtur oſſa mea].i.dum morte afficerentur fortiores in ec- Ephe.6
cleſia [exprobrauerūt mihi]dicētes:Sic & tu morieris[qui tribulāt me inimici mei]per
ſequentes viſibiliter & inuiſibiliter.Et hoc fit.[Dum dicūt mihi per ſingulos dies]inſul
tātes[vbi eſt deus tuus?].i.quare te nō liberat de manibus noſtris.In q̃bus malis.[Qua-
re triſtis es anima mea]cum tāta ſpe ſis confirmata[& quare cōturbas me?]id eſt,obnu Sap.1
bilas triſtitia tua ſerenitatē ſpei meę.Et vt vnde cœpi finiā.[Spera in deo]qui ſaluat ſpe
rantes in ſe [quoniam adhuc cōfitebor illi].i.perenne alleluia cantabo[ſalutare vultus
mei]id eſt,ſaluator meus[& deus meus.

## Pſalmi XLII. Enarratio.

I Vdica me deus]quia metum pœnæ ſuperat ſpes gloriæ[diſcerne cauſam meā de gen
te nō ſancta]vt nō patiar ea cauſa,qua patitur gēs nō ſancta,ſcilicet pro facinoribus.
Loquitur hic vir ſanctus,volēs ſeparari mēte in præſenti hic ab iniq̃s,& loco in futuro.
Vnde quia non timet iuditium,orat vt veniat & iudicetur ſecurus de æterno pręmio.Di Iuditium diuinum oībus horribile.
cunt tamē hic quidam ꝙ omnis homo iuditiū horret.Demū quæ ſit gens nō ſancta ex-
ponit dicēs[ab hoīe iniquo]id eſt,qui aperte mala facit[& doloſo].i.qui occulte inſidia
tur[erue me]ne illis cōformer.[Quia tu es deus fortitudo mea] per me enim non ſuffi- 2.Cor.3
cio, ſed [ quare me repuliſti?] id eſt, quo fructu me repulſum videri feciſti [& quare Iohan.5
triſtis

Gala.4 triſtis incedo]deflens dilatum Chriſti auxilium [dum affligit me]filium lib erę[inimi-
cus]id eſt,filius ancillæ.[Emitte]ergo[ lucem tuam]id eſt,gratiam tuam per quam de- C
uotus fiam [& veritatem tuam] id eſt,cognitionem tui [ ipſa me ] ſcilicet ,lux & veri-
Mons dicitur ſanctus. tas[deduxerunt] ne per proſpera vel aduerſa aberrem[& adduxerunt in montem ſan-
ctum tuum]id eſt,hoc in me fecerunt,vt eſſem mons ſanctus tuus non ſuperbe tumens
ſed humiliter à terrenis deſiderijs per contemplationẽ ſe eleuans[& in tabernacula tua]
vt belligerarem contra hoſtes.[Et]per iſtam militiam[introibo ad altare dei]id eſt,ad
ſublimitatem diuinæ contemplationis,quo non accedit aliquis iniuſtus[ad deum]vidẽ
dum[qui lætificat iuuentutem meam],id eſt ,renouationem mentis meæ, gaudio ſpiri-
Cythara deũ laudare qd ſit. tuali,ſed prius [ Confitebor tibi in cythara]id eſt,laudabo te de carnaliũ concupiſcẽtia
rum mortificatione[deus deus meus]quem diligens adoro , & ideo[quare triſtis es ] o
[anima mea?]id eſt,cur gemis ſub pondere palearum poſita in tali vita.[ Spera in deo]
quia potius eſt ſperandum quàm gemẽdum[& quare conturbas me?]vehementer:per
ſuadet triſtitiam huius ſeculi fugiendam,quæ patientiam & charitatem extinguit & to
tam vitam confundit.Cauſa triſtitiæ eſt peccatum,ſicut cauſa lętitiæ iuſtitia [quoniam
Cauſa triſtitiæ eſt peccatũ. adhuc confitebor illi]id eſt,perenniter eum laudabo de beneficio per mediatorem col-
lato,qui eſt[ſalutare vultus mei]id eſt,homo vt ego ſaluator tamen [& deus meus.

## ¶ Pſalmi XLIII. Enarratio.

DEus auribus noſtris audiuimus]id eſt,manifeſte ſanctas ſcripturas intelleximus
[patres noſtri ] prophetæ & apoſtoli [ annuntiauerunt nobis ] per ſcripta ſua.
Quid?[Opus quod operatus es in diebus eorum]id eſt,victorias eis collatas [& in die-
bus antiquis]id eſt,anteceſſoribus eorum.Quod opus?[Manus tua]id eſt, potentia tua
[gentes diſperdidit]id eſt,extraneas nationes & vitia interfecit[& plantaſti eos]id eſt,
1.Cor.9 cõfirmaſti patres in terra eorum[afflixiſti populos]id eſt, per plurima bella reprobos,
&per vigilias,ieiunia,et orationes carnem noſtram vis domari[&]ſic[expuliſti eos]ſci
licet malos homines & motus noxios.Et vere tu feciſti.[ Nec enim in gladio ſuo]id eſt
virtute armorum[poſſederunt terram]promiſſionis & cœli, quæ Chriſtianis promiſſa
eſt[& brachium]id eſt,robur[eorum non ſaluauit eos] quin vincerentur nõ obſtanti-
bus iſtis.[ Sed dextera tua]id eſt,fauor tuus[& brachium tuum]id eſt,potentia tua [ &
illuminatio vultus tui]id eſt,manifeſtatio præſentiæ tuæ , certis ſignis oſtenſæ , quibus D
impios terruiſti & noſtra vitia repellis [quoniam complacuiſti in eis ] id eſt , placitum
Iudicũ.6 tuum in eis collocaſti quod non fuit meriti eorum. Nam [ Tu es ipſe rex meus ] id eſt,
meus rector[& deus meus]conditor[qui mandas ſalutes Iacob]id eſt,prædicas per mi
niſtros tuos multiplices victorias exhibitas populo Iudæorum . Vox eſt illorũ qui ſunt
2.Cor.9 Iacob.1 imitatores Chriſti,intelligentes ſe hic ad agonem vocatos, in futuro ad coronam. [ In
te]id eſt,per te[inimicos noſtros]ſpirituales & corporales [ventilabimus cornu]id eſt,
Ephe.6 tanquam paleas reputabimus igni deſtinatas,eijcientes eos ſublimi adiutorio tuo,vt no
bis non noceant ſpiritualiter[& in nomine tuo]Ieſu viuentes,id eſt,per illud nomen iu
giter cogitatum [ ſpernemus inſurgentes in nobis] id eſt, nullius valoris æſtimabimus
impugnantes corda noſtra.[ Non enim in arcu meo]id eſt,in occulta defenſione[ſpera
bo]ſed in te[& gladius meus]id eſt,manifeſta reſiſtentia & violenta [ non ſaluabit me]
de manu malorum. Tu enim [ Saluaſti nos de affligentibus nos]vt illis non conforma-
Sap.2 apo.21.22 remur,qui nos affligunt interius & exterius[& odientes nos confudiſti]qa dicturi ſunt:
Nos inſenſati viam illorum æſtimabamus inſaniam,ergo errauimus à via veritatis .Et
tunc [ In deo laudabimur tota die]cui nox non ſuccedet.Nam ab ipſis inimicis compu-
tabimur inter filios dei[& in nomine tuo]id eſt,nos Chriſtiano nomini apta ſectantes
[confitebimur tibi in ſeculũ]id eſt,laudabimus te æternaliter.[Nunc autẽ]id eſt,in hoc
ſeculo[repuliſti nos] in oculis hominũ[& cõfudiſti nos]tãquam fruſtra ſperauerimus
[& non egredieris deus] aliquo viſibili ſigno [ in virtutibus noſtris] id eſt,cum fortiter
malo reſiſtemus.[ Auertiſti nos retrorſum]id eſt,permiſiſti vt ſequeremur[poſt inimi
cos noſtros]pro parte lapſorum in peccatum[& qui oderunt nos diripiebant ſibi] præ-
Roma.8 dam ſibi facientes de quibuſdam qui etiam electi videbantur. [ Dediſti nos tanquam
oues eſcarum] id eſt,tantæ vilipenſionis nos permiſiſti æſtimari[ſicut oues] deſtinatas
ad eſcam,non ſicut reſeruatas ad fœcunditatem[& in gẽtibus diſperſiſti nos]id eſt,qui-
dam ex nobis in ritum gentium tranſierunt timentes miſeriam mundi.[Vendidiſti po-
pulum



A pulum tuum]id eſt,martyres tuos in mortem tradi permiſiſti [ſine precio ]id eſt, quaſi Pſal.115
nullius precij eſſent,cum tamen precioſa ſit coram te mors ſanctorum tuorum [ & non
fuit multitudo in commutationibus eorum ] quia pauci de occidentibus conuerteban-
tur.[ Poſuiſti nos opprobrium vicinis noſtris]id eſt,probroſos nos feciſti,venire nolẽ-
tibus ad fidem[ſubſannationem & deriſum]id eſt,ſubſannabiles & deriſibiles [his qui
in circuitu noſtro]id eſt,qui noſtram vndiq; vident miſeriam & contemnunt. [ Poſui-
ſti nos in ſimilitudinẽ gẽtibus]vt ſi aliquis alicui maledictum vellet inferre,nos poneret
in exemplum[commotionem capitis]ad inſultandum [in populis] peruerſis. [ Tota
die verecundia mea]pro lapſu quorundam[contra me eſt]id eſt,in oculis meis [& con
fuſio faciei]meæ pro eiſdem lapſis[cooperuit me]id eſt,totum inuoluit,vt nõ poſſem le
uare caput ſine illa confuſione?Et hoc [ A voce]id eſt,ab inſtantia[exprobrantis]talia
peccata commiſiſtis[& obloquentis]id eſt,veritati reſiſtentis [ à facie inimici & perſe-
quentis]qui errores ſuos defendunt & volentes conuerti non permittũt. [ Hæc omnia] Sanctorũ
prædicta[venerunt ſuper nos]adhærentes tibi[nec tamen obliti ſumus te]id eſt,in me tribula-
moria noſtra te continue habuimus nos qui non cecidimus[& inique nõ egimus in te- tiões mul
ſtamento tuo]id eſt,non abnegauimus fidem tuam ,& pactum quod fecimus in bapti- tæ.
ſmo.[ Et non receſſit retro cor noſtrum] id eſt, mente non ſumus reuerſi in Aegyptum Exo.16
[& declinaſti ſemitas noſtras]id eſt,deriuaſti martyria noſtra à via tua, id eſt, à ſimilitu
dine iræ tuæ.[Quoniã humiliaſti nos in loco afflictionis]id eſt, in hac vita , quæ plena
eſt tribulationibus & ærumnis[& cooperuit nos vmbra mortis]id eſt, circundederunt Iob.14
nos mali,quibus ignorantia eſt imago mortis, & tamen.[Si obliti ſumus] obligamus
nos maledicto [nomen dei noſtri]confiteri coram hominibus[& ſi expãdimus manus
noſtras]quaſi orando[ad deum alienum] id eſt,ad idola, vel ad ſeruiendum vẽtri, qui
eſt deus guloſorum.[Nõne deus requiret iſta?]id eſt,exiget in diſtricto examine [ ipſe Phi.3
enim nouit abſcondita cordis]id eſt,omne quod cogitamus & volumus, & qua inten- Heb.4
tione.[Quoniam propter te]o Chriſte,nõ propter ſcelera noſtra[mortificamur]id eſt, 1.Reg.16
morti deſtinamur[tota die]continue vſque ad mortem [ æſtimati ſumus ] ab inimicis Roma.8
noſtris[ſicut oues occiſionis]id eſt,tanquam nullum fructum laturi. [ Exurge ] id eſt,
fer opem[quare obdormis domine?]id eſt,dormire videris,excitamus ergo te tanquã Matt.8
B in naui dormientem[exurge]& impera ventis & mari [& ne repellas in finem]id eſt,in
conſumptionem, &ſi ad horam repellere videris[quare faciem tuam auertis? ] id eſt,q̃
acceptos nos habes non oſtendis[obliuiſceris inopiæ noſtræ]id eſt,non tradas obliuio
ni ꝙ propter te pauperamur[& tribulationis noſtræ]& ꝙ tribulationes propter te pati-
mur. [ Quoniam humiliata eſt in puluere anima noſtra]id eſt,animales noſtri ſenſus
in tantum confracti ſunt,ꝙ omnia terrena cupiditate circumferuntur[cõglutinatus eſt
in terra]id eſt,carnalibus deſiderijs[venter noſter]id eſt,noſtra mẽbra infirmiora,quæ
mollia ſunt ,& nullam pœnitentiam patiũtur propter has miſerias.[ Exurge domine]
id eſt,fac nos ſurgere[adiuua nos]in pugna [ & redime nos ] à conformitate malorum
[propter nomen tuum]Ieſum glorificandum.

## ¶ Pſalmi XLIIII. Enarratio.

ERuctauit cor meum]Iſte pſalmus vocatur epithalamium,id eſt,carmen ſuper tha-
lamum,id eſt,de nuptijs ſponſi & ſponſæ. Loquitur enim de copulatione eorum,
& deus pater eſt quaſi paranymphus,id eſt,internuntius inter ſponſum & ſponſam , vt
eos caſte coniungat. Vnde ad laudem ſponſi ſic incipit:Eructauit cor meum , id eſt , de
inuiſibili eſſentia mea genui[verbum bonum]ſine quo nullum prorſus bonum.Hic cõ Iohã.1
mendatur à diuinitatis æternitate,vt eccleſia audita tanti ſponſi eminentia,ſatagat om- Iacobi.1
ni modo fieri eius ſponſa. Titulus enim eſt carmen pro dilecto,ſcilicet commendan-
do[dico ego opera mea regi]id eſt,per hoc verbum omnia feci,quorum eum regem & Carmen
rectorem conſtitui.Et hoc verbum æternum,non tranſitorium,quia [ Lingua mea]id pro dilecto.
eſt,idem filius meus[calamus ſcribę velociter ſcribentis] id eſt, ſine ſucceſſione omnia Iohan.1
creans . Dixit enim & facta ſunt,quæ non more vocis tranſeunt,ſed manent,ſicut lite- Lucæ.21
ra ſcribentis.Hæc de diuinitate,ſed quid de humanitate?[Specioſus forma]id eſt,deco- Gene.1
rus in anima [ præ filijs hominum ] quia ſolus immunis à peccato in genere humano, 1.Pet.2
ad quem ſermonem conuertit dicens[diffuſa eſt gratia in labijs tuis]id eſt,commenda-
bilis es in vita,in doctrina,& in prædicatione tua[propterea]id eſt,quia in his excellen-

E tiam ha-

Ephe.4 tiam habes[benedixit te]hominem[deus in æternum]Cum ergo talis ſis. [Accingere
gladio tuo]id eſt,verbo dei ad debellandum ,& diabolum,& mundum [ ſuper fœmur C
tuum potentiſſime] id eſt,in carne aſſumpta,qui non habes æqualem in virtute. Nam
[Specie tua]id eſt,ſanctitate tua[& pulcritudine tua]id eſt,iuſtitia & charitate tua [intē
de proſpere]id eſt,eſto intenſus.Sic enim habebis proſperos ſucceſſus,& ſic[procede et
regna]id eſt,adquires regna hominū & ſpōſam tuā.[Propter veritatē].i.cōpletionem
Matt.11 promiſſorū[& manſuetudinē]quia mitis et humilis corde[& iuſtitiā]qua vincis diabo
lum[& deducet te]de Iudæis ad gētes[mirabiliter dextera tua].i.mirabilis potētia tua.
Heb.4 [Sagittæ tuæ acutæ] .i.verba tua ſubtilia ſunt,dura corda penetrātia,& ideo[populi ſub
Phili.2 te cadēt] quia oīe genu tibi flectetur[in corda inimicorū regis]id eſt,in profunda tor-
mēta dæmonum,in quibus male erant erecti,inimicando regi. Et tunc erit [ Sedes tua
deus]ſponſa ſcilicet,cui [in ſeculum ſeculi]præſidebis,& erit[virga directionis ] id eſt,
virga iuſtitiæ dirigēs[virga regni tui]id eſt,poteſtas.Et vere,quia[ Dilexiſti iuſtitiam]
id eſt,diligis iuſtos facere[& odiſti iniquitatem]id eſt,odio habes iniquum[propterea]
Sap.14 id eſt,vt hoc faceres[vnxit te deus]o fili patris[deus tuus]in aſſumpto homine[oleo læ-
1.Pet.2 titiæ]id eſt,immunitate peccati,vnde tibi eſt lætandū[præ cōſortibus tuis] .i.præ oībus
hominibus in genere humano.[Myrrha].i.caſtigatio carnis diſcreta [& gutta ] id eſt,
2.Cor.2 humilitas,quæ impellit inflaturas[& caſia]id eſt,odor virtutis & bonæ operatiōis, hæc
Ephe.5 herba tineas fugat. Vel caſia,id eſt,fides. Hæc arbor creſcit in immēſum,& reddit odo-
rem[à veſtimentis tuis].i.à ſanctis hæc fluūt &[à domibus eburneis]id eſt,à caſtis men
tibus[ex quibus]ſcilicet odoribus virtutū[delectauerūt te filiæ regū].i.animæ deuotæ,
ab apoſtolis & alijs ſanctis genitę[in honore tuo].i.vt ad honorē tuū dicantur Chriſti-
ani.[Aſtitit regina]id eſt,ſpōſa tua eccleſia[à dextris tuis]in cœleſtibus collocata[in ve
ſtitu deaurato]id eſt,ornata fulgore ſapiētiæ & charitatis[circūamicta varietate]electo
rum in diuerſis ordinibus conſtitutorū,quaſi pallio gaudij decorata. Vt ergo ad huius
1.Cor.15 ſponſi thalamum merearis peruenire.[Audi filia]aure cordis,vox eſt patris admonen-
Iohā.14 tis [& vide]id eſt,intellige[& inclina aurem tuam] id eſt, humilis eſto, audiendo regis
mandata[& obliuiſcere populum tuum]id eſt,omnes carnales affectus, & inutiles mo- D
tus[& domū patris tui]id eſt,mundū iſtum qui eſt domus diaboli,q eſt pater tuus dum
Iohan.8 ipſum in malitia imitaris.[Et]ſic[cōcupiſcet rex]æternus[decorem tuum]ſpiritualem
Iohā.12 qui in virtutibus conſiſtit[quoniā ipſe]qui eſt ſpōſus tuus[eſt dn̄s deus tuus]qui te crea
uit & redemit[& adorabunt eum]adoratione latriæ,quæ eſt ſeruitus ſoli deo exhibita,
illæ regum filię.[Et filiæ Tyri]id eſt,de hoc mundo plures adorabunt eum[in muneri
bus]ſeipſas munera ei facientes[vultum tuum] id eſt,ſpecioſitatem tuam [deprecabun
tur omnes diuites plebis]id eſt,deſiderabūt ſe habere potētes ſeculi:ſed ne putetis ei pla-
2.Cor.1 cere ornatum exteriorem,videte quid concupiſcat.Nam [Omnis gloria eius]o[filiæ re
Ezech.16 gis abintus]id eſt,in teſtimonio bonæ conſcientiæ,vt interius ſitis decorę in virtute,ſine
Matt.25 qua fœtentes eſtis in oculis ſuis,& abijcit vos tanq̄ indignas ad tanti regis thalamum in
Charita trare,quantuncunq; exterius vos pingatis [in fimbrijs aureis]id eſt,in perſeuerantia pa
te virtu- tientiæ & charitatis, vt tu o ſponſa ſis[circumamicta varietatibus]id eſt , venuſtata va-
tes conne rietate virtutum in vna charitate conuenientium. [ Adducentur regi ] id eſt, laboribus
ctuntur. prædicatorum [virgines]id eſt,ſuccedentes eccleſiæ [poſt eam]id eſt, poſt primitiuam
eccleſiam [proximæ eius] id eſt,imitatores eius [ afferentur tibi] id eſt,in conſortium
tuum.[ Afferentur in lætitia]mentis[& exultatione ] boni operis [ adducentur in tem-
1.Cor.3 plum regis] id eſt,vt templum dei ſint.[ Pro patribus tuis] mortuis [nati ſunt tibi filij]
Epiſcopi id eſt, vice apoſtolorum ſunt epiſcopi imitatores eorum [ conſtitues eos ] o Chriſte
ſint vicea [principes ſuper omnem terram]id eſt,ſuper vniuerſalem eccleſiam.[Memores erunt]
poſtolorū: ſubditi [nominis tui] per illos annuntiandi [in omni generatione]præſente[& gene-
Rom.10 ratione] ſubſequente.[Propterea populi] adquiſitionis[confitebuntur tibi in æternum
& in ſeculum ſeculi]id eſt,hic & in futuro laudabunt te.

## ¶Pſalmi XLV. Enarratio.

DEus noſter refugium]id eſt,vera ſecuritas fugientibus ad ipſum [& virtus]ad pu-
gnandum [adiutor in tribulationibus ] vt etiam quandoq; incorporemus nobis
1.Cor.1 tribulantes nos [quæ inuenerunt nos nimis]in tantum vt tæderet nos viuere.[Propter-
Luc.12 ea] quia ipſe eſt nobis adiutor [non timebimus] eos qui occidunt corpus [dum turba-
bitur terra



A bitur terra]id eſt,dum terreni turbati fremendo contra nos inſurgunt,quia[transferen
tur]de poteſtate mundanæ poteſtatis [montes] id eſt,ſuperbi tyranni qui nos turbant
[in cor maris]id eſt,in profundum inferni. Nam [Sonuerunt]id eſt,repugnauerunt ve
ritati [& turbatæ ſunt aquæ] id eſt,commoti ſunt populi audiētes [cōturbati ſunt mon
tes ] id eſt,damnati ſunt principes terrena altitudine tumentes [in fortitudine eius] ſci-
licet Chriſti,dum iudicat. Tales pereunt, ſed econtra. [ Fluminis impetus]id eſt,ſpiri Gratiæ
tus ſanctus tanquam torrens cum impetu [lætificat ciuitatem dei]id eſt,collectionē ſan ſpūs ſcti
ctorum,vt quaſi ebrij videantur,non curantes de mundanis,& omnia quæ habent lar- effectus.
giter diſtribuētes pro deo[ſanctificauit tabernaculum ſuum altiſſimus] id eſt, fecit ſibi
corda eorum receptacula munda. [Deus in medio eius]ciuitatis,id eſt,omnibus ſanctis
fauet,& ideo[non commouebitur]à fide & charitate[adiuuabit eam deus mane dilucu
lo]id eſt,in ortu gratiæ ſtatim in prima luce veritatis. Hinc patet, ꝙ liberum arbitrium Liberum
ſine gratia adiuuante non ſufficit ad ſalutem. [Coturbatæ ſunt gentes ] id eſt,compun- arbitriū
ctæ ad pœnitentiam[& inclinata ſunt regna]id eſt,humiliati ſunt quidam reges[dedit ſine gra-
vocem ſuam]Chriſtus per prædicatorem [ & mota eſt terra ] id eſt,auarus ad contem- tia in bo-
ptum terrenorum.Et hæc contingunt, quia [ Dominus virtutum ]operator[nobiſcū] num non
id eſt,in nobis[ſuſceptor noſter]à malis[deus Iacob]id eſt, fidelis populi vicijs reluctā poteſt.
tis. Ecce vox [ Venite]paſſibus fidei & amoris[& videte opera dei]id eſt,intelligite ope
ra medici noſtri[quæ]id eſt,quanta & qualia[poſuit prodigia]id eſt,ſigna admiranda Iſa.2
[ſuper terram]vt manifeſte cunctis appareant. Ecce prodigia [ Auferens bella ] in ad- Luc.2
uentu ſuo,vt conflarentur gladij in vomeres[vſq; ad finem terræ]id eſt,per totum mun
dum hoc fuit[arcum conteret]id eſt,inſidioſas & doloſas argumentationes[& confrin
get arma]id eſt,philoſophicas diſputationes,quibus armabantur philoſophi[& ſcuta]
id eſt,vanam defenſionem peccatorum[comburet igni]id eſt,cōſumet feruore ſpiritus
ſancti. Armis ergo diaboli & mundi deſtructis & combuſtis,hortatur vox dei. [Vaca-
te]id eſt,ſabbatum & requiem cordis celebrate[& videte]per contemplationem [ quo-
niam ego ſum deus]qui non videor niſi à mundo corde. Hinc manifeſte liquet, ꝙ con- Matt.5
B templationem & vacationem ad deum omnibus actionibus præponit [ exaltabor in gē
tibus]conuerſis[& exaltabor in terra]etiam altiſſimus apparebo coram terrenis homi-
nibus. Nos vero electi dicimus.[Dominus virtutum nobiſcum ſuſceptor noſter]ad glo
riam æternam[deus Iacob.

## ¶Pſalmi XLVI. Enarratio.

OMnes gentes]ad Chriſtum cōuerſæ[plaudite manibus].i.plauſum bonorū ope-
rum exhibete[iubilate deo in voce exultatiōis]id eſt,ineffabiliter gaudete,nō tan-
tum corde,ſed voce gratias deo agentes.[Quoniam dn̄s excelſus]qui humilis apparuit Phil.2
[terribilis]in cœlo,q irriſibilis fuit in cruce[rex magnus ſuper oīem terrā]cœleſtē,ter Iohan.13
reſtrem,& infernalem.[Subiecit populos nobis].i. motus malos carnis [ & gentes ] id
eſt,vicia[ſub pedibus noſtris]poſuit,vt ſcilicet ſub affectibus noſtris calcarētur.[Elegit
nobis hæreditatem ſuam]id eſt,nos elegit,vt in cœleſtibus æternā vitam hæreditemus Eph.1
& elegit[ſpeciem Iacob]id eſt,ſpecioſos qui legitime certant,vt coronentur[quem dile 1.Pet.3
xit]id eſt,talem diligit,qui pro amore eius tribulationem & tentationē pati non perti- 2.Tim.2
meſcit.[Aſcendit deus in iubilo]id eſt,ineffabili gaudio apoſtolorum admirantium[& Actu.1
dn̄s in voce tubæ]angelicæ manifeſte dicentis:viri galilæi,&c.vos ergo ad ipſum ſuſpi
rantes.[Pſallite deo noſtro]ſpiritu temperanter viuendo[pſallite] mente fortiter ſtan-
do[pſallite regi noſtro]iuſte iudicando[pſallite]vos bene & prudenter regendo. Et me
rito [Quoniam rex omnis terræ deus]qui aſcendit,& ideo[pſallite ſapienter]vt ſapien-
tes ſitis bene viuendo, & nihil de vobis ſentiendo, quia [ Regnabit deus ſuper gentes]
conuerſas & pſallentes ſapienter[deus ſedet ſuper ſedem ſanctam ſuam] id eſt, in pace
poſſidebit eccleſiam ſuam. [ Principes populorum cōgregati ſunt cum deo Abraham] Rom.4
id eſt, reges & tribuni venerūt ad fidem,per quam Abraham iuſtificatus eſt[quoniam Gene.15
dij fortes terræ]id eſt,apoſtoli per gratiam deificati[vehementer eleuati ſunt] id eſt,do
ctrina & miraculis glorificati.

## ¶Pſalmi XLVII. Enarratio.

MAgnus dominus]quia incōprehenſibilis[& laudabilis nimis]id eſt,vltra quàm
poteſt concipere humanus intellectus[in ciuitate dei noſtri]ædificanda & com-
E ij paginanda

paginanda,quæ eſt eccleſia [in monte ſancto eius]id eſt,in altitudine contemplationis C
Ephe.2 eius. [Fundatur] ſcilicet ciuitas[exultatione]vniuerſæ terræ collectis viuis lapidibus
de[vniuerſa terra]exultanter conuenientibus ad ædificationem illius, quæ eſt [ mons
Sion]quantum ad Iudæos collectos[latera aquilonis]quãtum ad gentes cõuerſas,quæ
prius adhærebant illi qui dixit,ponam ſedem meam ad aquilonem, ex his conſtruitur
Iſa.14. [ciuitas regis magni]id eſt,eccleſia.[Deus in domibus eius] id eſt, in diſtinctis ordini-
bus,ſcilicet virginibus,viduis,& coniugatis[cognoſcetur]per fidem[cũ ſuſcipiet eam]
ſanandam,tuendam,& liberandam.Et vere ſuſcipiet [ Quoniam ecce reges terræ con-
gregati ſunt]ad fidem[conuenerunt in vnum]lapidem angularem. [ Ipſi videntes] ſic
Actu.2 Prou.1 glorioſam ciuitatis inſtructionem [admirati ſunt]dicentes,quid faciemus? [commoti
ſunt]dẹ ſua perfidia[tremor apprehẽdit eos]quia initiũ ſapientiæ timor domini.[ Ibi]
id eſt,in illa conuerſione[dolores parturientis]id eſt,de præteritis criminibus parturien
tes nouũ hominem,& hoc[in ſpiritu vehementi] id eſt,per irruentem gratiam ſpiritus
ſancti[conteres naues tharſis]id eſt,humiliabis ſuperbos,q circunferũtur omni vento
Ephe.4 doctrinæ.[Sicut audiuimus]in prophetis[ſic vidimus]cõpleta in eccleſia,& hoc eſt [in
ciuitate dei noſtri]in qua habitat & regnat[deus fundauit eã in æternũ]manſurã.Quo-
modo hæc fiũt? [Suſcepimus deus miſericordiam tuã]id eſt,ſpiritũ ſanctum nobis mi
ſericorditer datũ,vel verbũ incarnatũ[in medio templi tui].i. in cõuentu credentiũ[ſe-
Phili.2 cundũ nomen tuũ deus]ſcilicet Ieſum,id eſt,ſicut eſt ſuper omne nomẽ[ſic & laus tua]
Matt.22 id eſt,gloria & fama nõis tui Ieſu[in fines terræ]cur ergo dicũtur pauci electi? cũ[ iuſti-
tia eſt plena dextera tua].i.magnus eſt numerus iuſtorũ ad dexterã tuam collocando-
Matt.25 runt.Vnde [Lętetur mõs Sion].i.ſancti in contemplatiua vita eminentes [& exultaue-
runt filiæ Iudæ ] id eſt, credentes factæ filiæ confeſſorũ confitentes & deferẽtes peccata
ſua[propter iudicia tua dñe]quia iuſtos ad cœlũ perducis & iniuſtos in infernũ detru-
Iohan,5 dis.Ergo vos filiꝫ Chriſti[Circũdate Sion].i.inuitate eccleſiam,veſtra admonitione,vt
circunſpecta ſit ad omnes inſidias[& cõplectimini eam ] complexibus veræ charitatis,
multi declinantes ab ea,citius meretrices amplectuntur,q̃ ſalutem ſuam, quæ cõſiſtit in
complexu vnitatis eccleſiæ[narrate]ea quæ prædicatis[in turribus eius]id eſt,in autho D
ritate apoſtolorum & aliorum ſanctorum,aliter poteritis cito errare. Et vt ita faciatis.
[Ponite corda veſtra in virtute eius]id eſt,in charitate, quæ eſt ſpecialis virtus ſaluãdo-
1.Ioh.3 rum:non diligentes lingua tantum,ſed opere & veritate,per quã ergo ſuſtinere poteſtis
Simoniaci taxantur, [& diſtribuite domos eius].i.officia eccleſiaſtica canonice diſpenſate. In iſtis præceptis
nunc multum videntur errare:deus dirigat eos[vt enarretis].i.enarrari faciatis[in pro-
genie altera]id eſt,in generatione ſubſequente.Quid?[ Quoniã hic]Chriſtus[eſt deus]
poteſtate[deus noſter]volũtate[in æternũ]id eſt,in præſenti tẽpore[& in ſeculũ ſeculi]
1.Cor.1 id eſt,in futuro[& ipſe reget nos]ne aberremus per diuerſa ſcelera[in ſecula] ſucceden
tia vſq; ad finem.

¶Pſalmi XLVIII. Enarratio.

AVdite hæc omnes gentes] ſcilicet, vt præſentia contemnatis, & intentionem ve-
ſtram erigatis ad æternitatem[auribus percipite]quæ habetis aures audiendi [ o-
Luc.8 mnes qui habitatis orbem ]id eſt,calcatis terrenos motus,ſcilicet ſuperbiæ , auaritiæ, &
gulæ ac luxuriæ.Et vos [ Quiq; terrigenæ] id eſt , qui terreni hominis portatis imagi-
nem[& filiꝫ hominum ]id eſt,qui portatis imaginem filiꝫ dei [ſimul in vnum ] id eſt,in
vnitatem fidei[diues & pauper]id eſt,amator mundi & contẽptor. [Os meum loque-
tur ſapientiam ]id eſt,pertinentia ad ſaporem bonæ vitæ[& meditatio cordis mei pru-
dentiam ]id eſt,ex meditatione mea docebo vos inſtituta morum & prudentiæ. [ Incli-
nabo in parabolam aurem meam]id eſt , humiliabo interiorem aurem ad audiendam
ſententiam,quam parabolice proferam [ aperiam in pſalterio propoſitionem meam]
id eſt,eam quã verbo proponam doctrinam, opere oſtẽdam. Deinde in perſona malo-
rum ait. [Cur timebo in die mala?]id eſt,in die iudiciꝫ, quando malis mala aduenſunt.
Et cauſam timoris ſupponit[iniquitas calcanei mei]id eſt, carnis [ circundabit me ] id
eſt , inuoluet me rota ſuæ concupiſcentiæ in qua labimur . Sed quos inuoluit? illos.
[Qui confidunt in virtute ſua ] id eſt,qui præſumunt de viribus [ in multitudine diui-
tiarum ſuarum gloriantur ] id eſt , quorum gloria diuitiæ ſunt temporales , non deus,
Iere.17 qui dat diuitias. [Frater] Chriſtus [ non redimit ]tales à tormento gehennæ [ redi-
met homo ] aliquis potens in quo confidunt. Hoc dicit ad illorum æſtimationem,
qui putant



A qui putant ſe ſatis ſecuros eſſe,ſi illum magnum dominum vel illum habeant protecto
rem & defenſorem:& ſic[non dabit deo placationem ſuam ]id eſt,non placat deũ,quia Pſal.50
non dat ſacrificium cordis contriti. [Et precium redẽptionis animæ ſuæ ]id eſt,eleemo
ſynas ad honorem dei nõ facit,quibus animã ſuam redimat[&]ideo laborabit in æter-
num ]id eſt,cruciatu inferni[& viuet adhuc in finem ]id eſt,ſemper viuet ad cõſumptio
nem, nunquam ad redemptionem.[Non videbit interitum,cum viderit ſapientes mo- Apoc.9
rientes]id eſt,non intelliget quid diſtet inter mortem ſapientis & inſipientis,nec intelli
git nunc[ꝙ ſimul inſipiens]id eſt,qui non intelligit mala præſentia quæ facit [ & ſtul-
tus]id eſt,qui quamuis intelligat,tamen ſibi non præuidet in futurum[peribunt] id eſt,
in infernum ibunt.[Et relinquent alienis]id eſt,his qui eis nihil proſunt[diuitias ſuas]
propter quas fecerunt mala [ & ſepulcra eorum domus illorum in æternum ] id eſt,pu- Diuitum
tant,ꝙ ſepulcra,quæ extruunt ad memoriã ſibi,ſint domus æternæ,quàmuis ipſi in domus ẽ
inferno maneant,quia ſepultus eſt diues in inferno.[ Tabernacula eorum in progenie infernus.
& progenie] & ſic adhuc hic aliqualis fructus vanitatis eorum,quia relinquent poſte- Lucæ.16
ris palatia in quibus temporaliter vixerunt,ſcilicet filiꝫs & nepotibus [ vocauerunt no-
mina ſua ] id eſt,vocari fecerunt [in terris ſuis] hoc faciunt hæredes qui ſe inebriant in Diuites
memoria eorum : ſed nec gutta peruenit ad linguam ardentis in inferno . In hac vani- attendãt.
tate miſeri gaudent,quia.[ Homo cum in honore eſſet]id eſt,ad imaginem dei creatus
[non intellexit]dignitatem ſuam,vt eam in ſe conſeruaret intactam , & ideo [ compa-
ratus eſt ] merito [iumentis inſipientibus]vẽtri,& genitalibus ſeruiens[& ſimilis factus
eſt illis] non leuando ad contemplationem dei cor ſuum. [ Hæc via] ſcilicet, lata quæ Matt.7
ducit ad mortem illorum diuitum eſt [ſcandalum ipſis]id eſt,cauſa perditionis,vel ſcã-
dalizantur, ſi quis hanc viam mundanæ vanitatis reprehendit [ & poſtea] id eſt, poſt-
quam ditati fuerint [in ore ſuo complacebunt]id eſt,ſolis labiꝫs deum honorabunt,cor
de eorum poſito in amore mundi.Et ideo [ Sicut oues] irrationabiliter viuentes [in in- Matt.15
B ferno poſiti ſunt] id eſt,ponuntur,quando mortui ſunt [ mors depaſcet eos ] ibi,id eſt, Iſa.29
ſemper erunt rediuiui ad pœnam ſicut herbę ad paſtum.[ Et dominabuntur eorum iu- Apoc.9
ſti in matutino]id eſt, in reſurrectione iudicabunt eos ſancti, qui hic nequiter domina-
bantur eis[& auxilium eorum veteraſcet]id eſt,annullabitur[in inferno ] auxilium di- Matt.19
co[à gloria eorum]quam hic habuerũt præſumptum,quia propter gloriam quam hic
diuites habent,putant ſe ab auxilio nunquam deficere,ita enim repleti ſunt diuitiꝫs ſe- Diuitiꝫs repleti,
culi,ꝙ vacui ſunt à timore dei. [ Verumtamen ] quamuis animas talium non redimat dei timore ſunt va
[deus redimet animam meam] illi ardenter hærentem non terrenis rebus , vt illorum cui.
animę[de manu inferi] id eſt,de poteſtate dæmonum[cum acceperit me]ad ſaluandũ.
Ergo quicunq; amator dei.[ Ne timueris ] te deo diſplicere [cum diues factus fuerit ho
mo]dilector mundi,id eſt,cum te videas laborare,& malos diuitiꝫs,& gloria ſeculi flo-
rere [& cum multiplicata fuerit gloria domus eius] in pompa & vanitate glorioſus ap-
paret. [ Quoniam cum interierit] id eſt,moritur[non ſumet omnia]id eſt, nihil ſecum
defert [neque deſcendet cum eo]ad gehennam[gloria domus eius]id eſt, honor quem
in domo ſua habuit.Et reddit cauſam de hac re. [Quia anima eius in vita ipſius] id eſt,
in hoc pręſenti tantum[benedicetur]id eſt,laudabitur[confitebitur tibi]id eſt, laudabit
te o deus[cum benefeceris ei]id eſt,cum proſpera dederis, quia in aduerſis blaſphemat:
deſpecta vero eſt confeſſio quam proſperitas facit,ſed illa eſt magni meriti quam non Iob.2
tollit vis doloris.[Introibit vſq; in progenies patrum ſuorum]& illuc quo proceſſit ma-
la progenies patrum, ſequitur mala progenies filiorum [ & vſq; in æternum non vide-
bit lumen ] id eſt, in ſempiternis tenebris erunt. Hoc dicit, ne diuites putent ſe alicubi
quàm in infernum mittendos . Et hoc ideo eis contingit,quia [ Homo cum in honore Matt.13
eſſet ] vt prius. Repetit hominis deformitatem , vt erubeſcat , & malus homo à malis
quieſcat.

¶Pſalmi XLIX. Enarratio.

DEus deorum]id eſt,deificator per gratiam[dominus]Ieſus Chriſtus[locutus eſt] Heb.1
per os proprium[& vocauit]per ſe & per ſanctos [ terrã] id eſt,auaros & terrenis
inhærentes. [ A ſolis ortu vſq; ad occaſum ] id eſt,ab his qui incipiunt illuminari & be-
ne agere,vſq; ad illos à quibus recedit ſol iuſtitiæ, & moriuntur in peccato ſuo , ſed [ ex Phil.3
Sion]id eſt,ex perfectis & ſpeculantibus ſuperna commendatur[ſpecies decoris]id eſt,
E iij virtutum

Lucæ.21 virtutum quas operatur in ſanctis,& facit eos decoros.[Deus manifeſte veniet] ad iudi
Matt.25 candum,qui occulte venit iudicari[deus noſter]veniens[& non ſilebit] à vindicta ma- C
lorum.[ Ignis] materialis & malæ conſciẽtiæ[in conſpectu eius]id eſt,cum conſpiciẽt
Luc.3 Matt.3 iudicantẽ [exardeſcet] in impijs. Timeat ergo palea ſe arſuram[& in circuitu eius ] id
eſt,ſanctis & in angelis [tempeſtas valida ] id eſt,ſententia irruens & ventilans repro-
bos igni deputandos.[Aduocauit cœlum deſurſum]id eſt,omnes perfectos ſecum iu-
dicaturos deſurſum ſeſſuros[&]aduocabit [terrã]id eſt,omnes iudicandos [diſcernere
populum ſuum]id eſt,vt diſcernat cum illo cœlum , electos & reprobos. Cœlum dicit
Matt. 24 eos qui iudicabunt , terram illos qui iudicabuntur . Apoſtrophe ad angelos. [ Con-
gregate illi ſanctos eius ] id eſt, illos qui iudicaturi cum illo ſunt [ qui ] nunc [ ordi-
nant teſtamentum eius] id eſt,euangelica præcepta[ſuper ſacrificia ] tribulationum &
contritorum cordium.[ Et annuntiabunt cœli]id eſt,ſancti [iuſtitiam eius]ſua glorifi
catione quanta eis retribuerit deus ſecundum meritum ſuum[quoniam deus iudex eſt]
Pſal.61 Rom.2 reddens vnicuiq; ſecundum opus ſuum.[Audi popule meus]qui me colis[& loquar]o
Matt.16 [Iſrael]id eſt,Chriſtiane[teſtificabor tibi],id eſt,teſtimonijs prophetarum comprobo
[deus]omniũ[deus tuus ego ſum]quod etiã inde patet.Quia [ Non in ſacrificijs]carna
libus,& ſi non impleantur[arguam te]vltra[holocauſta autem tua]quæ maioris erant
virtutis[in conſpectu meo]ſemper,id eſt,putas ꝙ mihi ſemper ſunt placita.[Non acci-
Vituli. piam de domo tua vitulos]vltra,id eſt,laſciuos & indomitos iuuenes[neq; de gregibus
Hirci tuis] accipiam [ hircos ] id eſt, fœtentes in peccatis . [ Quoniam meæ ſunt omnes fe-
Feræ ſyluatum ræ ſyluarum] id eſt, hi qui carnalibus deſiderijs hominum non acquieſcunt: ſicut nec
feræ cum hominibus manere [ iumenta in montibus ] id eſt , humiles & deſpicabiles
Boues huic mundo , in altitudine tamen contemplationis eleuati [ & boues ] id eſt , fideles
continue in labore exiſtentes & diuina præcepta ruminantes . [ Cognoui omnia vo-
Phil.3 latilia cœli ] id eſt , approbo omnes quorum conuerſatio in cœlis eſt , non in terrenis
[ & pulcritudo agri ] id eſt , tota virtus electorum qui ſunt pulcritudo mundi [mecum
eſt ] id eſt , in bonis meis conuerſatur. [ Si eſuriero ] quod nunquam fit corporaliter
[ non dicam tibi] vt me ſaties [meus eſt enim orbis terræ] id eſt,eccleſia [ & plenitudo D
Ezech.18 eius]id eſt,omnes in ea iuſti. [ Nunquid]ergo [manducabo carnes taurorum? ] id eſt,
nunquid delectabor in carnalibus vicijs tyrannorum crudelium? [aut ſanguinem hir-
corum potabo?]id eſt,mortuos in culpis ſuis mihi incorporabo?Iſta quæ proponis odi
ui,ideo ſi me vis placare.[Immola deo ſacrificium laudis] ſpecioſæ , ſcilicet vt iuſte vi-
uas [& redde altiſſimo vota tua ] id eſt , teipſum ſicut vouiſti in baptiſmo . [ Et inuoca
me] perfecte orando [ in die tribulationis]id eſt,tentationis [eruam te] de perplexita-
tibus huius vitæ [ & honorificabis me ] reddendo gratias de tua liberatione . Hæc di-
xit deus populo ſuo , ſed [ Peccatori autem dixit deus : quare ] id eſt, quo auſu , qua
Prædicator verbi dei attendat. fronte [ tu enarras iuſticias meas]id eſt, præcepta iuſtificantia : hoc contra prædican-
tem dicitur & non agentem : prohibet ne lingua præſumat laudare, cui obuiat praua
conſcientia[& aſſumis teſtamentum meum]vetus & nouum[per os tuum?]indignum
quaſi diceret : nec ſancta verba os pollutum præſumat docere , & ſi legere . [ Tu vero
odiſti diſciplinam] id eſt,correctionem [& proieciſti ] id eſt, poſtpoſuiſti [ ſermones
meos retrorſum?] vt non reſpiceres eos . [ Si videbas furem ] animam ſuam à deo fu-
rantem & dantem diabolo [ currebas cum eo ] conſentiens illi in peccato [ & cum a-
dulteris ] adulterando [ portionem tuam ponebas ] id eſt,gaudebas cum illis ſociari.
[ Os tuum abundauit malitia ] id eſt , conuicijs & blaſphemijs [ & lingua tua concin-
nabat dolos ] aliud cogitando , aliud dicendo . [ Sedens ] cum mora [ aduerſus fra-
trem tuum loquebaris ] detrahendo , nociua & pernicioſa loquendo [ & aduerſum
filium matris tuæ ] id eſt,in communione eccleſiæ [ ponebas ſcandalum ] id eſt,opera-
tus es vnde ſcandalum orietur infirmis [ hæc ] mala [ feciſti & tacui ] à vindicta.[Exi-
ſtimaſti inique ꝙ ero tui ſimilis] id eſt,conſentiens malitiæ:quod videretur ſi nollẽ pu-
nire delicta , ſed non ſum [ quia arguam te ] puniendo [ & ſtatuam contra faciem tu-
1.Theſ.5 am ] fœditatem quam feciſti , vt eam videas , & non ad correctionem , ſed ad confu-
ſionem.[Intelligite hæc ] ꝙ mali ita arguentur,qui nunc dormiunt & quaſi ſecuri ſibi
apparent[qui obliuiſcimini deum]id eſt,qui eum poſt dorſum ponitis & voluptates ve
ſtras amatis[nequando rapiat]vos ad gehennam[& non ſit qui eripiat] quia illo rapi-
ente ne-



A ente nemo eripere poteſt . Et vt ſummam meæ intentionis aperiam. [ Sacrificium lau-
dis]à iuſto oblatæ[honorificabit me & illic iter]ſcilicet in ſacrificio laudis quo oſten-
dam illi[ſalutare dei]id eſt,ſalutare ſuum.

## ¶Pſalmi L. Enarratio.

MIſerere mei deus] quia in confeſſione criminum nullam excuſationem prętendo
[ſecũdum magnam miſericordiam tuam.]Nam magna iniquitas magna indi
get miſericordia. Hic eſt pſalmus Dauid,quando intrauit ad Bethſabe. Non ſit delecta- 2.Reg.11
tio minorũ,lapſus maiorũ:ſed tremor eorũ:nec cadendi exemplum propoſitum eſt,ſed
ſi cecideris,reſurgendi.[Et ſecundum multitudinem miſerationum tuarum ] id eſt, ſe-
cundum ꝙ multiplices ſunt effectus miſericordiæ tuæ:& multiplex peccatum,multipli
cem exigit medicinam[dele iniquitatem meam]adulterij,homicidij,& fraudis.[ Am-
plius laua me ab iniquitate mea] quàm rogare ſufficio[& à peccato meo munda me] id
eſt,ita laua vt plene mundes me à peccato,priuſquam tranſeam de hoc mundo. Et vere
miſereberis mei.[Quoniam iniquitatem meam ego cognoſco] id eſt , me facio locum
miſericordię tuę,agnoſcens reatum meum,non intueor alios oblitus mei [& peccatum
meum contra me eſt ſemper]id eſt,contrarium mihi,vel coram mę ad lugendum,ſem- Iſa.43
per non ad horam,vt faciunt recidiuantes. [ Tibi ſoli peccaui]id eſt,tibi qui ſolus pecca
ta dimittis,& ad te ſolum pertinet iudicium de peccato[& malum coram te feci]vt peſ- Iſa.55
ſimus ſeruus non reueritus offendere faciem domini ſui. Et fateor hoc[vt iuſtificeris]id
eſt,iuſtus inueniaris [in ſermonibus tuis]quibus pœnitentibus veniam ſpondes[& vin
cas]detractores meos [ cum iudicaris ] ab his , qui dicunt , ꝙ irremediabiliter deſerui-
ſti me , propter peccatum meum . [ Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum ] ſcili-
cet originalibus , trahitur enim iniquitas ex Adam [ & in peccato concepit me mater
mea]id eſt,in delectationibus carnis vicioſa fuit generatio mea,originem peccati con- Rom.5
ſiderauit.[Ecce enim veritatem dilexiſti] vt reus ſe accuſat [ incerta & occulta ſapien-
tiæ tuæ] id eſt,myſterium verbi incarnati Iudæis incertum & occultum [ manifeſtaſti
mihi] ſpiritu prophetico.[Aſperges me domine hyſopo]id eſt,humili pœnitentia,radi Pſal.132
B ce charitatis fixa[& mundabor]à lepra peccati mei[lauabis me]tali aſperſiõe [ & ſuper Ephe.3
niuem dealbabor]]id eſt,ſuper omne corporeum quod mundius inueniri poteſt. [Au-
ditui meo]interiori quo audio inſpirationem tuam[dabis gaudium & lætitiam ] vt re-
miſſo peccato gaudeam ad vocem ſponſi [& exultabunt oſſa humiliata] id eſt, virtutes Cant.2
humiliatæ per peccatum , iterum gaudium ſuum aſſument per pœnitentiam . Et vt ita Ezech.18 Iſa.1
ſit. [ Auerte faciem tuam à peccatis meis],id eſt,da illa obliuioni, vt non videas ampli- Pſal.31
us ad puniendum [& omnes iniquitates meas]quas in te & in proximum commiſi[de-
le] plene .[ Cor mundum crea in me deus]quod pollutum erat in ſuperbia & libidine
huius vitæ [ & ſpiritum rectum innoua in viſceribus meis ] id eſt , in interiori homine
meo,qui inueteratus erat.[ Ne proijcias me à facie tua ] id eſt,à beneuolentia tua [& ſpi-
ritum ſanctum tuum] per pœnitentiam recuperatum[ne auferas à me]vltra,id eſt,non
committam vltra aliquid per quod auferatur,ſed potius. [ Redde mihi lætitiam ſaluta-
ris tui]id eſt,Chriſti,quam prius habui [& ſpiritu principali]id eſt,per te patrem [con-
firma me]in hac lætitia,vt nihil venenatæ delectationis carnalis mihi libeat . Quo fru-
ctu?[ Docebo iniquos vias tuas]id eſt,miſericordiam & iudicium [ & impij ad te con- Pſal.100
uertẽtur]meo exemplo & ſermone.[ Libera me de ſanguinibus]id eſt,de peccatis quæ 1.Tim.1
contrahuntur ex calore carnis & ſanguinis [deus deus ſalutis meæ ] creator & refor-
mator[& exultabit lingua mea] id eſt, exultando narrabit[iuſticiam tuam] quomodo
iuſtificas impium . [Domine labia mea aperies]quæ clauſa & muta erant per iniuſtici-
am [& os meum annunciabit laudem tuam]& ſic erit ſpecioſa laus in ore meo. [ Quo- Eccle.15
niam ſi voluiſſes ſacrificium]pecorum[dediſſem vtiq; ] ſed tu [ holocauſtis ] in quibus
crematur caro aliena [ non delectaberis] id eſt,non placaberis.Quomodo ergo te pla-
care poſſum ſcio, quia [ Sacrificium deo ] gratum [ ſpiritus contribulatus]in quo cre Roma.12
matur carnalis affectus[cor contritum] de ſuo peccato[& humiliatum]ſui cognitione
[ deus non deſpicies ] quia vero ſacrificio contriti cordis placaris . [ Benigne fac do-
mine ] id eſt , miſerere [ in bona voluntate tua ] id eſt,per gratiam tuam [Sion] id eſt, 2.Cor.5
eccleſiæ per ſpem ambulãtis,& non per ſpeciẽ[vt ædificẽtur muri Ieruſalẽ]id eſt, muni
mẽta virtutũ,vel vt reſtaurentur ruinæ Ieruſalẽ,id eſt,ſupernæ ciuitatis.[Tunc accepta- Gala.4
bis]id

bis]id eſt,gratum habebis[ſacrificium iuſtitiæ]per fidem oſtenſæ[oblationes ] quibus
Roma.12 quiſq; ſeipſum offerat[& holocauſta ] in quibus quis ſe totum deo incendit per ignem C
amoris[tunc imponent]id eſt,offerent [ ſuper altare tuum] ſupremum in cœlo [ vitu-
Oſeæ. 14 los]labiorum,id eſt,hoſtiam laudis æternæ. Vel [vitulos]id eſt,iuſtos qui in ſuperna ci-
Heb.13 uitate conſtituti Chriſtum laudabunt ſine fine.

¶Pſami LI. Enarratio.

QVid gloriaris in malitia]quaſi fruſtra in hac gloriaris, ex qua non ſequitur niſi
miſeria [qui potens es in iniquitate?]cum poſſe malum non ſit poſſe , ſed magis
non poſſe:quia eo es impotentior,quo in malitia potētior,cum tale poſſe ducat ad non
Malorũ poſſe,imo à domino eſſe:ideo ille ſolus omnipotens eſt qui hoc non poteſt , quia omnia
gloriatio poteſt quæ poſſe eſt aliquid poſſe.Sed ecce in quo gloriaris. [Tota die] id eſt, continue
vana. [iniuſtitiam cogitauit lingua tua ] id eſt, pro bono reddere malum [ſicut nouacula acu
Rom.12 ta] quæ dum promittit innouationem , incidit [feciſti dolum ] ita dum promittis auxi
lium ſuggerendo iniqua decipis proximum tuum. Recte nouacula acuta diabolus eſt,
Diabolꝰ qui dum ſuadet ſuauitatem & pulchritudinem,ingerit mortem animæ.[Dilexiſti mali
nouacula tiam ] id eſt, perſeuerare pertinaciter in peccato tuo [ ſuper benignitatem ] id eſt, ma-
acuta di- gis quàm miſereri animæ tuæ placens deo , & ignem bonum amoris dei habere,& di-
citur. lexiſti [ iniquitatem magis quàm loqui æquitatem ] id eſt,iniuſtum iudicium præpoſui
Eccle.30 ſti & iniuſtum feciſti.[Dilexiſti omnia verba præcipitationis]id eſt, verba præcipitan-
Luc.12 tia,non erigentia [lingua doloſa] illa proferens, quia vnum dixiſti & contrarium illius
cogitaſti. [Propterea ] id eſt, propter hæc mala [deus deſtruet te in finem ] quamuis
nunc differat[& euellet te]id eſt,exulem te faciet à conſortio bonorum[et emigrabit te]
id eſt,te emigrare faciet[de tabernaculo]id eſt,de carne tua,in qua diabolo militas [ &
radicem tuam]qua te radicatum putabas euellet[de terra viuentium] in qua viuunt ſo-
1.Cor.10 li iuſti . [ Videbunt iuſti] id eſt , nouiſſima ſua intelligent [ & timebunt]ſtantes ne ca-
dant [ ſuper eum ridebunt]id eſt,gaudebunt ſe eſſe illi diſſimiles [& dicent ecce homo]
peccator & miſer,aliter nunc eſt cum illo quàm putauit florens in mundo [qui non po-
ſuit deum adiutorem ſuum] ideo nunc multos habet raptores & nullum adiutorem. D
Iere.17 [Sed ſperauit in multitudine diuitiarum ſuarum] quæ amatores ſuos deuorant,non ſal
uant [& præualuit] cæteris[in vanitate ſua] id eſt,in affluentia temporali. [Ego autem
non euellendus [ſicut oliua fructifera] pinguedine charitatis [ in domo dei ] id eſt, in
eccleſia conſiſtens [in miſericordia dei ſperaui]non in multitudine diuitiarum [in æter
num & in ſeculum ſeculi] id eſt, in præſenti, & in futuro, ſpero per eius miſericordiam
à conformitate malorum liberari, vt hic non conformer illis in culpa, nec ibi in pœna,
& tanta beneficia recolens.[ Confitebor tibi in ſeculum] id eſt,laudabo te[quia feciſti]
me oliuam fructiferam oleum amoris & pietatis manantem, non ſterilem ſalicem [ &
expectabo nomen tuum]id eſt,per te expecto deificari in gloria[quoniam bonum eſt]
Pſal.33 id eſt,vtile conſilium non malitioſis & vanis,ſed[in conſpectu]id eſt,in intellectu[ſan-
ctorum tuorum]qui ſoli guſtantes ſentiunt,quoniam ſuauis eſt dominus.

¶Pſalmi LII. Enarratio.

DIxit inſipiens in corde ſuo: non eſt deus].Quanto quis amplius accedit ad deum
Deus a ſi & ei ardentiore amore adhæret , tanto deus ei maior videtur . Sicut eſt de re quæ
bi adhæ- à remotis videtur , quanto ei appropinquas , tanto maior tibi apparet. Vnde homines
rentibus virtuoſi accedentes ad altum cordis intellectum,deum inueniũt mirabiliter exaltatum.
magnus Homines autem vanitatibus dediti & carnalibus ſordibus inuoluti,tam longe à deo di-
videtur. ſtant,ꝙ de illo parum vel nihil vident:vnde et ipſum quaſi non eſſe putant,quos hic pro
pheta inſipientes vocat,& dicit:Dixit inſipiens, id eſt, nullum de deo ſaporem habens,
in corde ſuo,vbi nec hominem timet nec deum reueretur,quem neſcit,dum ait[non eſt
Eccls.8 deus ] & ideo mala inceſſanter perpetrat,quia ſcelerum ſuorum vltorem non formidat
vnde ſubdit .[ Corrupti ſunt]in peruerſis voluptatibus [& abominabiles facti ſunt in
iniquitatibus ſuis] id eſt,in voluptatibus & malis operibus [non eſt qui faciat bonum]
deo acceptum,quia non agunt quicquam boni, ſine admixtione mali, & ſic nunquam
Iſa.55 deo placent,quia ſemper in ſuis peccatis perdurant,verumtamen ſæpe ad pœnitentiam
Mich.7 vocantur,quia [Deus de cœlo proſpexit ]miſericorditer[ſuper filios hominum ] oſten-
dens ſe paratum recipere redeuntes [ vt videat ſi eſt intelligens , aut requirens deum ]
Primo



A Primo enim oportet intelligere deum , quem debent requirere,& ſic per longum exerci Per lōgũ
tium in quærendo ad eius cognitionem & amorem poſſunt peruenire , ſed non intelli- exercitiũ
gunt nec requirunt.Nam [Omnes declinauerunt]à via iuſtitiæ & veritatis,euntes poſt inquirēdi
concupiſcentias ſuas [ſimul ] id eſt,quaſi vno conſenſu [ inutiles facti ſunt] proximis deũ ad e-
ſuis , quia quos adiuuare , ducere,& adducere,tenentur,magis in peiores errores præci ius cogni
pitant, & peruerſis exemplis ſcandalizant [non eſt qui faciat bonum] inter omnes ſe- tionē per
ctas mundi [ non eſt vſque ad vnum]id eſt,non eſt aliquis bonum faciens, donec per- ueniem.
ueniatur ad vnitatem fidei & charitatis,omnes alij malum faciunt.Quibus timorem in- Eccle.18
cutere conatur,dicens. [Nónne ſcient ] ſcilicet, ꝙ male egerunt, & charitatem dei & 1.Cor.13
proximi non habuerunt:ſcient vero in iudicio dei,quando luent omnia quæ fecerunt in Charitas
ſuperbia ſeculi [omnes qui ] nunc quaſi intrepide [operantur iniquitatem?] id eſt,con- malũ nō
tinue mala perpetrant,& pœnitere non curant,& ſi ad tempus pœnitere vidētur,tamen operatur.
non ſunt vere pœnitentes,ſed deum irridentes,& ſeipſos decipientes , quia cito poſt re- 2.Pet.2
deunt ad priora mala [qui deuorant plebem meam]id eſt,tēporalia bona quibus plebs
dei ſuſtentaretur , & nullum eis commodum nec animæ nec corpori reddunt . Et ple- Deuoran
bem deuorant,quia illam ſuis prauis perditiſq; moribus diabolo deuorãdam tradunt, tes plebē
dum illorum facta plebs decepta imitatur[vt cibum panis]id eſt,iugiter ſicut panē quo qui ſint.
tidie manducant. [ Deum non inuocauerunt]vere,quia & ſi labijs deum glorificant, ta Matt.15
men cor eorum longe eſt ab eo,& quia non inuocant deum qui eſt ſecuritas inuocanti- Iſa.29
bus eum,ideo inordinate viuentes[illic trepidauerunt timore]dolentes & timentes , ne
pauperes & deſpecti fierent, ſi deum & veritatem amarent[vbi non fuit timor]quia ma
gis econtra timere deberent,ne ſcilicet deum offenderent, qui mittet eos ſic male timen- Luc.12
tes in gehennam ignis. Mala huius mundi non ſunt timenda , nec bona illius cupien-
da,ſed timendus eſt deus,qui bona cui velit dat,& mala infert ſecũdum iuditium ſuum.
Bona vero cœli deſideranda ſunt,quæ fallere non poſſunt: & illa profecto deus libentius
confert filijs,quàm bona mundi iniquis.[ Quoniam dominus]tandem [ diſſipabit oſſa
eorum] id eſt, omne robur & decorem gaudij temporalis annihilabit [ qui hominibus
B placent]& qui terrenis poteſtatibus non ſibi placere ſtudent, quibus tamen nunc blan-
dus & confortans apparet,ſed in hac blanditia ſeducũtur, per prata florida ducuntur ad Matt.7
ſuſpendium:per gloriam mundi vadunt ad infernum,& tunc vere[confuſi ſunt]amiſſo Sap.2
regno quod dilexerunt[quoniam deus ſpreuit eos ]id eſt,omni ſpe recuperandæ ſalutis
priuauit,hoc in morte facit illis , nam in vita iſta glorificauit illos , & quia ingrati fue-
runt ei,dum moriuntur omni bono præſenti & futuro priuantur.Iſti deuiant & ſpernun Matt.25
tur , ſed [ Quis ]niſi ego Chriſtus qui ſum ſaluator iuſtorum & damnator malorum Iacob.1
[dabit ex Sion ] id eſt, ex ſupernis , quia omne donum perfectum deſurſum eſt deſcen-
dens à patre luminum [ ſalutare Iſrael?] id eſt , ſalutem æternam omni videnti me per Gala.5
fidem operibus bonis ornatam.Nam[cum auerterit dominus captiuitatem plebis ſuæ] Roma.7
id eſt, cum ab omni corruptione mentis & corporis , quæ peſſima captiuitas eſt , li-
bera fuerit plebs eius , per glorioſam reſurrectionem, quod erit in iudicio,tunc [ ex- Apoc.2
ultabit Iacob ] id eſt,illi qui nunc laborant ſtrenue in actiua vita, & viriliter decer- Iaco.1
tant contra vicia [ & lætabitur Iſrael ]id eſt , omnes illi qui nunc in contemplatiuam
vitam exeunt, & in deum mentis aciem iam purgatam à ſordibus erigentes , in eius
amore ſuauiter & inſuperabiliter inardeſcunt.

¶Pſalmi LIII. Enar-
ratio.

DEVS in nomine tuo ] id eſt , in memoria nominis tui IESV iugiter exiſten-
tem , cuius gloriam quæro , non meam [ ſaluum me fac ] à conformitate ma- Iohan.8
lorum , & in præſenti & in futuro [ & in virtute tua ] mihi à te collata , ideo tuam Gala.1
virtutem voco non meam[iudica me ] id eſt , diſcerne me à reprobis, qui magis ſu-
am gloriam , quàm tuam quærunt , & in hoc mundo florere cupiunt non apud te.
[Deus exaudi orationem meam ] iam corde conceptam [ auribus ] id eſt , præſen-
tia tuæ maieſtatis [percipe ] id eſt,ad effectum cape[verba oris mei]id eſt,eandem ora-
tionem verbis prolatã.[Quoniam alieni]à tua dilectione & beatitudine, ſua ſolũmodo Phi.2
quærentes

quærentes[inſurrexerunt aduerſum me]id eſt,vt me deprimerent,& ad terrena deſide- C
ria calcarent[& fortes]id eſt,dæmones de ſuis viribus confidentes [quæſierũt animam
meam] auferre ab amore cœleſtium,& ſibi conformare, immundiciæ voluptatem [&
non propoſuerunt deum ante conſpectum ſuum ] id eſt, dei timorem non habuerunt,
qui punit tribulantes ſponſam ſuam:vel non intellexerunt deum adiutorem mihi. Et
Eſther.13 cum ita eſt,quia [ Ecce enim deus]cui nemo reſiſtere poteſt [ adiuuat me ] contra alie-
nos [& dominus ſuſceptor eſt animæ meæ] contra fortes,vt fortes ſuperem , & alienos
euadam.[ Auerte] à me[mala inimicis meis]nocitura , quia ipſi qui me perſequuntur
2.Tim.4 occidentur in inferno,& ego ſaluabor,& ſi ad tempus videor pati[& in veritate tua ] id
eſt, ſecundum ꝙ verus & iuſtus es iudex [diſperde illos] id eſt, in tormento ignis æter-
ni conteres eos. Et illis contritis & deletis,vt amplius non perturbent ſeruos tuos. [ Vo-
luntarie ſacrificabo tibi]id eſt,in tota voluntate,& corde meo meipſum tibi offeram in
cœleſti regno conſtitutum ad amandum & benedicendum[&]tunc [confitebor nomi
ni tuo]id eſt,laudabo nomen tuum Ieſum ſine fine [quoniam bonum eſt ] in ſe,& mihi
vtile & ſuaue,in quo me ſaluaſti. [ Quoniam ex omni tribulatione ] corporis & animæ
[eripuiſti me]vt nulla mihi præualeret,& iam nullam ſentiam,cum æterna beatitudine
perfruar cum tranquillitate[&]ſic[ſuper inimicos meos]ſuperatos & confuſos[deſpe-
1.Cor.15 xit]id eſt,deſpectos aſpexit [oculus meus]immortalis,quia reſurgens caro mea iterum
non morietur,nec patietur.

## ¶Pſalmi LIIII. Enarratio.

Iohã.17 EXaudi deus orationem meam] qua oro : pater clarifica filium tuum. Loquitur hic
Phi.2 Chriſtus[& ne deſpexeris deprecationem meam]propter humilitatem ſeruilis for
Lucæ.19 mæ [intende mihi & exaudi me]id eſt,intenſum te præbe infirmitati carnis meæ ,quia
[Contriſtatus ſum ]id eſt,lugens ꝑ obſtinatione hominũ [ in exercitatiõe mea ] id eſt,
cũ me exercerẽ in conuertendis inimicis meis ,& cũ non cõuerterẽtur[cõturbatus ſum
à voce inimici]id eſt,inquietatus ab obiectione opprobriorum ab inimico[& à tribula-
Iohan.8 tione peccatoris]qua peccator me tribulare gaudebat & impugnare. [Quoniam decli- D
Ioh.10 nauerunt in me iniquitates]quaſi de vaſe in vas,ea quæ de eis dici poterant,in me retor-
ſerunt dicentes:Dæmonium habes [& in ira]ſcilicet ſuam amittendi potentiam [ mo-
leſti erant mihi]cum ego non venerim aliena bona auferre , ſed mea largiri. [Cor me-
um conturbatum eſt in me]ſecundum ꝙ homo ſum [& formido mortis] id eſt,ſepara
tio animæ à corpore [cecidit ſuper me] dum laborarem alios ad vitam reducere. [ Ti-
mor] in mente[& tremor] in carne[venerunt ſuper me]id eſt, ſuper infirmitatem me-
am,quia ratio ſemper fortis & inuincibilis permãſit [& contexerunt me tenebræ]id eſt,
Iohan.11 iniqui peccatores corde & opere tenebroſi circundederunt me , aſpirantes ad mortem
meam. [ Et dixi] ſcilicet hoc in corde meo,cũ moleſtias & tenebras paterer,& non pro
Quaten- ficerem [quis dabit mihi pennas]id eſt,auolatus à moleſtijs inutilibus. Sed tamen [ ſi-
fugiendi cut columbæ ? ] id eſt,vt dilectionem non amitterem,ſic enim fugiendi ſunt mali,vt eo
mali. rum conuerſatio praua odiatur,ne nos contaminet,non ipſi [& volabo] à reprobis qui
incorrigibiles ſunt [ & requieſcam]in humilibus & obedientibus mandatis meis.Et fa
Pſal.118 ctum eſt quod diſpoſui , quia [ Ecce elongaui ] quia longe à peccatoribus ſalus [ fugi-
2.Cor.6 ens] ab his qui gratiam meam in vanum recipiunt,quia ad fructum bonę vitæ non per
ducunt [& manſi in ſolitudine ]id eſt,in his qui pro me ſolitudinem appetunt. Sed ne
videar ſtatum meum ſuperexaltare , quia ſolitarius ſum qui hanc breuem expoſitio-
nem compilaui , ſolitudinem mentis magis debetis intelligere quàm corporis. Solitu-
Solitudo dinem mentis voco , qua homo deſerit tumultuoſam cupiditatem & vanitatem iſtius
mentis mundi, & turbam malarum ac vanarum cogitationum ,cum omnibus ſecularibus ne-
quæ ſit. gotijs perfecte relinquit, & ſe leuat in contemplationem dei & cœleſtium gaudiorum:
2.Tim.2 vt quàmuis inter homines moretur,longe tamen à vita eorũ diſtet. Hanc ſolitudinem
Phil.3 magis laudo,quàm ſi quis in eremũ fugeret,& ibi cum radicibus & aqua viuere poſſet.
[Expectabam eum ] id eſt, patienter ſuſtinui deum adiutorem & remuneratorem: hic
docet vitam,eorũ qui hanc ſolitudinẽ amant[qui ſaluũ me fecit à puſillanimitate ſpiri-
tus]id eſt,in tanta gratia me cõſtituit,vt ſemper eſſem feruens ad laborẽ vtilẽ pro amore
eius,& nunq̃ puſillanimis per ocioſitatẽ[& tẽpeſtate],i,à cõmotione ne desererẽ propo-
ſitum



A ſitum meum,ſummam virtutem oſtendi & feruorem cum diſcretione in eis eſſe debere,
qui in ſolitudine cupiunt perſeuerare,alioquin faciliter poſſunt falli.Diuerſę enim ſunt Quales
tentationes,& quaſi infinitæ inſidiæ inimicorũ,quos cũ miniſtris ſuis reprobis.[Preci- debẽt eẽ q
pita dñe]id eſt,ſubmerge ſicut ſubmerſi ſunt increduli,qui extra arcam perierunt[& di- ſolitari ei
uide linguas eorum]doloſas quæ plenæ ſunt adulationibus & detractionibus:ſicut diui ſe volũt.
ſæ ſunt linguæ in ædificatione ſuperbæ turris[quoniam vidi iniquitatẽ ] in operibus & Gene.7
contradictionem in linguis contra veritatem[in ciuitate]quæ legibus æquitatis guber- Gene.11
nari debuerat.[Die ac nocte]id eſt,aſſidue[circũdabit eam ſuper muros eius iniquitas]
ſcilicet prælatorum & principum , qui deberent alios munire , & eccleſiam ab inimicis
defendere[& labor in medio eius]id eſt,cupiditas omnibus ineſt ad ſubuertendum iu-
dicium iuſtum pro muneribus[&]ex hoc ſequitur[iniuſtitia]in plebe quæ mores ma- Pſal.25
iorum ſuorum imitatur.[Et non defecit de plateis eius]id eſt,de ciuibus & delicatis qui Iſa.1
ſunt in lata via mortis[vſura]in nummis,vel quia maiorẽ exigunt vindictam , q̃ culpa Matt.7
fuerit[& dolus]vbi aliud agitur aliud ſimulatur.[Quoniã ſi inimicus meus]manifeſtus
non doloſe exercens inimicitias,ſed aperte[maledixiſſet mihi]id eſt,maledictum præ- Eccle.12
paraſſet[ſuſtinuiſſem vtiq;]id eſt,tolerabilius mihi fuiſſet. [Et ſi is q oderat me] aperto
odio,id eſt,mihi non cõmunicabat[ſuper me magna locutus fuiſſet]id eſt, me defamaſ
ſet,vel iudicibus inſinuaſſet[abſcõdiſſem me forſitan ab eo] id eſt , conuerſationẽ meã
potui ei abſcondere.Inuectionem hic facit contra proditores dominorũ ſuorum,& prę
cipue contra Iudam,ſed [ Tu vero homo vnanimis],i.mecũ quadam ſimulatione con
ſentiens[dux meus]quẽ prę miſi ad locũ quo iturus erã:tranſit de genere ad ſpeciem[&
notus meus]cui deitatem meã indicauerã.[Qui ſimul mecũ]cohabitans [ dulces capie- Luc.16
bas cibos]id eſt,dulcia dei eloquia,quæ ſunt cibus animæ.Nihil enim dulcius q̃ reſpice
re in mandatis dei[in domo dei]id eſt,in templo & in eccleſia[ambulauimus cum con
ſenſu]vt videbatur, quãuis dolos interius cogitares.Redit de ſpecie ad genus. [Veniat Apoc.21
mors]prima & ſecunda[ſuper illos] prælatos Iudæ imitatores [& deſcẽdant] ſequaces
illorum[in infernum]dãnatorum[viuentes]id eſt,perſeuerantes in malitia ſcienter. Deut.12
Vel[veniat]illis quod de Dathan & Abyron legitur.Et merito[Quoniam nequitiæ]er-
B ga proximum[in habitaculis eorum]id eſt,in corporibus ſuis,in q̄bus dæmonibus ſer
uiunt,& hoc[in medio eorũ],i.cõmuniter in oĩbus,non paucis.[Ego autẽ ad dñm cla-
maui]clamore cordis amantis,& boni operis & iuſtitiæ[&]ſic[dñs ſaluabit me] à pec-
cato in præſenti,& à pœna in futuro.[Veſpere]quãdo Chriſtus traditus erat[& mane]
quãdo ſurrexit[& meridie] quãdo crucifixus eſt & aſcẽdit [narrabo]ad confortationẽ
aliorũ,vt iſta meditẽtur[annuntiabo]quid talis meditatio conferat,q̄a[&]in hac[exau
diet vocem meã]id eſt,deſiderium meũ dabit.Nam [Redimet]à poteſtate diaboli,vt ſit
[in pace]id eſt,in tranquillitate ſpirituali[animã meã]quæ timuit impugnationis bel-
lum,& redimet[ab his qui appropinquãt mihi] ad inferendã anguſtiã mortis[quoniã
inter multos]malos errantes,& ſuam perditionẽ ſectantes[erant mecũ]pauci credẽtes
fideles,non inſidiantes.[Exaudiet deus]orationem electorum[& humiliabit illos]ma
los,qui ſuperbia timẽtes perſequũtur & turbãt iuſtos verbo & facto. Quis humiliabit? Iohan.1
non creatura,ſed[qui eſt ante ſecula]id eſt,ante omnẽ creaturam deus. Et vere [ Non e- Eccle.15
nim eſt illis commutatio]de malo in bonum,de vitijs ad virtutes[& non timuerunt de-
um]quia ex timore dñi omnis declinat à malo.Et ideo [extendit manum ſuam in retri
buendo]quia lento gradu procedit diuina ira,tarditatem ſuam,qua punire differt , ſup- Valerius
plicij grauitate recompenſabit.Non ergo in hoc ſecuri ſint,quia vindictam differre vi- max.
detur,ad maius enim & grauius tormentum præparantur.Et merito, quia [ Contami-
nauerunt teſtamentum eius ] id eſt,pactum quod fecerunt cum illo in baptiſmo, viola-
uerunt operibus Satanæ ſe coniungentes [diuiſi ſunt]à conſortio beatorum & diſperſi
vſq; in infernum[ab ira vultus eius]id eſt,ab irato vultu ſuo [ & appropinquauit cor il-
lius]id eſt,voluntas & beneplacitum ad ſaluandas fideles in eccleſia animas, quæ quod
ſibi promittũt implere ſatagunt,& ſi peccauerint,per verã pœnitentiã ſtatim reſurgũt.
[Molliti ſunt ſermones eius ſuper oleũ]id eſt,ita intelligibiles facti ſunt, ꝙ omnia inte Heb.4
riora hominis penetrant[ſicut oleum]oſſa[& ipſi]ſermones [ſunt iacula]id eſt, duriti-
am cordium tranſfigunt & vulnerant ad amorẽ dei,vt dicat ſanctus amator , vulnerata
charitate ego ſum. Ergo [ Iacta ſuper dominum curam tuam ] id eſt,diuinæ gratiæ Cant.4
innitere

innitere & cura tua ſit illi perfecte ſeruire [& ipſe te enutriet]id eſt, ad inmutabilẽ boni
tatis ſtatum paulatim perducet [& non dabit inæternum fluctuationem]id eſt,fidei in= C
certitudinem iuſto,quia &ſi ad horam concutiatur modicum , tamen in æterna quiete
erit. [ Tu vero deus]qui potens es[deduces eos]id eſt,impœnitentes qui in peccato ſuo
moriuntur[in puteum interitus]id eſt,in profunditatem inferni irremeabilem,quia nũ
1.Cor.15 Scd̃m naturã oẽs æquales ſumus. quam inde liberabuntur.Nam [ Viri ſanguinum]id eſt,homines in voluptatibus, quas
caro & ſanguis expetunt, cõuerſati,& ſuperbientes de nobilitate ſanguinis, cum omnes
ſint æquales ſecundum naturam,quàmuis fortuna diſpares fecerit , quæ non durat niſi
per præſens tempus[& doloſi]id eſt,hypocritæ qui bonam vitam fingunt & oſtentant
Matt.6 in manifeſto,vt ſic fauorem hominum adquirant, tales [non dimidiabunt dies ſuos]id
eſt,nec medium ſpatium vitæ habebunt,ꝙ ſe in malis ſperabant completuros .Non di=
midiant dies ſuos, quia tantum huius vitæ tempora habentes poſtea ad horrendam no
Nox perpetua in inferno. ctem infernalem deducuntur,quia ſine pœnitentia diſceſſerũt[ego autem] nec vir ſan=
guinum,nec doloſus [ſperabo in te domine]id eſt , à te plenos dies, id eſt,æternos expe
cto habere.

## ¶Pſalmi LV. Enarratio.

MIſerere mei domine]dando patiẽtiam in aduerſis & miſerijs quas ſuſtineo[quo=
1.Pet.1 niam conculcauit me homo]quaſi in torculari,hoc permitttis vt optimum vinũ
Malc.3 exprimatur,& ſentiam poſt conculcationem dulcedinem amoris tui lætificantem cor
Eccle.40 meum[tota die]id eſt,etiam quando ſerenitatem video in conſciẽtia mea [impugnãs ]
Gala.5 caſtitatem meam[tribulauit me]caro alliciens,& dęmon ſuggerens.[Conculcauerunt
me inimici mei]id eſt,maligni ſpiritus me conculcabilem oſtendere conati ſunt [ tota
die]id eſt,continue proponentes delectabilem ſpeciem,& occultantes amaricãtem pœ
nam[quoniam multi bellantes aduerſum me]ſcilicet,caro, mũdus, & diabolus,putan
tes ſe præualere in multitudine hoſtiliter impugnantium,cum tamen non in multitudi
Pſal.146 ne hominum,ſed in voluntate dei conſiſtat victoria.[ Ab altitudine diei ] id eſt , ab alta
In multitudine hominũ, nõ cõſiſtit victoria, ſed ĩ deo. claritate proſperitatis temporalis [ timebo ] ne cadam per ſuperbiam, & vt de hoc cer=
tus ſim[ego vero in te ſperabo]non in virtute mea gloriabor , ꝙ multis fuit ſæpe cauſa
ruinæ in elatione , imo ſic gloriari ipſe caſus eſt. [In deo laudabo ſermones meos] pro
latos ad honorem dei[in domino ſperaui]non de me præſumpſi [ & ideo non timebo D
quid faciat mihi caro]id eſt,aliqua creatura nil niſi carnẽ ſapiẽs.[Tota die verba mea]
Dani.9 id eſt,verba dei à me dicta execrabantur[aduerſum me]id eſt,mali abominabantur di=
Iohan.6 cẽtes,durus eſt iſte prædicator,quia poteſt inducere nos in deſperationem, non ſunt ve
Sap.2 ra quæ dicit,nam ſi vera eſſent quis poſſet ſaluari? Et ſic execrãtur verba vera quaſi mẽ=
dacia,& multum aduerſus me eſſet ſi mentirer,ſed ipſi mentiuntur[quoniam omnes co
gitationes eorum]intentæ ſunt[in malum]id eſt,in cupiditatem terrenam,quæ eſt ra=
1.Tim.6 dix omnis mali,& ideo non poſſunt audire veritatem,tamen [ Inhabitabunt ] quidam
illorum,mecum conũerſabuntur[& abſcondent]odium ſuum ad tempus ,donec vide=
rint opportunum aperiẽdi illud,quia [ipſi calcaneum meum obſeruabunt]id eſt,lapſui
Matt.22 inſidiabuntur,vt me capiant in ſermone vel opere,ſed [ Sicut ſuſtinuerũt animam me=
Titum.3 am ] id eſt , expectauerunt lapſum animæ meæ [pro nihilo] id eſt, nullo merito meo
[ita ſaluos facies eos]id eſt,electos ex eis gratis non merito ſuo:ecce Chriſtus reddit bo
num pro malo,& famulus eius ipſum imitatur[in ira]id eſt,in conſideratione iræ ven=
turæ[populos confringes]id eſt,ad credendum & amandum humiliabis.[Deus vitam
meam annunciaui tibi ] id eſt , vitæ meæ immunditiam , & peruerſitatem ad honorem
tuum confeſſus ſum[poſuiſti lachrymas meas] quas fundo pro peccatis meis & alienis
[ in conſpectu tuo ] id eſt,in beneplacito tuo, non ad laudem hominum hoc feciſti.
Ezech.18 [ Sicut & in promiſſione tua]id eſt,in illa in qua promittis:quacũq; die ingemuerit pec
cator,& conuerſus fuerit,vita viuet,& non morietur[tunc]quando ſic facis cum homi
nibus [ conuertentur inimici mei retrorſum] id eſt,fient ſequaces per humilitatẽ, qui
voluerunt eſſe præceſſores per ſuperbiam.[In quacunq; die]id eſt,in æſtu tẽtationis[in
uocauero te]id eſt,pro illis te orauero[ecce cognoui]id eſt,mihi innotuiſti [quoniã de
Luc.23 us meus es ] quia ego tuus ſum imitator, quia dixiſti : pater ignoſce illis,& ego oro pro
illis qui me perſequebantur. [ In deo laudabo verbum]id eſt,laudabile verbum fidei fa
Pſal.117 ciam [ in deo laudabo ſermonem] id eſt, laudabilem proferam de moribus ſermonem





A [ in domino ſperaui]non in aliqua fortitudine corporali[&]ideo[non timebo quid fa
ciat mihi homo]terrena ſapiens.[In me ſunt deus vota tua]id eſt , ſemper intra me re=
manent vota bonæ voluntatis,quantuncunq; tribuler[quæ reddam laudationes tibi]id
eſt,quæ tibi acceptabilia immolem cantica laudum.[Quoniam eripuiſti animam me=
am de morte]id eſt,de mortalibus peccatis [ pedes meos de lapſu ] id eſt, de venialibus
pro quibus pedes,id eſt,affectus lauandi ſunt,ad quid? [ Vt placeam coram deo] id eſt, Iohan.13
in præſentia dei[in lumine viuẽtium]id eſt,in claritate angelorum & ſanctorum, vbi e=
rit mihi lumen æternaliter.

## ¶Pſalmi LVI. Enarratio.

MIſerere mei deus]vt à vitijs reſurgam[miſerere mei]vt patienter agã [ quoniam
in te]non in ſe[confidit anima mea]æternis inhærens.[Et in vmbra] id eſt , in
protectione & in refrigeratione[alarum tuarum] id eſt , virtutum quas in me operatus
es à ſolitudine,in plumis auiculæ quæ maternis alis ſeruatur à rapacibus auibus [ſpera=
bo]id eſt,per illas ſpem habeo vt tecum maneam ſemper[donec tranſeat iniquitas ] id
eſt,tentatio carnis,mundi,& diaboli:quæ multos facit iniquos,& ſic per totam præſen=
tem vitam oportet me ſperare,quia plene non tranſit,donec tranſeat mundus & concu
piſcentia eius. Et interim [ Clamabo]id eſt,intenſe non remiſſe orabo[ad deum altiſſi 1.Iohã.2
mum ] ſicut pupillus ad patronum:ideo enim oportet cum maximo cordis deſiderio cla
mare,quia altiſſimus eſt ad quem clamo,clamabo dico[ad deum qui benefecit mihi]id
eſt,multa beneficia,bona mihi contulit . Et vere,nam [ Miſit de cœlo ] filium ſuum in Clamor ad deum
carnem [& liberauit me]id eſt,liberum fecit iter meũ,per quod irem ad ipſum,qa[& de Rom.8
dit in opprobrium]ſempiternum[conculcantes me] id eſt, dæmones & malos homi= Iohan.14
nes,qui me prius propter peccata mea conculcauerunt.[Miſit deus miſericordiam ſuã]
in mentẽ meam dimittendo quod deliqui [& eripuit animã meam]id eſt, quaſi per vio=
lentiam rapuit, quia duris catenis ligabatur[de medio catulorum leonum] id eſt,de po=
teſtate populi crudelis & ſęuientis,inter quos[dormiui]id eſt,male ſoporatus in pecca=
tis,ſed tamen[conturbatus]id eſt,afflictus ab eis,quæ afflictio me citius fecit ab eis rece=
B dere,& ad deum feſtinare.Nam tunc homo ad deum plerũq; celerius conuertitur,quan
do in mundo multa videt vnde conturbetur,vel non ſentit vnde delectetur . Et vere in Tribulatiões malis vtiles ſunt.
mundo eſt afflictio,nam [ Filij hominum]inueterati malitia ſunt ſibi [ dentes eorum
arma & ſagittæ]id eſt,corroſiones detractionum eorum,armant ſe in malo & perforãt
alios ad imitandum,vt & iuſtos detractionibus & infamijs apud alios occidant,& mol
les ac leues adulationibus ſagittẽt[&]ſic [ lingua eorum].i.mala & peſtifera locutio eſt
[gladius acutus ] velociter ſecans animas, & redigens ad mortem . Igitur ad debellan= Iere.9
dum & deſtruendum tantum facinus eorum.[ Exaltare ſuper cœlos deus] id eſt, ſuper
omnes creaturas te potentẽ oſtende [& in omnem terram] id eſt,in omnes qui terrenis
vicijs & negocijs excæcãtur [gloria tua] .i.tua glorioſa poteſtas appareat in puniendo,
qui tuam patientiam contempſerunt peccãdo. Nam [Laqueũ parauerunt pedibus me=
is]id eſt,affectibus meis laqueum damnationis æternæ propoſuerunt ſub temporali de
lectatione[& incuruauerunt animam meam]vt pene conſentirem ſuggeſtionibus eo=
rum,dum non attenderem ad quem finem peruenturi ſunt,qui voluptatibus huius vitę
ſeruierunt.[Foderunt ante faciem meam]ſtudioſe parauerunt me non ignorante [ fo= Roma.8
ueam] id eſt, felicitatem carnalem,quæ fouea profunda eſt omnibus ſequentibus eam Apoc.18
[& inciderunt in eam]id eſt,ſibi nocuerunt non mihi , quia intellexi ꝙ fallax gratia &
vana eſt pulcritudo,& non proderit eis ſuperbia,nec diuitiarum iactantia cõferet eis bo= Prou.31 Sap.1
num fructum.Omnia enim talia tranſeunt tanquam vmbra.Et ideo,quia non conſen
tio illis,ſed fugio foueam.[Paratum cor meum deus] obedire mandatis tuis [ paratum
cor meum ]deus ad tolerandum preſſuras , quas ingerunt[cantabo]corde[& pſallam]
id eſt,laudes tuas voto & opere celebrabo[in gloria mea]id eſt,in Ieſu in quo glorior.
Et ideo [ Exurge gloria mea]ſcilicet Ieſu fac me ſurgere in gloria impaſſibilitatis[exur
ge pſalteriũ ] id eſt,interim cœleſtium deſideriũ cum bono opere[& cythara]id eſt,cõ=
temptus terrenorum,& ſic[exurgam diluculo]id eſt, in reſurrectione generali cum gau 1.Cor.15
dio,o Ieſu qui es[gloria mea]per teſtimonium conſcientiæ [& pſalterium in cythara] 2.Cor.1
id eſt,omnis melodia & ſuauitas quam cupio,fac me exurgere in iudicio,& tibi aſſiſtere
in iubilo cum cantico laudum æterno. [Confitebor tibi in populis domine]id eſt,para=

bo tibi confeſſores quantum in me eſt, qui tibi laudis gratias perſoluant [& pſallam C
tibi in gentibus] id eſt, in conuerſione gentiliter viuentium ad tuum honorem bene age
re non poſtponam. Quid confitebuntur? [Quoniam magnificata eſt vſq; ad cœlos mi
Phil. 3 ſericordia tua] id eſt, vſq; ad ſanctos conſtituẽdos, quorum conuerſatio in cœlis eſt [&
vſq; ad nubes] id eſt, vſq; ad prędicatores, quorum doctrina cõpluti ſumus [veritas tua]
id eſt, veritas tuæ fidei. Ergo [Exaltare ſuper cœlos deus] id eſt, aſcende [& ſuper oẽm
terram] manifeſtetur [gloria tua].

## Pſalmi LVII. Enarratio.

SI vere vtiq; iuſtitiam loquimini] id eſt, ſi vera ſunt quæ de aduentu Ieſu Chriſti didi=
ciſtis ex prophetis, imo quia vera ſunt [recte iudicate filij hominum] id eſt, in Chri=
ſto completa intelligite, & redeuntes ad cor veſtrum rectum iudicium proferte de con=
temptu mundi & appetitu cœleſtis regni. Quod vos peſſimi euntes in deſiderijs veſtris
non facitis. [Etenim in corde] id eſt, in volũtate mala [iniquitates operamini in terra]
timentes ne terrena amittatis, & concupiſcentias veſtras non expleretis, ſi deo ſeruire=
tis, & ideo [iniuſtitias manus veſtræ cõcinnant] id eſt, opera veſtra iniuſtitiã colligunt
quaſi ligna quibus cremabimini. Et vere ſic facitis, quia. [Alienati ſunt peccatores] id
Pſal. 36 eſt, à deo ſeparati eſtis [à vulua] id eſt, ab origine & conceptione [errauerunt ab vtero]
Prou. 11 id eſt, in errorẽ abierunt ex quo baptizati ſunt [locuti ſunt falſa] vt vnuſquiſq; decipiat
proximũ. Et ideo [Furor illis]. i. inſatiabilis obſtinatio [ſecundũ ſimiliudinẽ ſerpẽtis]. i.
Aſpis obturat aures. aurẽ cordis obturãt cõtra charitatẽ [ſicut aſpidis ſurdę & obturantis aures ſuas]. i. more
aſpidis ꝗ vnã aurẽ terrę apponit & alterã cauda obturat, quo figurantur ꝗ amore pręſen
tium, & falſa ſpe longæ vitæ, & finis optabilis ad munditiam & bonam vitam non ve=
niunt. [Quæ non exaudiet vocem incantantium] id eſt, doctrinam prædicãtium [& ve
Cant. 8 nefici] id eſt, prædicatoris, qui quærit occidere animas à ſeculo, & viuificare deo: fortis
enim eſt vt mors dilectio [incantantis ſapienter] id eſt, bene & docte loquentis. Non e=
nim facienda eſt incantatio, neq; ſapiens eſt veneficus, ſed à vicijs animantium ad vicia
Pſal. 35 hominum nonnulla eſt tranſſumptio. [Deus conteret dentes] id eſt, detractiones [eo=
rum] malignorum, qui nolunt intelligere vt bene agerent [in ore ipſorum] id eſt, in eo= D
rum reſponſionibus [molas leonum] id eſt, occultas inſidias dęmonum & tyrannorum
aduerſus electos [confringet] id eſt, nullos effectus faciet. [Ad nihilum deuenient] id eſt
paulatim regnis & vita priuabuntur [tanquam aqua decurrens] id eſt, ad modum tor=
rentis, qui faciliter execurrit, & breuiter inundans, cito euaneſcit eius tumultus: ſic illi
cum ſonitu pereunt [intendit arcum ſuum] id eſt, intẽſam facit comminationem ſuam
per ſcripturas & contemptores mundi [donec infirmentur] id eſt, cognoſcant ſe miſe=
ros & infirmos fuiſſe non glorioſos, vt ipſi nunc putant decepti præſtigijs dæmonum.
[Sicut cera quæ fluit] admoto igne [auferentur] ab omni gloria ſua, vt nihil remaneat
niſi culpa & pœna [quia ſupercecidit ignis] id eſt, ſuper mentem ſuam cecidit ardor
Sol Chriſtus eſt. concupiſcentiarum [&] ideo [non viderunt ſolem] id eſt, Chriſtum malefacta eorum
damnaturum non intellexerũt. [Priuſquam intelligerent ſpinæ veſtræ] id eſt, delecta=
tiones peccatorum veſtrorum. [Rhamnum] id eſt, extremam damnationem. Rhãnus
eſt arbor in primis mollis, poſtea vertitur in ſpinas: ſic eſt de peccato, quod dulce eſt
dum agitur, ſed amariſſime pungit quando in tormentum mutatur [ſicut viuentes] id
Impij viuere vidẽtur. eſt, dum adhuc viuunt, ſicut dicit, quia non vere viuunt impij, ſed viuere videntur [ſic in
ira] dei præſenti, quæ non eſt ira comparatione futuræ iræ [abſorbet eos] ignis concu=
Matt. 25 piſcentiæ, poſtea deuorabit eos ignis Gehennæ. [Lætabitur iuſtus] in profectu iuſti=
tiæ [cum viderit vindictam] id eſt, multiplicem lapſum impiorũ de vicio in vicium, de
dulcedine in tormentum, de mundo in infernum, & ſe omnino diſſimilem illis [manus
ſuas lauabit] id eſt, opera ſua mundabit [in ſanguine] id eſt, in morte [peccatoris] mu=
nitus, ne & ipſe peccet & male cum impijs moriatur: ſed nullus peccator morte alterius
& ſubito raptu ab hoc ſeculo vult muniri. [Et dicet homo] timens viſa morte peccato=
rum [ſi vtiq; eſt fructus iuſto] id eſt, ſi iuſtum eſt eſſe fructum iuſto ſalutis æternæ [vti=
que eſt deus iudicans eos] ſcilicet reprobos, vt in ſordibus poſiti ſordeſcant adhuc [in
Apoc. 22 terra] id eſt, in hac vita.

## Pſalmi LVIII. Enarratio.

Eripe me



A ERipe me] quærentem te [de inimicis meis] ſpiritualibus & corporalibus [deus me=
us] conditor & ſuſtentator [& ab inſurgẽtibus in me] id eſt, aduerſum me ſurgenti
bus perſuadendo nociua animæ & delectabilia carni [libera me] id eſt, me fac liberum,
vt illis non ſeruiam, ſed viam charitatis remotis impedimẽtis percurram. [Eripe me de
operantibus iniquitatem]. i. ab his, qui manus ſuas armant ad iniquitatem, & ad ſcelus
perpetrandum [& de viris ſanguinũ] qui ſitiunt mortem meã & perditionẽ [ſalua me]
vt non eorũ voluntas, ſed tua in me fiat. Et bene dico, ſalua. [Quia ecce ceperunt ani=
mam meam] ad tentandum & tribulandum [irruerunt in me] id eſt, vt me euerterent
[fortes] id eſt, ſuperbi de ſe præſumẽtes, ſed male hoc faciunt, quia non nocui eis. Nam
[Neq; iniquitas mea neq; peccatum meum] aliquid tale meruit, imo [ſine iniquitate] id
eſt, ſine læſione proximi [cucurri] id eſt, viam huius vitæ tranſiui [& direxi] ad ſuperna
non recte incedentes. [Exurge in occurſum meũ] id eſt, fac apparere qualis ſum [& vi=
de] id eſt, fac alios hoc videre [& tu dñe deus virtutum] cœleſtium [deus Iſrael] id eſt, illo
rum qui per fidem ambulant. [Intende ad viſitandas omnes gentes] id eſt, intenſum te 2. Cor. 5
præbe ad compluendum cœleſti doctrina aream longa ægritudine tabeſcẽtem, vt non
remaneat vellus ſiccum: & ſic gentes viſitando [non miſerearis omnibus qui operantur Iudicũ. 6
iniquitatem] id eſt, qui perſeuerant in malitia & perſequũtur medicũ ſuum Chriſtum.
[Conuertantur ad veſperam]. i. ſanentur occumbẽte in eis calore cupiditatũ, quia dum
ferrum infixum eſt, medicamen non prodeſt [et famẽ patiẽtur]. i. ſemper deſiderabunt
ſibi alios incorporare [vt canes] id eſt, vt fideles vigiles domus dei [& circuibunt ciuita= Canes domus dei vigiles.
tem]. i. munient eccleſiam bono opere & virtute. [Ecce loquẽtur in ore ipſorum] id eſt,
manifeſte prædicabunt [& gladius in labijs ipſorũ] id eſt, verbum dei occidens carnales
affectus dicentium [quoniam qs audiuit] id eſt, quis credidit auditui noſtro, quaſi dice= Iſa. 53
rẽt, rarus eſt. [Et] vt pro quibuſdã loquar [tu dñe deridebis eos] id eſt, deridere facies e= Rom. 10
os ſuos priſtinos errores [ad nihilum deduces omnes gentes]. i. omnes ſuperſtitioſos ri
tus gentium. [Fortitudinẽ meam ad te cuſtodiam] id eſt, ad te amandum & tibi ſeruien=
dum & referendũ, non ſtatim per indiſcretam pœnitentiã effundam eam, neq; in pom
pa & vanitate mundi, per illam gloriabor [quia deus ſuſceptor meus] ad melius gaudiũ
B angelorũ [deus meus miſericordia eius] præcedẽs gratia [præueniet me] vt bene velim. Phil. 2
Vox Chriſti. [Deus oſtendit mihi ſuper inimicos] Iudæos cur viuere permittãtur, cum Iudæi cur viuere ꝑmittãtur cũ nolũt conuerti.
non volũt conuerti [ne occidas] tẽporaliter, qua de cauſa? [nequando obliuiſcantur po
puli mei] vt per eorũ præſentiam mors mea reducatur ad memoriã. Sed tu [Diſperge il=
los in virtute tua] in omnẽ ventũ & per totũ mundum [depone eos] à regno & ſacerdo=
tio [protector meus dñe] qui me protegis & illos diſperdis. Non illos, ſed [Delictũ oris
eorũ]. i. infidelẽ clamorem eorũ [& ſermonẽ labiorũ ſuorum] me accuſantẽ [& cõpre=
hendantur in ſuperbia ſua] id eſt, conuincat eos ratio ſua, ſuperbe egiſſe. [Et de execra=
tione] diſcipulatus mei [& mendacio] corruptorũ teſtium [annunciabuntur]. i. docebũ
tur [in conſummatione] id eſt, in fine ſeculi cũ plenitudo gẽtium intrauerit. [In ira con
ſummationis] ſcilicet iræ dei, quæ erit eis cauſa conſummationis, quando conſumma= Rom. 11
bitur numerus electorum [& non erunt] ſcilicet praui vt erant [& ſcient quia dñs dñabi=
tur Iacob] id eſt, Iudæorũ [& finium terræ] id eſt, gentium. [Conuertẽtur ad veſperam]
mundi [& famẽ patiẽtur vt canes] quaſi inſatiabiles ſint ad conuertendũ alios & traij=
ciendum in corpus eccleſiæ [& circuibunt ciuitatẽ] muniẽdo eccleſiam muro doctrinæ.
Nam [Ipſi diſpergẽtur] de loco ad locũ euntes [ad manducandũ] id eſt, ad incorporan
dum alios ſibi [ſi vero non fuerint ſaturati] id eſt, ſi non fuerit completũ deſiderium eo=
rum in conuerſione errantiũ [& murmurabunt] dicentes: dñe quis credidit auditui no= Iſa. 53
ſtro? [Ego autẽ cantabo fortitudinem tuam] id eſt, ita me habens, prædicabo me ex te Rom. 10
fortem [& exultabo] id eſt, exultanter narrabo [mane miſericordiam tuã]. i, in ortu gra
tiæ factã miſericordiã. [Quia factus es ſuſceptor meus] id eſt, curator meæ mortalitatis
[& refugium meũ] id eſt, tota ſecuritas mea [Adiutor meus] in triumpho [in die tribula
tionis meæ] id eſt, tentationis [tibi pſallam] id eſt, ad honorem tuũ bene operabor [quia
deus ſuſceptor meus deus meus miſericordia mea] id eſt, cuius gratia ſum id quod ſum, 1. Cor. 15
nihil mihi arrogo.

## Pſalmi LIX. Enarratio.

DEus repuliſti nos] propter vanam vetuſtatem, in qua fuimus [& deſtruxiſti nos]
id eſt, cadentes à tuo beneplacito, in multis miſerijs frangebamur [iratus es] quia

 noſtras

noſtras traditiones ædificacabamus[&]tandem[miſertus es nobis]mittens ad nos ſal-
Tobiæ.3. natorem,quia cum iratus fueris miſericordiæ recordaberis. [Commouiſti terram]id C
Abac.3 eſt,corda noſtra timore pœnæ concuſſiſti [& conturbaſti eam] id eſt,cor compũctum
dediſti,& nunc ergo [ſana contritiones]id eſt,vulnera peccatorum quibus contereba-
mur,quia conuerſa eſt de vetuſtate in nouitatem,& hoc eſt [commota eſt terra] bona
eſt motio,quia de morte ad vitam redit.Et ſic [Oſtendiſti populo tuo]tibi iam conuer
Ierem.6. ſo[dura]id eſt,flagella filiorum,per quæ erudis ad hæreditatem [potaſti nos] tibi ad-
Eccl.30. hærentes [vino compunctionis]quod inebriat mentes amore æternorum, ante enim
potabamur vino voluptatis,quod nos depreſſit in cupidinem terrenorum.[Dediſti me
Hebr.12. tuentibus te]non contemnentibus te [ſignificationem]id eſt,certum præſagium futu-
Apocl.3 rorum,per præſentes tribulationes,quas ſuſtinemus in exemplum iuſti iudicij[vt fugi-
Prouer.3. ant à facie arcus]id eſt,vt euitent per præſentem tribulationem & pœnitentiam , æter-
nam dei comminationem. [Vt liberentur] in die iudicij [dilecti tui] quos diligis, non
inimici quos odis [ſaluum fac dextera]id eſt,quos erudis ad ſalutem,perfice eos ponen
Matt.25. do ad dexteram tuam,quos ſalubriter percutis [& exaudi me] ſanando contritiones.
Iſaiæ 40. [Deus]pater[locutus eſt in ſancto ſuo]Chriſto[lętabor & partibor]id eſt,lætanter par
Matth.11 tem meam aſſumam[Sichimam]id eſt,de Sichima eos qui lene iugum Chriſti ferunt,
quia partitur Sichimam alios relinquens quos peccata grauant [& conuallem taberna
1.Corin.3 culorum] id eſt,humiles deo militantes [metibor] id eſt,menſurabo reddens vnicuiq;
ſecundum laborem.[Meus eſt Galaad]id eſt,mei ſunt matyres teſtes mihi[& meus eſt
Manaſſes]id eſt,contemplatiui viri, qui obliuiſcuntur, quæ retro ſunt ad anteriora ſe
Philip.3. extendentes [Effraim] id eſt,fructificantes in eccleſia [fortitudo capitis mei]id eſt,for-
tes erunt ex me capite. [Iuda rex meus] id eſt, confeſſores erunt rectores eccleſiæ meæ
Iohann.8 [Moab]id eſt,valde mali abutentes lege,qui ſunt ex patre diabolo[olla ſpei meę]id eſt,
Roma.5. per feruorem tribulationis operabuntur patientiam in meis,patientia vero ſpem. [In
Idumæam]id eſt,ad gentiles & peccatores ſanguineos, terrena tantum ſapientes [extẽ-
Epheſ.6. dam calceamentum meum]id eſt,prædicatores habentes calceatos pedes in euangelio
pacis [mihi alienigenæ] id eſt, qui prius fuerunt alieni à meo conſortio,nunc [ſubditi D
ſunt]obedientes fidei & charitati. [Quis]niſi Chriſtus[deducet me in ciuitatem muni-
Iſa.45.60 tam?]id eſt,in cœleſtem Ieruſalem,cuius portæ non claudẽtur[quis deducet me]prius
Apoc.21. [vſq; in Idumeam?] id eſt,in gẽtilitatem. [Nónne tu deus qui repuliſti nos?]à vana ve-
tuſtate [& non egredieris deus in virtutibus noſtris] id eſt,non me fruſtraberis præſen
tia tua,quando fortiter facturi ſumus pro defenſione fidei. [Da nobis auxilium de tri-
bulatione] vt fructuoſa ſit nobis ipſa tribulatio,in qua deſerere videris [& vana eſt ſa-
Pſal.145. lus hominis]id eſt,fallax,quia non in homine ſalus.[In deo faciemus virtutem] id eſt,
fortes erimus [& ipſe ad nihilum deducet] id eſt,pro nihilo faciet nos reputare [tribu-
lantes nos.]

### ¶Pſami LX. Enarratio.

EXaudi deus deprecationem meam] ne incurram peccatum, vel cauſam peccati
[intende orationi meæ]id eſt, intenſum me fac orando, non remiſſum. Iſte pſal-
mus eſt cuiuſlibet perfecti,perſeuerantis in laudibus Chriſti vſque ad vitæ finem. [A
finibus terræ ad te clamaui] id eſt ,poſtquam finem poſui amoris terrenorum ,&
omnis vanæ gloriæ,te ſolum quæſiui, & affectum habui orandi. Omnes enim qui ad
hunc non perueniunt, deum cum affectu & intenſo deſiderio orare non poſſunt. A-
mor enim vanitatis viam intercludit veritati [dum anxiaretur cor meum] id eſt, dum
anxie vetuſtatem meam cogitando defleui [in petra] id eſt,in ſoliditate virtutis [exal-
taſti me] longe eleuatum à cupiditate mundi. [Deduxiſti me]id eſt, perſeuerantiam
mihi dediſti [quia factus es ſpes mea] promittens æternitatem [& turris fortitudinis]
Roma.8 id eſt,omnimoda ſecuritas [à facie inimici] id eſt, ab impugnatione hoſtis antiqui.
Et ita affectus. [Inhabitabo in tabernaculo tuo] id eſt,militabo tibi [in ſecula]id eſt,
vſque in finem vitæ, & hoc non meis viribus agam, ſed [protegar] ab æſtu vitiorum
[in velamento alarum tuarum ]id eſt, in protectione humilitatis & ſapientiæ. Sed hoc
vnde mihi? [Quoniam tu deus meus exaudiſti orationem meam] dum angeretur cor
meum [dediſti hæreditatem] æternam nunc in ſpe [timentibus nomen tuum] do-
Amos.9. minus nomen illi, quæ eſt iſta hæreditas? [Dies æternos ſuper dies regis] temporales

[adijcies]



adijcies]vt iſte rex ſingularis,ſcilicet Chriſtus,hic & ibi regnet in ſuis[& annos eius]ſu
A per annos pręſentes[vſq; in diem generationis]mortalis[& generationis]immortalis.
[Permanet in æternum]poſt annos præſentes,rex cũ miniſtris eius [in conſpectu dei]
id eſt,in manifeſta dei viſione[miſericordiam & veritatem eius quis requiret?] ampli-
us,quia tanta erit ſufficientia omniũ,vt nunquam remiſſionem peccatorum,nunquam
promiſſionem vitæ aliquis quęrat ab eo.[Sic]id eſt,in hac ſpe poſitus[pſalmum dicam
nomini tuo] id eſt,non mutabor bene operando[in ſeculum ſeculi]id eſt,per totam vi
tam meam[vt reddam vota mea]id eſt,meipſum cui me deuoui in baptiſmo eundo[de
die in diem]id eſt,de claritate filij in claritatem patris & ſpiritus ſancti: & in hoc gau-
dio iugiter delectabor.

### ¶Pſalmi LXI. Enarratio.

NOnne deo ſubiecta erit anima mea?] id eſt, obediens [ab ipſo enim ſalutare me-
um] id eſt, per ipſum ſpero ſaluari. Et qui vultis impedimenta mundi tranſire,
diſcite illi obedientes eſſe.[Nam] & ipſe deus meus creator [& ſaluator meus]id eſt,re Obediẽtiæ effectus.
formator [ſuceptor meus] curans infirmitatem meam [non mouebor amplius] ab o-
bedientia.[Quouſq; irruitis in hominem?] ad nocendum & decipiendum eum[inter-
ficitis vniuerſi vos]id eſt,prius animas veſtras occiditis, quàm alterius corpus, irruitis
dico [tanquam perieti inclinato] id eſt, ruinoſo & caſum minanti [& tanquam ma-
ceriæ depulſæ] id eſt, crebro ictu concuſſæ. [Verumtamen precium meum cogita-
uerunt repellere] id eſt, debitam mercedem obedientiæ meæ deſtruere conabantur, vt Iohan.4.
nullus eſſet honor Chriſtiani nominis [cucurri] prædicando [in ſiti] ſalutem eorum Matt.22.
ſitiens [ore ſuo benedicebant] viam dei in veritate doces [& corde ſuo maledice- Iohan.9.
bant] non eſt hic homo à deo. [Verumtamen]quantumcunq; ſæuiant[deo ſubiecta
eſto anima mea] id eſt,deo in omnibus obediens[quoniam ab ipſo patientia mea]quã
habeo inter tot ſcandala[ab ipſo enim ſalutare meum]id eſt,eius ordinatio eſt vt patiar Iohan.17.
pro ſalute æterna adquirenda. Alia cauſa quare debeam illi eſſe ſubiectus. [Quia ipſe
deus ſalutaris meus] iuſtificans me [adiutor meus] in pugna [non emigrabo] id eſt, Roma.8.
B nec vita nec morte ab ipſo ſeparabor. [In deo ſalutare meum] applaudendo repetit
quod dixit [gloria mea] id eſt, glorificatio mea deus [auxilij mei] in cuius opere non
deficio [& ſpes mea in deo eſt] non in aliquo alio. Ergo [Sperate in eo omnis con- Ierem.17.
gregatio populi] id eſt,omnes tranſilientes eos qui in vanitate ſperant [effundite] per Pſal.117.
confeſſionem [coram illo corda veſtra] id eſt, immudiciam cordium veſtrorum [de-
us adiutor noſter inæternum]id eſt,ad promerendã æternitatem nos adiuuat. [Verum
tamen] quàmuis æterna reliquerunt [vani ſunt filij hominum] id eſt,amatores tempo
ralium[mendaces filij hominum]ſub ſpecie iuſtitiæ fallentes, & non implentes quod
promittunt[in ſtateris]alias ſibi menſuras quàm proximo metientes[vt decipiant ipſi]
ea vanitate qua ſe putant excellere [de vanitate] eundo [in idipſum] id eſt, in eandem
vanitatem non conuertentes ſe ad veritatem. Sed [Nolite ſperare in iniquitate] id eſt, Miche.6.
in ſtatera doloſa [& rapinas nolite concupiſcere] id eſt, non ſitis in tantum concupi- Prou.20.
ſcentes vt velitis viuere & diuites fieri de rapinis, melius eſſet vobis mendicare, imo 1.Tim.6.
[diuitiæ] & iuſte adquiſitæ [ſi affluant] id eſt, abundanter eueniant [nolite cor appo-
nere] id eſt,figere in amore diuitiarum.Nam[Semel]id eſt,firmiter & immobiliter[lo
cutus eſt deus] in verbo ſibi conſuſtantiali & coæterno [duo hæc audiui] id eſt, intelle-
xi,quæ?[quia poteſtas dei eſt] ad puniendum malos [& tibi domine miſericordia] ad
retribuendum bona pro bonis,& ad indulgendum pœnitentibus [quia tu reddes vni- Iohan.5.
cuiq;] bono & malo[iuxta opera ſua]id eſt, ſecundum ꝙ opera ſua bona vel mala me- 1.Corin.3
ruerunt.

### ¶Pſalmi LXII. Enarratio.

DEus ]omniũ poteſtate [deus meus] dilectione [ad te] aſſequendum & fruendum
[de luce] id eſt,ab initio gratiæ cor meum illuſtrantis [vigilo] non dormio in
peccatis. [Sitiuit in te anima mea] id eſt, in tuam incommutabilitatem videndam &
in ea ſemper manendum [quàm multipliciter tibi caro mea] propter multiplices defe-
ctus & miſerias quibus obſeſſa eſt, ad reſurrectionem deſiderat,quam ſperat, & ei pro- Iob.14 Roma.7.
mittitur. [In terra deſerta] id eſt, in hoc mundo exiſtens, qui mandatum dei deſerit Philip.1.

 & dæmo-

& dæmonibus ſe ſubdit[inuia]id eſt,ignorans deum [& inaquoſa]fonte vitæ non irri- C
gata [ ſic ] affectus[in ſancto ] deſiderio [ apparui tibi ] id eſt, placui ad honorem tu-
um [vt viderem virtutem tuam] id eſt , intelligerem virtutem à te eſſe [ & gloriam tu-
Roma.6 Titum,3 am] eſſe bonum quod facio,per quod glorificaberis. [ Quoniam melior eſt miſericor-
dia tua] id eſt, vita gratiæ & gloriæ,quæ per miſericordiam tuam datur,melior eſt [ſu-
per vitas] humanas,& ſi longę & proſperę ſint. Vnde non mirum ſi ad te ſitio pro hac
miſericordia [labia mea] interiora & exteriora [laudabunt te] hic & in futuro.[Sic be
nedicam]te laudando[in vita mea]id eſt,in honeſtate vitæ meæ,vt & alij te glorificent
[& in nomine tuo]Ieſu glorificando & amando[leuabo manus meas] id eſt,ampliabo
opera mea.[ Sicut adipe] id eſt ,interna dulcedine[& pinguedine]charitatis & contem
plationis [ repleatur anima mea]id eſt, reficiatur in agone huius vitæ[&] ſic[labijs ex-
ultationis]id eſt,verbis iucundis & canoris [laudabit os meum] impletum riſu & iubi-
lo,& eructans dulcedinem qua intus abundo. [ Sic memor fui tui ſuper ſtratum meũ]
vbi eſt locus quietis,vel in loco doloris mei, quando anguſtior [ in matutinis medita-
bor in te]id eſt, multo magis oriente in me luce gratiæ,& mentis tranquillitate,receden
te nocte culpæ, &cogitationis vanæ : meditabor in te , id eſt, delectabor in dilectione
tua, quæ eſt meditatio mea [ quia fuiſti adiutor meus ] à depreſſione cogitationum tu-
multuantium , & impedientium lucem veritatis introire mentem meam. [ Et in vela-
Matt.13 Lucæ.8 Mar.4 mento alarum tuarum ] id eſt , in protectione veritatis & miſericordiæ [ exultabo ]
quia me protegunt & defendunt , ne mea rapiant volucres cœli, aues crudeliſſimæ[ad-
1.Cor.6 hæſit anima mea] glutino charitatis [poſt te ] ſequens,& ideo [me] hærentem tibi[ſu-
ſcepit dextera tua ] id eſt, æternitas glorioſa & gloria æterna.[ Ipſi vero de Idumęa qui
non niſi terrena ſapiunt [ in vanum quæſierunt animam meam ] auferre , quia fruſtra
Iohã.11 laborauerunt , timentes amittere regnum tranſitorium , amiſerunt æternum , & ideo
Terræ amatores in inferno ponẽtur. [ introibunt in inferiora terræ ] id eſt , terram ſibi proponentes ad amandum, inferio-
res facti ſunt terra,quia in inferno ponentur[tradentur in manus gladij] id eſt, in pote
ſtatem vindictæ erunt[partes vulpium erũt]id eſt,malignorum ſpirituum.[Rex vero]
Iuſtus dicitur rex. id eſt , quilibet iuſtus ſe bene regens & regnans ſuper vitia[lætabitur in deo] qui ipſum D
lætabundum facit,non in ſuis meritis,& eius exemplo confirmati[laudabuntur]id eſt,
Titum.3 laudabiles erunt[omnes qui iurant in eo]id eſt,qui nomen Chriſti,corde,ore,& opere,
Luc.6 profitentur[quia obſtructum eſt os loquentium iniqua]id eſt,falſa de filio dei , vt non
habeant quid loquantur contra veritatem dei, & morum honeſtatem , viſa glorifica-
tione fidei ſanctorum.

## ¶Pſalmi LXIII. Enarratio.

EXaudi deus orationem meam cũ deprecor]orat Chriſtus ne cedat inimicis in paſ-
ſione : quàmuis certiſſime ſciret ſe nunquam deficere , vt multo magis , qui incerti
ſunt, operã dent orationi. Admonet etiam vt attendamus,quãto fuerit perſecutio aſpe-
rior,tanto habebimus maiorem profectum.Exaudi deus orationem meam cum depre-
cor, id eſt,indilate[à timore inimici eripe animam meam]vt non timeam occidentem.
Lucæ.12 Nam[ Protexiſti me à cõuentu malignantium]vt voluntati eorum non cederem [ & à
multitudine operantium iniquitatem] id eſt,inuidentium quærẽtium mortem medici
Matt. 9 ſui.[Quia exacuerũt vt gladiũ linguas ſuas]id eſt, præſentialiter me morti adiudicaue
runt[intenderunt arcum]id eſt,intenſum fecerunt dolum[rem amaram]operantes[vt
ſagittent in occultis immaculatum]id eſt,vt ipſum quaſi ignoranter occidant innocen
tem.[Subito]id eſt,ex improuiſo ſine prętuidentia,et reſpectu futuri metus[ſagittabunt
eum] id eſt,ad mortem condemnabunt[& non timebũt]deum in homine [firmauerũt
Luc.23 Mar.15 ſibi]id eſt,ad ſuam perniciem[ſermonem neq̃]repetentes:crucifige crucifige. [ Narra-
uerunt]inter ſe callide colloquentes[vt abſconderent laqueos]id eſt,vt ſic eum occide-
rent,ꝙ occidiſſe non viderentur[dixerunt:quis videbit eos?]id eſt,intelliget eos hoc fe
Lucæ.18 ciſſe,ſi per miniſtros gentium crucifigeretur. [Scrutati ſunt iniquitates] dicentes : non
tradatur per nos,ſed per diſcipulum, ſed[defecerunt ſcrutantes ſcrutinio ] quia quanto
ſubtilius dolos excogitauerunt,tanto grauius à vero lumine defecerunt:ſcrutinio,id eſt,
frequenti inquiſitione.[Accedet homo]vt patiatur [ ad cor altum ] id eſt,ad conſilium
Phi.2 profundum,vt redimatur genus humanum[&]in hoc[exaltabitur deus]id eſt , adqui-
ret ſibi nomen,quod eſt ſuper omne nomen.[Sagittæ paruulorum factæ ſunt plagæ eo
rum]id



rum]id eſt,vulnera inflicta inefficatia facta ſunt comparabilia ſagittis paruulorũ , quæ
A non perueniunt ad animam[& infirmatæ ſunt contra eos linguæ eorum]qui ſi dormie Matt.28.
rũt qs credet eis?ſi vigilauerũt cur non prohibuerũt?[Conturbati ſunt] id eſt, compun-
cti corde[omnes qui videbant eos]id eſt,qui intelligebant inefficacem eſſe fallaciam[&
timuit omnis homo]rationalis,quia nec homo fuit,qui in viſione tam mirabili non ti-
muit.[Et annuciauerunt opera dei]ſcilicet paſſionem,reſurrectionem, & aſcenſionem
[& facta eius intellexerunt]prius,ſcilicet vtilitatem operum eius intellexerunt. [Læta-
bitur iuſtus]id eſt,iuſtificatus per fidem operum dei[& ſperabit in eo]à quo ſalutẽ ha-
bet[& laudabuntur omnes recti corde]qui ad ipſum amandum,& illi ſeruiendum eri-
guntur.

## ¶Pſalmi LXIIII. Enarratio.

TE decet hymnus deus]id eſt,laus tua cum cãtico ſpirituali pulchra eſt & decẽs,quẽ
hymnum ſolus ille cantat, qui deum vere amat[in Sion]id eſt,in ſpeculatoribus fu 1.Cor.15
turorum[& tibi reddetur votũ in Ieruſalẽ]id eſt,in ſuperna ciuitate,vel in pacifica men
te,quia alibi non eſt vouendum.Hoc votum perfecte complebũt,cum tradiderit regnũ
deo & patri. Iſte enim pſalmus eſt vox reuertẽtium de peregrinatione. [Exaudi oratio
nem meam]vt ſim Sion,id eſt,ſpeculator inuiſibilium,& Ieruſalẽ,id eſt,pacificus & trã-
quillus in viſione dei:& merito es laudãdus,quia non es acceptor perſonarũ, imo [ad te Actu.10
omnis caro veniet]id eſt,omnis ſexus,omnis ætas , omnis conditio hominũ: non ꝙ o-
mnes ad eum veniant , ſed de omnibus aliqui.[Verba iniquorum præualuerunt ſuper
nos]qa per vnius hoĩs inobedientiã,multi facti ſunt peccatores[et impietatibus noſtris Roma.5. Philip.2.
tu propitiaberis]quia per vnius obedientiam multi facti ſunt iuſti. [ Beatus quem ele-
giſti ] per gratiam [ & aſſumpſiſti ] per vocationem prædicantium,quia [ inhabitabit
in atrijs tuis]in ſupernis glorificatus.[Replebimur in bonis]æternis[domus tuæ]cœle 1.Cor.3
ſtis [ſanctum eſt templum tuũ]quod ſunt ſancti [mirabile in æquitate] faciens proxi- Matt.7
mo quod ſibi vult fieri.Vt autẽ templũ tuum fieri mereamur. [Exaudi nos deus ſaluta-
ris noſter]id eſt,ſaluatio noſtra[ſpes omnium finium terræ].i.his qui cupiditatibus ter Epheſ.2.
renis finem poſuerunt,vel qui pacem nuntiant his qui longe erant & his qui prope [&
B in mare longe]id eſt,in hoc mundo diu fluctuantibus.Tu dico [ Præparans montes]id
eſt , ſanctos contemplatiuos ſe à terra ſublimantes [ in virtute tua] id eſt, in virtute à te
collata [accinctus potentia ] id eſt,circundatus potentibus & virtuoſis viris ad debel-
landum carnem [qui conturbas] ad pœnitentiam compungis [ profundum maris ]
id eſt,profundam & amaram conſciẽtiam malorum[ & ſonum fluctuũ eius]id eſt,con
tradictionem perſequentium.[Turbabuntur gentes]id eſt,reprobi diſceptabunt , quid
eis ſit faciendum[& timebunt]timore magno[qui habitant terminos]id eſt,qui delibe Matt. 24
rant de contemptu mundi[à ſignis tuis]terribilibus ante iudicium venientibus [exitus Luc.21
matutini ]id eſt, proſperitatis[& veſpere]id eſt,aduerſitatis[delectabis]id eſt,delectabi
les facies,quia ſancti nec proſpera cupiunt,nec aduerſa pertimeſcũt. [Viſitaſti terram] Iohan.1.
id eſt,eccleſiã per verbũ caro factum[& inebriaſti eam]abundantia chariſmatũ & vino
amoris æterni[multiplicaſti locupletare eam]id eſt,muliplici gratiarum varietate dita-
ſti.[Flumen dei repletum eſt aquis]id eſt,ſpiritus ſanctus abundat donis , alijs dans do-
num ſapientiæ,alijs ſcientiæ[paraſti cibum illorũ]iuſto flumine [quoniam ita eſt præ-
paratio eius]vt pane doctrinæ cœleſtis paſcatur.[Riuos eius inebrians] id eſt, ſingulas 1.Cor.12
diſtributiones gratiarum pleniter dans[multiplica genimina eius]id eſt,generatos in fi
de per illas gratias.Nam[in ſtillicidijs eius]id eſt,in verbis prædicationis[lætabitur ger
minans]id eſt,in bono opere pullulans. [ Benedices coronę anni benignitatis tuæ ] id
eſt,ſic exaltabis coronam, id eſt , conuentum ſanctorum pertinentem ad annum beni-
gnum,id eſt,ad tempus gratiæ [& campi tui]id eſt,humiles de ſe non præſumentes,nec Pſal.113.
alta ſapiẽtes[replebuntur vbertate]ſpiritualiũ fructuũ & gratiarũ.[ Pingueſcent ] .i.in-
terna ſacietate gaudebunt,in ardore amoris Chriſti,& melliphona ſuauitate bene ſonã
tis cymbali[ſpecioſa deſerti] qui prius erant deſerti per peccatũ , nũc autẽ facti ſine ru-
ga & macula per virtutẽ ſpecioſi[& exultatione] canori iubili [colles accingẽtur ] .i.ſe Ephe.5
à terra eleuãtes præparabũtur ad premiũ ſpũale.[Induti ſunt]exultatione[arietes ouiũ]
id eſt,duces dñici gregis[& valles].i.ſubditi boni , irrigati doctrina fluente à montibus
[abundabunt frumento].i.ſpirituali cibo & opere bono [clamabunt] quia quod intus
guſtabunt

guſtabunt foras eructabũt[etenim hymnum dicent]id eſt,de beneficijs ſibi collatis de- C
um ſine fine laudabunt.

¶Pſalmi LXV. Enarratio.

Matt.5 IVbilate deo omnis terra ] id eſt, tanto affectu exultate, vt verbis explicari non poſ-
ſit [ pſalmum dicite nomini eius] id eſt,videant opera veſtra bona & glorificent pa-
Rom.11 trem veſtrum qui in cœlis eſt [ date gloriam laudi eius ] id eſt , glorioſam & famo-
ſam facite laudem eius. [ Dicite deo:quàm terribilia ſunt opera tua domine?] qui pre-
Mar.28 cioſis ramis oliuæ naturalis inſeris oleaſtrum [ in multitudine virtutis tuæ mentientur
tibi inimici tui ] id eſt,mendacium falſorum teſtium, virtutem tuæ reſurrectionis non
Colo.3 minorabit,ſed multiplicabit.[Omnis terra adoret te ] quod ad fidem pertinet[& pſal-
1.Cor.3 lat tibi ] id eſt, credens, tibi non ſibi viuat[ pſalmum dicat nomini tuo]id eſt,quicquid
Iob.5 boni fecerit ad gloriam nominis tui Ieſu referat. [ Venite ] ſanctis deſiderijs [ & vide-
1.Cor.3 te ] id eſt, intelligite[ opera domini ] qui comprehendit ſapientes in aſtutia ſua[terri-
bilis in conſilijs ſuper filios hominum ] quia per hoc eos humiliat, per quod exalta-
ri voluerunt. [ Qui conuertit] imbre doctrinæ [ mare in aridam ] id eſt,gentes ama-
ricantes, ſiccos facit ab humore libidinum [ in flumine pertranſibunt] fluentiam re-
Dani.4.7 rum caducarum [ pede]id eſt, facile per contemptum mundi[ibi] id eſt, flumine tranſ-
uadato [ lætabimur in ipſo] non in nobis. [ Qui dominatur in virtute ſua ] id eſt, eius
Rom.10 poteſtas eſt æterna [in æternum oculi eius]id eſt,beneuolentia eius ſuper gentes reſpici-
1.Pet.2 unt ſaluandas[qui exaſperant]eum,de ſuis meritis præſumendo [non exaltentur in ſe
metipſis] id eſt, deſinant ſic gloriari,vel ipſe faciet eos lugere.[Benedicite gentes] con-
Sap.1.16 uerſę[dominum deum noſtrum]qui vos vocauit [auditam facite vocem laudis eius]id
eſt,prædicationem laudis Chriſti præconantem.[Qui poſuit animam meam]peccatis
Prou.17 mortuam ad[vitam]iuſtitiæ[& non dedit]id eſt,dari non permiſit [ in commotionem
Zach.13 pedes meos]id eſt,affectus meos ab incœpto bono.[Quoniam probaſti nos deus]id eſt
Iob.14 nos probatos habuiſti[igne nos examinaſti]non vt conſumeres, ſed vt à ſorde purga-
res[ſicut examinatur argentum]quod non conſumitur,ſed purgatur.[Induxiſti nos in D
laqueum]paſſibilitatis,vt velimus nolimus multas miſerias pateremur,quæ nos vndiq;
illaqueant[poſuiſti tribulationes in dorſo noſtro ] id eſt, pondus flagellorũ nos porta-
re feciſti[impoſuiſti homines ſuper capita ] vt ſuperiores toleremus, qui inferiores eſſe
noſcuntur,vel tales,qui in nos poſſent capitalē ſentētiam dare.[Tranſiuimus per ignē]
id eſt,per vrentem tribulationem[& aquam]id eſt,per corrumpentem proſperitatis ſua
uitatem,vt nec proſperis nec aduerſis tardaremur[&]ſic[eduxiſti nos] poſt tentationis
Rom.12 æſtum[in refrigerium]id eſt,in requiem æternam. [ Introibo in domum tuam ] cœle-
Iohan.15 ſtem [in holocauſtis]id eſt,vt me offeram in conſpectu tuo igne amoris totum inflam-
matum[reddam]tibi cum angelis[vota mea]id eſt,vota laudum,quę in hac vita voueo
[quæ diſtinxerunt labia mea]dicendo me nihil eſſe & deum omnia,me deo egere & nō
deum me:qui ſic diſtinguit & diuidit,recte offert non tantum ſua,ſed & ſeipſum.[Et lo
cutum eſt os meum] etiam voce mea redditurum profeſſus ſum [ in tribulatione mea]
id eſt,in tempeſtate cordis,varijs cogitationibus agitatus. [Holocauſta medullata of-
feram tibi]id eſt,meipſum totum ſucceſum deuotione,& medulla intimi amoris & per
Arietes prælati dicuntur. fecti[cum incenſo arietum]id eſt,cum orationibus ſanctorum, qui ſunt præambuli in
grege domini[offeram tibi boues cum hircis]id eſt,ad honorem tuum mactabo ceruí-
coſitatem & tarditatem meam,cum petulantia carnis, vt tota crudelitas mea abſuma-
Iacob.4 tur, & feruens ſine puſillanimitate maneam in tuo amore.[Venite]id eſt,paſſibus fidei
Matt.7 & boni operis,appropinquate,& ſic [audite] intellectu mentis [& narrabo vobis om-
nes qui timetis dñm]quia non eſt ſanctum dandum canibus, qui oblatrant & mordent
[quanta fecit animæ meæ]id eſt,quanta beneficia mihi cõtulit,quę in tam ſuaui & dul-
ci amore Chriſti tam abũdanter ardere fecit,vt & vos ad imitandũ excitemini, vnde &
1.Timo.2 in hoc me zelate,quia[Ad ipſum ore meo clamaui]ad ipſum ſcilicet obtinendō,& vidē
Conſciētia pētis obnoxia lætari nō poteſt. dum,amandũ,& laudãdum[ore meo]nō alieno, ab affectu[clamaui].i.intēſe & cũ ar-
denti deſiderio oraui[& exultaui].i.in Ieſu iubilaui[ſub lingua mea].i.in corde meo,ſi-
nei ra & diſceptatione,q enim iram habet vel litē cum conſcientia ſua intra ſe, vel quo-
cunq; alio vicio impeditur,exultare nō poteſt in Chriſto,ſed ſæpe triſtitiã & moleſtiam
ſentit.



A ſentit.Qui autem mundam habet mentem,ſemper in gaudio eſt.Et vere ita eſt. Nam Eccle.39
[Iniquitatem ſi aſpexi in corde meo] id eſt, ſi conſenſi iniquitati venienti in cor meum Prou.15
per tentationem [non exaudiet] me [dominus ] dando quod petebam, quia iniquitas Iſa.59
impedit nē mens illuminetur [ propterea]id eſt,quia nōn aſpexi malum in corde meo,
per cõnſenſum vel delectationem [ exaudiuit dominus ] purgando me à ſordibus ter-
renis [& attendit voci deprecationis meæ] multiplicando in animo meo dona ſpiritus
ſancti,vnde illi gratias refero,dicens. [ Benedictus dominus]id eſt, laudatus ſit creator
à creatura [qui non amouit orationem meam ] id eſt , non repulit me ab effectu huius
quod petij[&]ſic nec [miſericordiam ſuam à me] in qua ſpero mea peccata dimiſſa &
ad eius regnum me peruenturum.

¶Pſalmi LXVI. Enarratio.

DEus miſereatur noſtri ] culpam remittens, quæ nos miſeros facit [ & benedicat Prou.14
nobis ] id eſt, augeat oues ſuas & virtutes in eis [ illuminet vultum ſuum ſuper
nos] id eſt, tribuat nobis cognitionem & amorem filij, qui eſt vultus patris, per quem
& ipſe cognoſcitur & amatur, quam cognitionem in ſuperiori noſtro imprimat [ &
miſereatur noſtri] dona ſua in nobis conſeruãdō,vt iterum non peccemus.[Vt] ita do
cti & regulati [ cognoſcamus in terra ] id eſt,in hac vita [viam tuam] id eſt, charita-
tem,quæ nos ducit ad patriam [in omnibus gentibus]iam conuerſis[ſalutare tuum]id Actu.10
eſt,Chriſtum per quem ſaluamur.Ergo relinquentes peccata ſua. [ Confiteantur tibi
populi deus]id eſt,tibi aſcribant merita ſua,& hoc modo[confiteantur tibi populi om-
nes]id eſt,omnes tuis laudibus aſſiſtant,à quo habent vt laudent.[Lętentur]intus ſuaui 2.Cor.9
tate amoris tui[& exultēt ] foris hilares ſe oſtendentes in bonis operibus[quoniam iu-
dicas populos]id eſt,Iudæos & impœnitentes[in æquitate] id eſt,iuſto & æquo iudicio Iſa.6
excæcantur & indurantur [ & gentes ] ſe ad te conuertentes [in terra dirigis ] ad ſalu-
tem,vt relicta creatura diligant creatorem.Ergo [Confiteantur tibi populi deus]id eſt,
beneficium ſuæ ſalutis à te eſſe intelligant[confiteãtur tibi populi omnes]id eſt, laudēt
te ſine fine omnes ſaluati,& merito,quia[terra]id eſt,beata virgo Maria ſemper ſtabilis
B & firma [dedit fructum ſuum]id eſt peperit Chriſtum ſaluatorem populorum . Igitur
[Benedicat nos deus]omnium per potentiam[deus noſter]per gratiã ſpecialem, id eſt, Lucæ.2
virtuoſos nos faciat in præſenti[benedicat nos deus]id eſt,glorioſos nos faciat in futu
ro[& metuant eum omnes fines terræ] id eſt, omnes humanæ creaturæ , qui ſunt fines
terræ,quia propter eos creata eſt terra,non illi propter terram.

¶Pſalmi LXVII. Enarratio.

EXurgat deus]id eſt,fortiter agat reſurgens ex mortuis [& diſſipentur inimici eius]
id eſt,omnes mali & increduli in omnem ventum tentationis & doctrinę neq; ſper
gantur[& fugiant qui oderunt eum à facie eius]id eſt,à præſentia eius. Quo poſſunt fu- Pſal.138
gere ab illo,qui vbiq; eſt?Non enim poſſunt fugere niſi ab irato ad placatum, aut à pla-
cato ad iratum,qui vbiq; amatores ſuos delectat,& inimicos vbiq; deterret & cruciat:fu Matt.25
giant ergo,id eſt,timeant & deſcendant in tormentum à facie eius,id eſt,ab ipſo,pręſen
tialiter iudicante.Nam [Sicut deficit fumus deficiant]id eſt,quanto altius ſe inaniter in Apoc.18
gaudio huius vitæ,& potentia ſeculi extulerint,tanto inferius cōrruant in gehēnam [ &
ſicut fluit cera à facie ignis] id eſt, igne appoſito liqueſcit [ſic pereant peccatores à facie
dei ] id eſt,ſic tollantur impij,ne videant gloriam dei.[Et]his ablatis & in igne æterno Iſa.26
poſitis [ iuſti epulentur ] id eſt, æternis delitijs ſatientur, pro miſerijs quas patienter hic Luc.22
ſuſtinuerunt: iniuſti vero æternis fœtoribus ſaturabuntur pro voluptatibus,quas ama- Iſa.3
uerunt [ & exultent ] ſcilicet iuſti [in conſpectu dei] videntes deum facie ad faciem[de 1.Cor.13
lectentur in lætitia] tantæ viſionis,remoto omni timore.Ergo vt ad illud gaudium per-
tingere poſitis.[Cantate domino]per deuotionem mentis[pſalmũ dicite nomini eius]
id eſt,bonum affectum,bonis operibus oſtendite,quærētes gloriã nominis eius,non ve Col.3
ſtri nominis[iter facite illi]id eſt,parate viã eius ad vos,mundando mentes veſtras per 2.Cor.10
pœnitentiã,& aliorũ corda peruia facientes per prædicationē[qui aſcendit ſuper occa- Iſa.40
ſum].i.q altus apparet in mortuis huic mũdo[dñs nomē illi]ſimpliciter & poteſtatiue. Mar.1
[Exultate].i.cũ canore & ardore iubilate[in conſpectu eius].i.in cõſcientia,vbi ipſe vi
det.Alij vero q exultãt in cõſpectu hoim[turbabũtur].i.vētilabũtur[à facie eius] remo 1.Reg.16
ti qui nos cõturbant,eius dico[patris orphanorum] qbus pater mundus mortuus eſt,& Orphan•
mater

Vidua mater concupiſcentia[& iudicis viduarum]id eſt,pro ipſis iudicans,quibus mortua eſt C
mundana ſocietas,& gaudiũ ſeculare,& q̃bus maritus error,moritur.[Deus in loco ſan-
Matt.5 cto ſuo] id eſt,in mũdo corde manet deus[deus q̃ habitare facit]eos quibus eſt cor vnũ
Actu.4 & vna anima in bono[vnius moris in domo]id eſt,in vnitate eccleſiæ.[Qui educit vin-
ctos]id eſt,aſtrictos vinculis peccatorũ,& tenebris ignorantiæ educit in libertatem gra
Roma.5 tiæ filiorum dei,& ad lucem veritatis:& hoc[in fortitudine ſua]nõ noſtra,id eſt,per vir
tutem ſuam[ſimiliter]educit[eos qui exaſperant]id eſt, qui peccata ſua excuſando pre-
muntur lapide prauæ conſuetudinis[qui habitant in ſepulcris]hi exſperant deũ,reddẽ-
do eum ſibi aſperum,quia obſtinatione iam fœtent in ſuis voluptatibus ſepulti , & hos
Ioh.11 quandoq; reſuſcitat deus ad oſtendendam magnam miſericordiam ſuam,vt nullus de-
ſperet.[Deus cũ egredereris]per viſa ſigna & oſtenſionem mirabiliũ [in conſpectu po-
puli tui]id eſt,coram populo tuo[cum pertranſieris in deſerto]id eſt,in hoc mundo eris
cum illis.[Terra mota eſt]id eſt,cõuerſio peccatorum facta eſt[etenim cœli]id eſt,ſan
cti prædicatores[diſtillauerũt]dulcedinẽ verbi[à facie dei Sinai]id eſt,à cognitione dei
Col.3 carnales affectus[commutati ſunt]in ſpirituales [ & ego ad nihilum redactus ſum ] id
Roma.13 eſt,vetus homo meus qui erat amator temporalium,exuitur, & nouus homo induitur
[& neſciui]prius,id eſt,non attēdi defectum meum,ſcilicet antequam commutares me.
Magna ergo miſeria eſt neſcire ſe peccare,quia non vult corrigi,qui ſe delinquere non
agnoſcit.Et vere commutatus ſum,quia.[Vt iumentum factus ſum]id eſt, manſuetus,
Gala.1 humilis,& aptus ad portandum onus tuum:& hoc non apud me vt mihi aut hominibus
placeam,ſed [apud te]ad tuum honorem[&]ſic[ego ſemper tecū] in præſenti per gra-
Matth.6. tiam,& in futuro per gloriam. [Tenuiſti manum dexteram meam]id eſt,ita direxiſti
opera vt neſciret ſiniſtra,quid faceret dextra[& in voluntate tua deduxiſti me]id eſt,in
beneplacito tuo,ne aberrem ad dexteram per proſpera,vel ad ſiniſtram per aduerſa [&
cum gloria] impaſſibilitatis[ſuſcepiſti me]id eſt,tandem ſuſcipies.Sequitur commēda
Amor dei tio gloriæ.[Quid enim]id eſt,quam ineffabile gaudium [mihi eſt] id eſt, paratur poſt
nihil car- hāc vitam habēdum[in cœlo]id eſt,inter cœligenas [& à te quid volui ſuper terram?]
nale quæ id eſt,quicquid præter te voluero deſpicabile eſt, quaſi diceret:nihil præter te volui ſu-
rit. per terram nec in terra,te amaui,te deſideraui,te concupiui,te prædicaui. Vnde in te &
ex te ita ſum affectus,ꝙ[Defecit cor meū]id eſt,omnis mala concupiſcentia cordis quā
appetebam[& caro mea]id eſt, carnalis cogitatio,qua caro in luxuriā labitur & in gu-
lam,& ita factus es[deus cordis mei]id eſt, poſſeſſor & paſtor[& pars mea] id eſt, ſors
[deus inæternum]Idcirco te elegi. [Quia ecce qui elongant ſe à te]abeuntes in regio-
Lucæ.15 nem diſſimilitudinis, & in delectabilibus huius vitæ tempus ſuum effundunt:vel qui
Ierem.17 aliud à te quàm te petunt [ peribunt ] id eſt,morientur inæternum. Nam [ perdidiſti]
id eſt,ſine reuerſione à te recedere permiſiſti[omnes qui fornicātur abs te]id eſt,qui pro
creatore diligunt creaturam,adhærentes diabolo, & Chriſtum verum ſponſum relin-
1.Corin.6 quentes pro peccato.Ego non fornicor abs te,ſed [ Mihi adhærere deo ] vero amatori
Hebr.6 [bonum eſt]id eſt,ſuaue & ſalubre [& ponere in domino deo ] non in creatura [ ſpem
meam



meam]vt ancoram.[Vt annunciem omnes prædicationes tuas]id eſt, vt prædicem alijs
A quæ de te ſunt prædicanda [in portis]id eſt,in fide,ſpe,& charitate,per quæ ſit introitus
in eccleſiam militantem,quæ eſt[filia Sion]id eſt,eccleſiæ triumphantis, quæ nunc in
requie & in ſpeculatione permanet diuinæ claritatis.

¶ Pſalmi LXXIII. Enarratio.

VT quid deus repuliſti in finem,&c ] Vox ſynagogæ:vel reproborum conqueren-
tium de ſua repulſione,admirātiumq;,ꝙ omnes cum nati ſint mali, tamen aliqui Roma.9
eliguntur,& cæteri repelluntur[Vt quid]id eſt,qua de cauſa,quo merito præcedente[de
us repuliſti]auferendo locum & gentem ſequeſtrati à conſortio ſanctorum, qui tendūt Apoc.1
[in finem]id eſt,in Chriſtum qui eſt finis & deſiderium electorum [ vel in finē ] ſcilicet
ſeculi repuliſti Iudæos[& in fine]id eſt,in morte repellis impios quos in hac vita ſuſci-
pere videris,affluentiam temporalium largiendo,ſed tamen[iratus eſt foror tuus]id eſt Iſa.6
vindictam exerces excæcando multos,vt non videant quid ſit agendum, vel vitandum
[ſuper oues]id eſt,ſuper populum[paſcuæ tuæ]quem paſcis in deſerto huius mundi ſa-
cramento corporis & ſanguinis tui,& quia tam excellentia alimenta indigne accipiunt 1.Cor.11
ideo iratus es eis occidendo plures,vt moriantur inætenum:ſed nunc potius. [ Memor
eſto]ſecundum miſericordiam tuam[congregationis tuæ]id eſt,ſynagogæ, vel populi
Chriſtiani ad te per fidem congregati[ quam poſſediſti ab initio]id eſt,à tempore patri
archarum,vel Iudæos vel Chriſtianos,primo illos nunc iſtos.Et memento,quia [Rede
miſti]à ſeruitute diaboli[virgam hæreditatis tuæ]id eſt, congregationem Chriſtiano-
rum,quæ vt virga gracilis eſt per carnis macerationē, & erecta per ſpem & deſiderium
æternorum:quæ & hæreditas tua eſt,in qua delectaris,cuius figura præceſſit in populo Exod.4
qui ſigno virgæ Moſi credidit Moſen à deo miſſum.Vt autem ſciamus quæ ſit illa hære
ditas,ſubdit[mons Sion]id eſt,ſanctæ animæ poſitæ in tua contemplatione[in quo]id
eſt,in quibus [habitaſti]per gratiam,tuam præſentiam oſtendiſti in eo,id eſt, in eis per Matt.21.
manſurus.Iſtis ſic facies,ſed econtra.[ Leua ]id eſt,leuatam oſtende[manum tuam] id Heb.6
eſt,potentiam tuam [in ſuperbias eorum] qui pios ſeruos occiderunt & poſt filium do
minum hæreditatis,& malorum Chriſtianorum qui crucifigunt filium dei in ſemeti-
B pſis,mortaliter peccantes & opprimentes minores[in finem]ſcilicet conſumptionis,vt
omnino deleantur,ne nimis diſſipent hæreditatem tuam[quanta]id eſt,quàm turpia &
vilia[malignatus eſt]id eſt,maligniter egit[inimicus tuus] qui eſt amicus huius mun-
di[in ſancto]id eſt,in corde mundato per baptiſmum,nunc polluto per omnē immun
ditiam & iniquitatem.Et non ſolum hęc agunt,ſed [ Et gloriati ſunt]de perpetratione,
fornicationis,adulterij,& iniuſtę adquiſitionis[ qui oderunt te ] quia vellent te neſcire
mala quæ faciunt,& ſic ſequitur ꝙ vellent te non eſſe deum:quia ſi poſſes ignorare, poſ
ſes deus non eſſe[in medio ſolennitatis tuæ] id eſt,& in magnis feſtis hæc praua opera
agere non verentur.Hinc eſt ꝙ homines delicati & molles, & vanæ ac ſuperbæ mulie- Mulierū
res in magnis feſtis ſuperbius incedunt,quando maxime deberent humiliari:ſed time- ſuperbia
ant,quia ſuperbus ornatus non impetrat.Vnde ſequitur. [ Poſuerunt ſigna ſua] id eſt,
mundi amatores ponunt[ſigna]ſuperbiæ ſuæ[ſigna]pompaticæ & vanę gloriæ.Eſt ve Superbia
riſſimum diabolicę ſeruitutis ſignum,quia omnes qui Chriſti ſunt carnem ſuam cruci ſeruitutis
figunt cum vicijs & concupiſcentijs,non ſe ornauerunt ad honorem mundi[ & non co- diaboli-
gnouerūt] quanta tormenta eis in futuro præparētur[ſi in exitu]apparet,quia non co- cæ ſignū.
gitant mori,ſed in voluptatibus viuunt,& in peccato ſuo moriuntur:& hoc [ſuper ſum Gala.5
mum]id eſt,ex occulto dei iudicio procedit,ꝙ non cognoſcunt,quia propter magnitu
dinem ſcelerum ſuorum inſanabilis eſt plaga eorum.Et merito, nam [ Quaſi in ſylua
lignorum]id eſt,ita irreuerēter & ſine timore dei[exciderunt ianuas]id eſt,virtutes ſpi- 1.Cor.3
rituales,per quas deus intrat ad animam [eius]id eſt,templi dei,quod eſt anima fidelis Luc.11
[in idipſum]id eſt,vno cōſenſu & vnanimiter[in ſecuri]id eſt,in prauo ope [& aſcia] Ephe.5
id eſt,peruerſa cogitatione[deiecerunt eam]id eſt,funditus euerterūt animam , vt non
ſit dei habitaculum,ſed poſſeſſio dæmoniorum.[Incenderunt igni]cupiditatis & luxu-
riæ[ſanctuarium tuum]id eſt,animam quam ſanctificaſti in baptiſmo[in terra] id eſt
in ſuis terrenis ſordibus [polluerunt tabernaculum nominis tui]in quo nomē tuum Ie
ſus iugi in memoria haberetur.[Dixerunt]id eſt,deliberauerunt [in corde ſuo]apud ſe
[cognatio eorum]ſcilicet reproborum[ſimul quieſcere]id eſt,ceſſare[faciamus]ſecun
H dum deſide-

dum deſideria noſtra viuendo [omnes dies feſtos dei] id eſt, omnem ſabbatizationem
ſanctā, in qua colitur & placatur deus [à terra] id eſt, à memoria noſtra. Et vt hoc intre C
pide agamus. [Signa noſtra non videmus] id eſt, nonne videmus ſigna noſtræ poteſta
tis & dominij eminere & excellere in mundo [& iam non eſt propheta] id eſt ſanctus ex-
Contra prelatos non audẽtes corripere. poſitor, qui nos poſſit reprehendere. Vel propheta, id eſt, prælatus, non eſt qui libere cor-
ripere audeat defectus principum & magnatum, quandoquidem & ipſi prælati irrepræ
henſibiles non inueniunt [& ideo nos non cognoſcet amplius] id eſt, deus non curabit
Sap. 2. facta noſtra poſt hanc vitam, hæc cogitauerunt & irrauerunt. Nam ſubditur. [Vſq; quo
deus] id eſt, quam diu, ecce velocem vindictam pronūciat [improperabit inimicus] ſcili
cet Chriſtum crucifixum, Iudæus incredulus, & iuſtitiam dei blaſphemat, qua peccato-
res punit, malus Chriſtianus qui ſibi impunitatem deceptus promittit [irritat] id eſt, ad
iram prouocat [aduerſarius] qui non vult agere quę præcipis [nomen tuum] id eſt, con
temnit Chriſtum [in finem] id eſt, vſq; ad mortem. [Vt quid] id eſt, quæ eſt cauſa ꝙ [a-
Matt. 25. uertis] id eſt elongas [manum tuam] id eſt, populum, quem manu gratiæ tuæ de infide-
litate ad fidem eduxiſti [& dexteram tuam] id eſt eundem populum ad dexteram tuam
ſtatuendum, ſi fidem operibus bonis adimpleret [de medio ſinu tuo] id eſt ab vnitate ec
cleſiæ quæ in ſinu tuo, id eſt, in ſecretis tuis gaudijs dormiet & requieſcet. Erit hoc [in fi-
nem] id eſt vſq; ad finem ſeculi, vel vniuſcuiuſq; vitæ. Et ſi iſti errent & auertantur à ſinu
dei, tamen deuota plebs & deo ſeruiens gratias agens, dicat. [Deus autem rex noſter] ꝗ
nos regit [ante ſecula] permanens operatus eſt ſalutem, dormientibus ſuperbis in ſuis
Gene. 3. voluptatibus [in medio terræ] id eſt, humilibus qui ſe terra & cinerem cognoſcunt. Et
iſtos. [Tu cōformaſti] in fide, ſpe, & charitate [in virtute tua] .i. per fortitudinem eis à
te datam [& tu confirmaſti mare] inſtabiles prius & amaros per peccatum [contribula
ſti capita draconum] id eſt amputaſti principalia vicia, quæ doloſi ſpiritus ſuggerunt, &
hoc [in aquis] ſcilicet baptiſmi vel pœnitentiæ & lachrymarum. [Tu confregiſti capi-
ta draconis] id eſt, prauas ſuggeſtiones diaboli diſſipaſti [dediſti eum] id eſt, membra
Ephe. 2 iſtius draconis, quæ ſunt omnes mali, quoſdam ex his dediſti [eſcā populis Aethiopum]
id eſt, ad incorparandū his qui prius fuerunt tenebræ, nunc autem lux in domino. [Tu D
dirupiſti fontes] id eſt, manare feciſti apoſtolos & alios ſanctos doctrina abundātes [&
torrentes] id eſt, impetum ſpiritualis eloquentiæ [tu ſiccaſti fluuios Etham] id eſt, ſcien-
Rom. 1 tiā ſecularē & argumenta philoſophorum, de ſe pręſumentium vana & ſtulta oſtendiſti
1. Cor. 1 Et bene hæc facis, nam. [Tuus eſt dies] id eſt, tui ſunt ſpirituales viri [& tua eſt nox] id
eſt, etiam illi qui carnaliter viuunt in tua poteſtate ſunt [tu fabricatus es auroram] id eſt
neophytos, qui iam conuertuntur [& ſolem] id eſt, perfectos qui in ſe lucent, & alios ad
lucendum irradiant. Et vt vniuerſaliter dona tua complectar. [Tu feciſti omnes termi-
1. Cor. 7 nos terræ] id eſt, vnuſquiſq; proprium donum habet à te, & omnibus electis, & etiam
Deus terræ ponit terminū. reprobis terminum imponis, vltra quem nec in bono nec in malo proficient [æſtatem]
id eſt, ſpiritu feruentes & amore tuo amœni iam facti [& ver] id eſt creſcētes in bonis opi
Rom. 12 bus, non alta ſapiētes [tu plaſmaſti ea] ad honorem tuum. [Memor eſto huius] ſcilicet,
rei quam plaſmaſti, & ſi non palea℞, quia [inimicus] qui amat quod tu odis ſcilicet pec
catum [& improperauit domino] ſcilicet vulnera, mortē, & tormēta, quæ paſſus eſt tota
die falſe & in vanum ſumēdo [& populus inſipiens] ſine ſapore cœleſtium, nec prouidēs
Hebr. 11. in futurum [incitauit nomen tuum] non credens te remuneratorem bonorum & malo-
rum, illi ſic delirant, ſed [Ne tradas beſtijs] id eſt, dæmonibus [animas confitentes tibi]
id eſt propter gloriam tuam, modo profeſſionem fidei facientes [& animas pauperum
tuorum] id eſt, qui propter te ſe pauperes faciūt in hoc ſeculo, vt diuites ſint in cœlo [ne
Matth. 19 Luc. 6 obliuiſcaris in finem] id eſt, ad mortem, quàmuis nunc eis iraſci & eorum obliuiſci vide
ris, dum ſinis eos vndiq; anguſtiari & affligi, & perſecutionem pati, & non ſtatim eruis
Iacob. 1 eos, ſed hoc non erit [in finem] id eſt ad cōſumptionem eorum, ſed potius ad probatio-
nem, vnde ſequit. [Reſpice] oculo pietatis tuę [in teſtamentum tuum] id eſt, in promiſſi-
onem reliquijs factam, & his qui diligunt te, & propter amorem tuum libēter patiunt,
quia ecōtrario [repleti ſunt qui obſcurati ſunt] id eſt, hi qui habēt cor obſcurū tenebris
vitiorum, & euanent in cogitationibus ſuis prauis [terræ] quia in tantum terrę inclinā
tur, ꝙ terrenis immundicijs replētur [in domibus iniquitatum] id eſt, in ſuis cordibus
& conſcientijs iniquitatibus obſcuratis, Iſti ſic in voluptatibus ſuis obſcurantur, aliter
autem



autem de paupere eſt, de quo. [Ne auertas] à dono gratiæ tuæ [hominem] id eſt, qui ſe Eccle. 4
A humum nouit & ideo [factum confuſum] id eſt, humiliter confitentem fœditatē ſuam
pro qua confuſionē nunc habet ad tēpus, ne poſtea confundatur in æternum [pauper]
qui ſibi non ſufficit, ſed ſemper à te petit [& inops] humana ope deſtitutus, & tibi dereli
ctus [laudabunt nomē tuum] id eſt, Ieſum perenni memoria retinebunt non ingrati be-
neficijs tuis: laudant pauper & inops: ſed [Exurge] deus contra opulentos & reprobos,
qui nō laudant nomen tuū, ſed blaſphemant [iudica cauſam tuā] te indigne tractatum
à prauis ſacerdotibus [memor eſto improperiorū tuorū] ad vlciſcendū, ꝗa improperant
tibi infirma, quæ ſuſcepiſti pro nobis in iuramentis & periurijs ſuis [eorum quæ ab inſi
piēte ſunt] tibi obiecta, ꝗa ſapiens non ſic facit, ſed ſemper tibi placere appetit [tota die]
id eſt, aſſidue. [Ne obliuiſcaris] id eſt, ne videaris nō punire [voces inimicorū tuorum]
id eſt, verba & clamores falſorum Chriſtianorum, ꝗbus detrahunt ſeruis tuis, & contra Hūilitas eſt cuſtos virtutū, ſuperbia corruptio
proximos iniuſtum iudicium proferūt [ſuperbia eorū qui te oderunt] id eſt, iugū tuum
abijciunt [aſcendit ſemper] .i. multiplicatur & augetur. Ad hoc aſcendit vt cadat: hu-
militas enim eſt cuſtos virtutum, & ſuperbia corruptio, radicem omniū bonorum are
facit vt nihil boni creſcat.

## ¶ Pſami LXXIIII. Enarratio.

COnfitebimur, &c.] Vox capitis adiungens ſibi membra, vt eſt illud: Nos adora- Iohan. 4
mus quod ſcimus. [Confitebimur tibi deus] id eſt, laudabimus te corde & ore [cō Matt. 5
fitebimur] id eſt, laudabimus bonorū operum manifeſtatione [& inuocabimus nomē
tuum] .i. nos ſeruos exhibemus dn̄io tuo. Inuocare enim eſt intime vocare. i. corde, ore, Inuocare quid ſit.
& ope. [Narrabimus mirabilia tua] ſcilicet partū virginis, reſurrectionē et aſcenſionem
Chriſti, nec in vanū narrabuntur, ſed ad multorū ſaluationē, & aliorum perditionē, vn-
de [cum] vox capitis [accepero tempus] ſcilicet iudicandi à patre, ego qui iniuſte iudica
tus ſum [iuſtitias iudicabo] reddēs bonis quod optauerunt, malis quod meruerūt, quia Iohan. 5.
malum eorū in caput ſuū faciam redundare. Timeant hanc ſententiā, qui ante tempus 1. Cor. 4
iudicij multa temeraria iudicia proferre non erubeſcunt, hi ſunt detractores & calum-
niatores operum bonorū, quamuis & ipſi aliquid tale agere non ſciant. Iudicabo dico,
B ſed prius. [Liquefacta eſt terra] id eſt, præſens eccleſia iuſtorum amore dei liqueſcit [&
omnes] ſcilicet iuſti [qui habitant in ea] eccleſia fide operante per dilectionē, ab amore Gala. 5
mundi deficiunt, & in amorem Chriſti currunt [ego confirmaui] in gratia, vt non pec-
cēt mortaliter [colūnas] .i. ſanctos doctores miſſo ad eos ſpiritu ſancto, quoℛ doctrinis
ſuſtentamur & exēplis, qui gratia ſpeciali habent ſpiritū ſanctum [eius] ſcilicet eccleſię; Ephe. 4
& multos qui prius nutabant confirmabant ne timerent. [Dixi] per me & per illos. Vn
de qui vos ſpernit me ſpernit [iniquis] .i. male credentibus, & his qui fidē habēt ſine o- Lucæ. 10
peribus [nolite iniq; agere] colendo pecuniam, & contēnendo dei maieſtatē. Hæc enim Iacob. 2
eſt iniqtas veſtra, ꝙ plus diligitis creaturā q̄ creatorē [& delinquētibus] in via morū, ꝗa
multi ſunt aſperi & amari in conuerſationibus ſuis, & alijs faſtidioſi, etiam pleriq;, qui
nonnullis & ſibi præcipui vidētur, & his dixi [nolite exaltare cornu] .i. cum feceritis ini
quitatē, quod vobis ſæpe contingit, nolite defendere per elationem. Et dixi. [Nolite ex-
tollere in altum] id eſt, ſupra alios vos æſtimando meliores [cornu veſtrum] id eſt, repu
gnantiam quam tenetis aduerſus deū & homines, quia homines deſpicitis, & ideo cum
deo non concordatis. Abſcidite ergo cornu iſtud [& nolite loqui aduerſus deū iniquita
tem] putantes eum impœnitentem velle ſaluare, vel ſaltem mala noſtra minima nolle
punire. [Quia neq; ab oriente] id eſt, hi qui ſunt in ortu virtutum [neq; ab occidente] id
eſt, neq; qui ſunt in occaſu vitiorum, poſſunt à ſuis cōſcientijs fugere, & iudiciū meum
non ſentire, quanto magis [neq; à deſertis montibus] id eſt, omnes malos, qui ſine fru-
ctu bonorū operum ſunt ſua ſuperbia non liberabit à ventura ira? [quoniam deus] qui Iohel. 2
omnia ſcit & omnia poteſt, & quē nulla latet cogitatio [iudex eſt] ſicut ergo vbiq; iudi- Sopho. 1
caturus eſt ita & vbiq; timendus eſt. Ecce iudicium. [Hunc humiliat] qui ſe exaltat [& Heb. 4
hunc exaltat] qui ſe humiliat [quia calix in manu dn̄i] id eſt, iudicium modificatū ſecun 1. Reg. 16
dum voluntatem vniuſcuiuſq; in poteſtate eius eſt [vini meri] id eſt, clarę iuſtitiæ, nulli- Lucæ. 18
us iniuſtitiæ fece admixtus, ſed tamen [plenus mixto] quia bonis bona, malis mala re-
pendet. [Et inclinauit] in præſenti [ex hoc] ſcilicet iudicio [in hoc] id eſt, in miſericor- Iohan. 5
diam vt ſic poſſet ſaluare multos, & amarum ſæpe in dulce cōuertit vt ipſum cognoſca-

 mus [ve-

mus[verumtamen]quàmuis calix ſit vini meri ꝙ iuſti bibant[ fex eius] id eſt,vindicta
iudicij[nõ eſt exinanita]id eſt,omnino euacuata,qa malis reſeruata eſt.Nam[ex ea bi- C
bent omnes peccatores terræ]id eſt,omnes qui in terrenis ſordibus & voluptatibus ſuis
Ierem.48 moriuntur,qui nunc optimo vino & pigmentis ſe inebriare ſatagunt,tunc feces calicis
irę dei,id eſt,extremam damnationem bibent. Iſti ſic in iudicio confundentur. [ Ego
autem]dicit eccleſia iuſtorum [annuntiabo in ſeculum ] id eſt,per totam vitam iſtam,
quid iuſtis pro iuſtitia,iniuſtis pro iniuſtitia debeatur[cantabo deo Iacob]id eſt,ad lau-
Cornua pctõrum q̃ ſint. dem dei.[Et omnia cornua]id eſt,vanam ſpem,breuem potẽtiam,& falſum honorem
peccatorum[confringam]id eſt,cito confringenda eſſe ore & opere prædicabo [&] ꝙ
Matt.22 [exaltabuntur cornua iuſti]id eſt,iuſti per celſitudinem charitatis & virtutum ſuarum,
Lucæ.20. in cœleſtibus habitabunt cum angelis ſanctis inæternum.

## ¶Pſalmi LXXV. Enarratio.

NOtus in Iudæa.]Canticum ad Aſſirios,id eſt,ad dirigentes ſe ad ſola ſuperna deſi-
deranda,qui reddunt vota ſua Chriſto cum iubilo & exultatione. [Notus in Iu-
Eccleſia Chriſti Iudæa dicitur. dæa deus]id eſt,in vera Iudæa,ſcilicet eccleſia quæ Chriſtum confitetur inter minas &
blandimenta[in Iſrael].i.in perfectis contemplatiuis [magnum nomẽ eius].i.magna
Philip.2 gloria nois eius Ieſu in ipſis permanet.[Et factus eſt in pace locus eius] id eſt, in mente
Iſa.66. quieta & trãquilla ſine perturbatione vitiorum habitat[& habitatio eius in Sion]id eſt,
in ſpeculantibus gloriã futurã,& contẽnentibus præſentem.[Ibi]id eſt,in Sion [ cõfre-
Ephe.6 git].i.inutiles & inefficaces reddidit[potẽtias].i.nequitias ſpirituales & corporales ſci-
licet[arcũ].i.dolum malorũ ſpirituũ[ſcutum].i.pręſumptionẽ artificioſarũ diſputatio
Gala.5 num[gladiũ].i.manifeſtã malorũ impugnationẽ[& bellũ]ſcilicet carnis aduerſus ſpi-
ritum.Iſta ſic confringis. [Illuminans tu mirabiliter].i.mirabilibus ſignis vel mirabili
dulcedine hunc mundũ,incipiens[à mõtibus æternis].i.ab apoſtolis & alijs ſanctis,qui
Roma.8. ſplendorẽ æternæ lucis præ alijs ſuſcipiunt,& his illuminatis & prædicantibus veritatẽ
2.The.2 conſtãter[turbati ſunt]ad irã moti,qa nolunt audire ꝙ peſſime errant [omnes inſipien
tes corde].i.tyranni & diuites huius mundi,q non ſapiunt ea quæ dei ſunt,ſed eorũ tan-
tum quæ ad mundũ pertinent,ſaporẽ habent in corde ſuo,& ideo recte inſipiẽtes dicun-
tur.[Dormierunt ſomnũ ſuum].i.præſentẽ vitã in voluptatibus ſuis tanq̃ dormientes D
pertranſierunt,nec viuentes ſecundũ rationẽ, neq; attendentes pœnã ſibi præparatam
[&]excitati à ſomno per mortẽ[nihil inuenerũt].i.in futuro nullũ bonum meritũ inue
Diuitias habere malum non eſt. niunt, qui hanc vitam voluptuoſe laxis frenis concupiſcentiæ ducũt[ omnes viri diui-
tiarum].i.qui à diuitijs poſſidẽtur per concupiſcentiã,non qui diuitias poſſidẽt propter
charitatem.Hi nihil inuenerunt[in manibus ſuis].i.in poteſtate ſua,qa manibus Chri
Luc.16 ſti,id eſt,pauperibus nihil meritorium cõmiſerunt,qa ſi quid forte dederunt,aut fuit ex
iniuſte adquiſitis,& eis nõ proderit,aut propter vanã gloriam & ob erit, aut extra chari
tatẽ & conſumitur putredine vt fructũ non habeãt.Vnde veraciter dictũ eſt: Qui amat
Eccls.5 diuitias fructũ non capiet ex eis.Bene ergo vita præſens ſomnus vocatur, qa ſicut in ſo-
Vita præſens,ſomnus vocatur. mnis multa apparent & nõ ſunt vera,ſed fantaſtica:Sic in hac vita,nihil verũ & durabi
le eſt,ſed vanitas & vmbra cuncta dicuntur,falſus honor,diuitię vanę,dignitas ducens
ad deformitatem & deiectionem.Et ſi quæratur vnde hæc fiunt,reſpondendo ſubdit.
Eccle.1.2 [Ab increpatione tua deus]id eſt,te illos increpante propter nequitiam ſuã , accidit eis
Iob.8 malũ in futuro,q nunc[dormitauerunt]id eſt,excæcabantur amittentes vſum rationis,
nec reſpicientes ad verũ lumen[qui aſcenderũt equos] .i.qui ſe prætulerunt in pompa
Equus iuſti vel mali homis q̃s ſit. ſeculi,in hac equitant ad infernũ,ſicut iuſti per contẽptum mundi equitant ad cœlum.
[Tu terribilis es]id eſt,apparebis eis terribilis,q nunc in peccatis dormiunt,& ante mor
tem non ſurgunt[&]tunc[quis reſiſtet tibi]id eſt,quis illorũ reproborũ poterit euadere
vindictam quam inferes eis,quaſi diceret nullus,nam [ex tunc] id eſt,ex tẽpore iudicij
particularis vel vniuerſalis[ira tua]id eſt,effectus iræ tuæ videbitur,qui eſt pœna æterna
& nunc non videtur,ſed tamen [De cœlo auditum feciſti iudicium]id eſt,comminatus
es eis iudicium damnationis,niſi ceſſarent peccare.Cur ergo non cauent dum poſſunt?
forte non credunt hoc venturum eis, quia ſi crederent, æſtimo ꝙ timerent, ſed excæ-
cantur, & ideo non timent nunc, nam [terra tremuit] id eſt, illi terreni & terrenorum
amatores tremebunt in iudicio, qui ſe male ſecuros putant in hoc mundo [& quieuit]
id eſt, tunc ſilebunt ab omni excuſatione, & defenſione peccatorum ſuorum, ſcientes
ſe iuſtiſſi-



ſe iuſtiſſime damnatos eſſe & complebuntur hæc [Cum exurgeret] id eſt, ſe oſtende- Matt.16
A ret [in iudicio deus]id eſt,ad iudicandum reddens vnicuiq; ſecundum opera ſua et[vt] 1.Cor.3
tunc[ſaluos faceret omnes manſuetos terræ]id eſt,omnes iuſtos in eccleſia. Et merito Rom.2
tunc ſaluabũtur manſueti. [Quoniam nunc cogitatio hominis]ſcilicet manſueti[con-
fitebitur tibi]id eſt,cogitat per cõfeſſionẽ recedere à peccato[&]ſic [reliquię cogitatiõis
diem feſtum agent tibi] id eſt,cum ſenſerit conſcientiã peccatis exoneratam,reliquum 2.Cor.1
eſt,vt glorietur intra ſe teſtimonio conſciẽtiæ bonæ,hic dies feſtus ſumme Chriſto pla- Prouer.15
cet,ſecura enim mens eſt,quaſi iuge conuiuium,in munda enim mente eſt gaudium in- Dies feſtus iuſti
effabile.In hoc feſto ſunt cibaria delicata diuini amoris,potus æternæ ſuauitatis, ignis quid ſit.
ſpiritus ſancti & melos beneſonãtis cymbali & ſoni superni.Ergo cum talis & tam ſua
uis ſit feſtus,vt & vos poteritis hunc deo agere.[Vouete] ſcilicet abrenunciationem ſe-
culi & criminum.Alioquin non agetis [& reddite] fideliter quod vouiſtis, voluntatis
eſt vouere,ſed neceſſitatis eſt votum reddere. Vel vouete vos ipſos [& reddite domino
deo veſtro]cui debetis totum quod eſtis[omnes qui in circuitu eius]id eſt,qui ei arden-
ter adhærentes[affertis munera]id eſt,qui tractatis quæ placita munera ei afferatis,voſi-
pſos ei afferte.Aliter non placebitis ei quicquid afferatis.Et bene dico reddite. Sed non
reddentibus.[Terribili]terrebit enim eos quando non poſſunt confortari[& ei] reddi-
te[qui aufert ſpiritum principum]id eſt,non ſolum principes terret,ſed & aufert omnẽ
tumorem ſuperbiæ eorum[terribili apud omnes reges terræ]quia in conſpectu eius ter Sap.5.
rebuntur.Vnde dicitur,videntes turbabuntur timore horribili & ſubitatione inſperatæ
ſalutis.

## ¶Pſalmi LXXVI. Enarratio.

VOce mea]non aliena quia cum affectu cordis[ad dominum clamaui]non aliud à
deo,quàm deum petens,vt ſit mihi dominus & deus[voce mea]ſcilicet orãdo [ad Clamor iuſtorum
deum clamaui]cum deſiderio mentis. Clamor enim iuſtorum eſt ardens deſiderium quid ſit.
eorum[&]ſic diſpoſito[intendit mihi]id eſt,intenſum ſe mihi exhibuit, vt tota intẽtio
mea ſit in ipſo,& hoc.[In die tribuliationis]id eſt,tentationis & aduerſitatis [deum ex-
quiſiui]non illam libidinem de qua tentabar,ſed ipſum deum qui extingueret omnem
B concupiſcentiam malam[manibus meis]id eſt,operabar quod bonum eſt[nocte]id eſt
in hac vita quæ nox eſt comparatione lucis ſupernę:vel reprehendit ocioſos hic qui e-
tiam in die nolunt laborare[contra eum]id eſt,ante ipſum conſiſtens & ad eũ tota men-
te tendens[& non ſum deceptus]ſcilicet à praua ſuggeſtione quærens videri à deo non Gal.1
ab hominibus.Monemur enim in hoc pſalmo ab appetitu terrenorum tranſire ad ap-
petitum cœleſtium,vnde ſubdit.[Renuit conſolari anima mea]id eſt,omnem humanã
reſpuit conſolationem,& ideo diuinam habebit,nam[memor fui dei] id eſt,in memo-
ria deum habui[& delectatus ſum]& in hac memoria[exercitatus ſum]id eſt,ad hoc to
tum ſtudium meum adhibui,& tempus meum impendi[&]in inquirendo[defecit ſpiri
tus meus]quia res quam quæro longe ſuperat virtutem meam,quia diceretur mihi: A-
uerte oculos tuos,quia ipſi me auolare fecerũt,ſed tamen [Anticipauerunt vigilias ocu- Cant.6
li mei]id eſt,ſtudioſius alijs operã dedi ad hoc,ego Idith, id eſt, tranſiliens mundi cupi-
dinem[turbatus ſum]pro defectu ſpiritus mei,quia nondum poteſt in illam lucem figi
[&]tamen[non ſum locutus]murmurando[aduerſus deum]quamuis alij perſpicacius
intelligerent & dona maiora à deo perciperẽt,ſed potius.[Cogitaui dies antiquos]illos Gene.3
ſcilicet in quibus hunc defectum in primis parentibus meruimus omnes, & ideo quos Roma.9
vult deus illuminat & quos vult indurat,id eſt,non illuſtrat[&]ideo[annos æternos]in
quibus non erit iſte defectus,quia ſi non peccaſſemus, deum indefeſſe & ſine perturba-
tione contemplaremur[in mente]id eſt,in deſiderio [habui & meditatus ] ſum de illis
diebus[nocte].i.aduerſitate interrupta quiete[cũ corde meo] loquẽs & tractans [& ex-
ercitabar] in hac meditatiõę[& ſcopebã].i.expurgabã[ſpiritũ meũ]ſcrutãdo rationali Philip.2.
tatem meã conferens apud me. [Nunquid inæternũ].i.irremediabiliter [proijciet de-
us]hominem à manifeſta ſui viſione[& non apponet]voluntatẽ perficere qui dedit vel
le [vt cõplacitior ſit adhuc]mihi vt plenam eius deguſtem ſuauitatem.[Aut in finem]
id eſt,prorſus in conſumptionem[miſericordiã ſuam].i.amiſſam vel promiſſam beati
tudinem[abſcidet à generatione]mortali[in generationẽ]id eſt, vſq; in generationem
immortalem.[Aut obliuiſcetur miſereri deus]id eſt,an hoc facit per obliuionẽ, vt non
miſereatur[aut continebit]quaſi ſtudio nolle miſereri [in ira ſua]antiqua [ miſericor-



dias ſuas

Cant.1. dias ſuas]hic quantũ ad ſpẽ,ibi quantũ ad rem,quaſi diceret,non.[Et]ſic quærẽs quem
diligit anima mea [dixi]in corde meo cũ gaudio [nunc cepi] .i.tenui dilectũ nec dimit C
Matt.25. tã,quia[hæc eſt mutatio]qua nos mutamur de malo ad bonum[dexterę]vt nos ad ſuã
1.Cor.13. dexterã ſtatuat in futuro[excelſi]dei propitij qui nunc dat videre per ſpeculũ in ęnig-
mate q̃d quærebamus.[Memor fui operum domini]quæ dñs fecit patribus veteris& no
Exodi.5. ui teſtamenti,vt aſſequerent̃ iſtã mutationẽ[q̃a memor ero mirabilium tuorum]quæ fe
ciſti corã pharaone & in mari rubro ab initio mundi.[Et meditabor in omnibus operi-
bus tuis].i.in cœleſtibus & terreſtribus quę cognoui,vt ꝑ exhibitionẽ beneficiorũ viſi-
Roma.1. biliũ,pertingã ad certitudinẽ inuiſibilium gaudiorum[& in aduẽtiõibus tuis]ad noſtrã
ſalutẽ pertinentibus[exercebor]vt vel aliquantulũ intelligã immẽſam charitatẽ tuã er-
Daniel.6 ga genus humanũ.[Deus in ſctõ] ſanctorum Chriſto[via tua].i. meditatio vel chari-
Deute.32. tas per quã peruenit̃ ad te[q̃s deus magnus ſicut deus noſter?]nemo tibi cõparabilis eſt
[tu es deus]non alius quã tu[qui facis mirabilia]quia quicũq; facit per te,tu facis,non
1.Cor.1. ipſe.[Notam feciſti in populis veritatẽ tuã].i.Chriſtũ qui eſt tua virtus & ſapientia [re
Iohan.1. demiſti in brachio tuo].i.in filio per quẽ operaris cuius ſanguine redemiſti[populum
Apoca.1 Ephe.6. tuum].ſ,filios Iacob & imitantes ſupplantatores vitiorũ,qui viriliter decertant contra
ſpirituales hoſtes[& Ioſeph].i.imitatores cõtemplatiuorum, qui aſſidue creſcũt in vir
tutibus.[Viderunt te aquę deus].i.populi per fidem te cognouerunt[viderunt te]id eſt
iudicem venturum intellexerunt[&]ita[timuerunt]ne gloriã amitterẽt,& pœnã incur
rerẽt[turbatę ſunt].i.compunctę ad pœnitentiã[abyſſi].i.etiã illi qui in profundo ma-
lorũ erãt,ſed & [Multitudo ſonitus aquarum].i.multi homines prius cum repugnan-
tia ſonãtes turbabant̃ ad contritionẽ,& hoc fuit dum[vocẽ]prędicationis[dederunt nu
bes].i.ſancti,corda arida per doctrinã irrigantes,tonitruum æternæ pœnę comminan
tes,& exemplũ claræ conuerſationis & opportunæ quaſi fulgur emittentes.[Etenim ſa
gittę tuę].i.ſentẽtię ſacræ ſcripturæ à prædicatoribus miſſę cooperãte ſpũ ſancto [tran-
ſierunt] .i. penetrauerunt corda terrenorũ,& vulnerauerunt ab amore ſeculi ad amorẽ
dei[vox tonitrui tui].i.euangelij terrentis peccatores[in rota].i. ꝑ totum mundum eſt
audita, nam [Illuxerunt coruſcationes tuæ].i.verba tua quibus illuminant̃,qui ad te cõ D
uertuntur[orbi terrę].i.humanæ creaturæ[ & ]ſic[cõmota eſt]de infidelitate ad fidem
Matt.19. de nequitia ad charitatẽ,de altitudine ad paupertatẽ Chriſti[&]prius[cõtremuit terra]
.i.illud cor terrenum audito tonitruo & viſis ſignis.[In mari].i.in cõiugatis & alijs qui
in amaritudinibus & fluctibus huius vitæ morant̃[via tua].i.mãdata decalogi, de qui-
bus dicitur ſi vis ingredi ad vitã,ſerua mandata[& ſemitę tuę].i.artiora præcepta euan
Iohan.10. gelij[in aquis multis].i.in pauperibus voluntarijs,qui dulces ſunt per cõtemplationem
Cõtra ſacerdotes qui alios docent & in ſe male viuũt. dei,qui multi ſunt in ſe,quãuis in cõparatione aliorũ pauci ſint[& veſtigia tua] per quę
ad hominẽ veniſti [non cognoſcent̃]perfecte in hac vita,ſed tamẽ [Deduxiſti].i. ſicut
bonis paſtor deducis[ſicut oues].i.innocẽtes humiles & manſuetos [populum tuum]
ſcilicet quem elegiſti[in manu].i. in regimine & ducatu[Moſi & Aaron]prælatorum
maiorum&minorum,quia ſacerdotes ſæpe alijs ianuam cœleſtis regni aperiunt,&ipſi
Matt.23. propter improbam vitam ſuam à regno excluduntur.

## ¶Pſalmi LXXVII. Enarratio.

ATtendite populule meus legem meam]id eſt,vos qui eſtis in populo meo, diligen-
2.Cor.3 ter cõſiderate legem quam dedi vobis,ne moriamini,q̃a litera occidit,ſpiritus au-
tem viuificat,ſpiritualem intelligentiam quærite[ & inclinate aurem veſtram]id eſt cũ
humilitate aurem cordis præbete[in verba oris mei]vt recte intelligatis quæ dicturus
Matt.13. ſum.[Aperiam in parabolis os meum]id eſt,aperte loquar,id eſt,in ſimilitudinibus ali-
quid myſticum continentibus,vult dicere,ꝙ nulli ſit dubium ſe parabolice loqui, para-
bola autem aliud ſonat in verbi ſuperficie, aliud tenet clauſum intra ſe [loquar propoſi
tiones]id eſt,mirabilia geſta genti Iudæorum oſtenſa narrabo,quæ in figura Chriſtia-
1.Cor.10. norum contigebant[ab initio]id eſt,quæ acciderunt à tempore congregationis &gene
rationis patriarcharum.Reſpondẽt auditores.[Quanta audiuimus]in veteri teſtamen-
to,quod ita ſit[& cognouimus ea]in nouo quæ facta fuerunt[& patres noſtri]quorum
doctrinis & verbis inſtruimur[narrauerunt nobis]in ſcripturis ſuis. [Non ſunt occul
Heb.11 tata à filijs eorũ]id eſt manifeſtata ſunt nobis beneficia illis exhibita,qui ſumus filij pro-
phetarum



phetarum ſecundum fidem [ in generatione altera] id eſt, alterata & regenerata, patres Iohan.3
A dico.[Narrantes laudes domini]id eſt,laudabilia facta[& virtutes eius]id eſt,deiectio-
nes inimicorum noſtrorum ſpiritualium & ſuorum corporalium [ & mirabilia eius ]
id eſt, beneficia admiratione digna quæ fecit ad laudem ſuam & cõmodum noſtrum.
[Et ſuſcitauit teſtimoniũ in Iacob]id eſt,teſtatus per facta ſua & dicta, ꝙ illi ſoli ſit ſer- Deut.6
uiendum,dans legem qua veniente reuixit peccatum,quia per legem cognoſcitur pecca Matt.4.
tum [& legem poſuit in Iſrael]id eſt, Iudæis tanquam iugum peccatoribus, dum iubet Rom.3
iuſta & prohibet iniuſta. [Quanta] ſcilicet ſignantia [mandauit] id eſt,præcepit [pa-
tribus noſtris]vt ſurgerent à carnali intellectu[&]ſic[nota facere ea]id eſt,indicare [ fi-
lijs ſuis] id eſt, poſteris [vt cognoſcat] ea ſalutem ſuam continentia [ generatio altera] Iohan.3.
id eſt,mutata per baptiſmum. [ Filij qui naſcẽtur] ſcilicet ſpiritualiter ex deo [ & exur-
gent]à vitijs & carnalibus obſeruantijs ad ſpiritualem intelligentiam[enarrabunt filijs
ſuis ] id eſt, imitatoribus, quemadmodum faciant. Et bene quoniam ad hunc finem Eccle.31
docent. [Vt ponant in domino deo ſpem ſuam ] non in theſauris pecuniæ, nec de
ſua iuſtitia præſumant,ſed in timore ſubditi ſint deo[& non obliuiſcantur operũ domi
ni ] ne ingrati beneficijs eius inueniantur [& mandata eius exquirant ] vt ab ipſis deo
adiuuante impleantur. [ Ne fiant] ſcilicet ingrati [ſicut patres eorum ] qui fecerunt ſi-
bi vitulum conflatilem ad adorandum poſt immenſa beneficia, patres dico [generatio Exo.29 Colo.3
praua] in voluntate [& exaſperans] deum,in operatione. [ Generatio quæ non direxit
cor ſuum] ſurſum ad ſuperna deſideranda & ſeruiendo deo propter deum, ſed propter
diuitias huius vitæ [& non eſt creditus] ab ipſis vt ſit [cũ deo]ſentiens[ſpiritus eius]ſci-
licet,vt faceret voluntatem dei,ſed depreſſit eum ad terrena, & clauſit viſcera ſua ab a-
more dei,quæ praua generatio.[ Filij Effrem] id eſt,diuites in hoc ſeculo fructificantes
per temporalia bona, & qui maiores videntur bene promittentes, omnia quæcunque
præcepit nobis faciemus, ſed tamen [intendentes] id eſt,intenſum habentes [& mitten
tes] id eſt,mittere conantes [arcum ] id eſt,doloſitatem & telorum malorum perſuaſio-
nem, quia multa mala faciunt, & tamen ſe amare dicunt, quod facto probant, nam
[conuerſi ſunt]id eſt, abierunt retro poſt Satanam [ in die belli]id eſt,in conflictu cum Iohan.6
B vitijs,quia ante congreſſionem ſuccumbunt concupiſcentia ſua deuicti[in die]tentatio-
nis,& hi [Non cuſtodierunt teſtamentum dei]id eſt,quod deo promiſerunt,implere no
luerunt [& in lege eius] ſcilicet charitatis[noluerunt ambulare] id eſt,perſeuerare,quia Iohã.13
quamuis quandoq; ad horam aliquid boni exterius videntur agere & deuotionem ha-
bere, cito ab hoc decidunt,& ad priora mala currunt. [ Et] ideo [obliti ſunt beneficio- Ierem.18
rum eius]id eſt,ingrati eius beneficijs exiſtunt reddentes ei malum pro bono,quia cum
bona mundi dederit in manus eorum,ipſi ea male expendunt in delicijs ſuis & luxurijs
[ & mirabilium eius quæ oſtendit eis ]id eſt,reuelauit quibuſdam illorum à quibus ipſi
audierunt, nam [ Coram patribus eorum ] qui eos generauerunt in euangelio [ fecit
mirabilia in terra Aegypti ] id eſt,in terrenis & tenebroſis quibus multa ſigna demon- Exod.14.
ſtrauit ad probandum ipſum deum, cui ſeruirent[in campo Thaneos] id eſt,in ſpacio- 1.Cor.10. 1.Cor.1
ſa ſtatione humilis mandati. [Interrupit mare] ꝙ nunc fit in baptiſmo,& ſeruantibus Exodi.13
eſt ad vitam non ſeruantibus ad mortem [& perduxit eos]id eſt, fideles baptizatos non
peccantes mortaliter, promouet de virtute in virtutem [ & ſtatuit aquas ] id eſt, po-
pulos perſecutores vel concupiſcentias carnales [quaſi in vtre ] vt non ſęuiant niſi per-
miſſi,vel cohibendo fluctus concupiſcentiarum.[Et deduxit eos in nube diei] vt qui vi-
dent ſapientia ſeculari apud deum obnubilentur & non videant [ & tota nocte in illu-
minatione ignis] vt qui ſtulti ſunt ante mundum,illuminentur & inardeſcant charita-
te apud deum.Nolite dubitare de iſta expoſitione,quoniam manifeſta eſt, ſi diem nubi Exod.17
coniungitis & noctem igni. [Interrupit petram ] id eſt, Chriſtum qui in ligno crucis
vulneratus eſt[in eremo]id eſt,in Iudęa deſerta à deo [ & adaquauit eos]id eſt,inde fecit Nee.33
emanare plenitudinem gratiarum in corda credentium [ velut in abyſſo multa] id eſt, 1.Cor.10
funditus vſq; ad medullã animæ imperſcrutabilẽ omni creaturæ. [ Et eduxit aquã].i.
illam gratiã[de petra]Chriſto ad literã conſequẽti eos quocũq; caſtra mouebãtur [&]
ſic[deduxit tanq̃ flumina aquas].i.in deſerto ꝑdurare fecit illã affluentiã aquarum,quę
ſignant abundantiam cœleſtium doctrinarum.[Et]quàmuis iam tota eccleſia plena ſit
verbis

verbis dei,tamen[appoſuerunt adhuc peccare ei]id eſt,contemnendo doctrinam ſalu C
tarẽ addũt peccata pctis poſt tãta beneficia[in iram concitauerunt excelſum in inaquo-
ſo]id eſt,in ariditate cordis non habentis aquam diuinæ gratiæ, & non credentis deum
elementa poſſe conuertere & variare. [Et tentauerunt deum]id eſt, cum tentatione pe-
tierunt cibum[in cordibus]id eſt,cogitationibus ſuis hæſitantes [ vt peterent eſcas ani-
mabus ſuis]id eſt,corporibus,ſic quidam proferunt verba,dominicum corpus conſici-
entia cum hæſitatione,quod corpus eſt cibus animæ. [Et male]id eſt,detractorie[ locu-
Iohan. 6. ti ſunt de deo] diffidentes de eius potentia[dixerunt nunquid poterit deus parare men-
ſam]cœleſtis alimoniȩ[in deſerto]huius vitȩ,quaſi,vt quid dabit nobis corpus ſuum,&
Nume. 20 bene hoc poteſt.[Quoniam percuſſit petram]id eſt Chriſtum per mortem [&] ab illo
[fluxerũt aquæ]id eſt ſpirituales gratiæ & ſacramenta emanauerunt[&torrentes inun-
Iohan. 6. dauerunt]id eſt,doctrinȩ cœlitus datȩ vehementer abundauerunt. Et dixerunt. [Nun-
quid panem poterit dare]id eſt,nunquid poterit mutare naturas,vt conuertat panem in
corpus ſuum&vinum in ſanguinem[aut parare menſam]ſpiritualis refectionis ſub ſpe
cie corporali [populo ſuo]qui colit eum.[Ideo] quia hȩc perfecte quidam non credunt
Populus in ſacerdotibus malis punitur. [audiuit dominus]id eſt animaduertit nequitiam hominum[& diſtulit]ad tẽpus vindi
ctam corporalem,ſed tamẽ[ignis] cõcupiſcentiæ[ accenſus eſt in Iacob]id eſt,in ſacer
dotibus qui vicijs reluctari deberent [& ira aſcendit]id eſt, augmentatur [in Iſrael] id
eſt,in prælatis qui iugiter deberent aſſiſtere cõtemplationi dei,vt qui eſt in ſordibus ſor
Apoc. 22. deſcat adhuc.[Quia nõ crediderunt in deo]id eſt,dubitauerunt de potentia eius[nec ſpe
rauerunt in ſalutari eius]id eſt,Chriſto,ſed potius in vanitatibus & diuitijs ſuis , & ideo
Roma. 1 inexcuſabiles ſunt.[Et mãdauit nubibus deſuper] id eſt,ſanctis prȩdicatoribus deſuper
habẽtibus q̊d pluant prædicando[& ianuas cęli]id eſt,ſciẽtiam ſcripturarum[aperuit]
illis prædicatoribus,non alijs,qui nec ſcribere volunt, nec prædicare, ſed potius parati
Prædicãtibus de verbũ administrat. ad calumniãdum quàm ad aliquid agendum.[Et] per illos[pluit illis manna]id eſt,do
cuit hȩſitantes corpus Chriſti ſibi datum[ad manducandum]vt ſit cibus animæ & ipſo
fruerentur &delectarent in eo[& panem cœli dedit eis]id eſt,panem materialem muta
uit in panem cœlicum.[Panem angelorum manducauit homo]id eſt,Chriſtum homi
Ioha. 1. 6. nem factumqui eſt panis,id eſt ſatietas angelorum[cibaria]delicata valde,id eſt, idem D
Exod. 16. corpus Chriſti[ miſit eis]cœlitus[in abundantia]quia cum comeſtum fuerit à populo,
Sap. 16 integrum manet,vnde hoc ſcitur niſi quia.[Traſtulit auſtrum de cœlo]id eſt feruorem
ſpiritus ſancti de cœlo datum[& induxit]corda credentiũ[in virtute ſua]id eſt p virtu
tem ſuam[africum]& gerit eundem typum.[Et pluit ſuper eos]per nubes euangelicas
Gene. 3 [ſicut puluerem carnes]id eſt, paulatim inſinuauit verbum carnem factum,& omnem
carnem humanam ſtatim in puluerem redigendam,vt non ſuperbirent homines de
pulchritudine aut fortitudine carnis[&ſicut arena maris volatilia pennata] id eſt ,ſan-
cta verba quæ velociter currunt, pluit illis vt condirent mentes auditorum ſale ſapien-
tiæ,quod fit[de arena maris]id eſt generatur in homine per receſſum amaritudinis mũ
di ab eo.[Et ceciderunt]ſcilicet verba dei[in medio caſtrorum eorum]id eſt,in contio
ne audientium[circa tabernacula eorum]vt vnuſquiſq; in loco ſuo audiat.[Et mandu-
cauerunt]corpus Chriſti ita docti vt conſuetum eſt[& ſaturati ſunt nimis] id eſt, dele
ctati ſupra humanam ȩſtimationem,attendentes rem ſacramenti[& deſiderium eorũ]
id eſt,deſideratam refectionem[attulit eis ]interius[&nõ ſunt fraudati]id eſt, fruſtrati
Num. 11. [à deſiderio ſuo]id eſt ab interno pabulo.[Adhuc eſcȩ eorũ]id eſt cibi ſpirituales[ erãt
in ore ipſorum]id eſt,ſacramentum tantum ſumunt non rem ſacramenti, & ideo[ ira
1. Cor. 11 dei aſcẽdit ſuper eos] vt ſuperarent ab ea qui ſe ſecuros putabãt.Pro his loquitur qui in
digne ſumentes iudiciũ ſibi manducãt & bibunt.[Et occidit]etiã corporalit [ pingues
eorum]id eſt,ditiores & delicatiores maxime irreuerẽter accipientes,ideo enĩ multi in
1. Cor. 11. firmi & imbecilles & dormiunt multi,id eſt,moriuntur morte temporali & æterna[&]
propter hoc[electos Iſrael]ſcilicet ſanctiores inter Chriſtianos[impediuit]vt non poſ-
ſent prodeſſe eis quibus magno affectu prodeſſe cupiebãt.[In omnibus his ].ſ. correp-
tionibus [peccauerũt]qa & ſi corripiunt non emendant,adhuc deformit viuentes[ &
non crediderũt in mirabilibus eius].i.perfectã fidẽ non habuerunt de his quȩ mirabili
potentia conſtituit.[Et ideo defecerunt].i.ad defectũ venerunt[dies eorum] expenſi &
Roma. 1. conſumpti[in vanitate].i.in amore & falſa felicitate huius ſeculi euanẽtes in cogitatio-
nibus ſuis



nibus ſuis[& anni eorum]quos habituri erant in cœlo,ſi bene vixiſſent defecerunt[ cũ
A feſtinatione]id eſt,adnihilati ſunt in flore iuuẽtutis,vel ſaltẽ in breui tẽpore huius vitæ.
[Cum occideret eos quærebant eum]territi occiſione aliorũ , quidã quandoq; quærunt
deum, quando ſubito quoſdã occidit[& reuertebãtur]ad eum ducti pœnitẽtia[& dilu-
culo]quãdo in anima dieſcit gratia,& recedit culpæ nox[veniebant ad eũ]timentes ne
& ipſi occiderentur. [Et]tunc magis timore q̃ amore [rememorati ſunt] .i.ad memo-
riam reuocant[quia deus adiutor eſt eorum].i.ꝙ ſolus deus poteſt eos adiuuare à tanta
peſte[&]ꝙ[dñs excelſus redemptor eorũ eſt]à morte culpȩ & pœna gehennȩ. [Et dile 1. Iohan. 3
xerunt eum in ore ſuo]& dixerunt ſe deum diligere[& lingua ſua mentiti ſunt ei ] quia
promiſerãt ſe præcepta ſeruaturos & nõ implebãt,ſed p proceſſum tẽporis labitur à mẽ Propter timorem quidã bene faciũt & ceſſante timore ceſſant a bono opere.
te vtilitas timoris, ceſſante enim deo à terrore,ceſſabant & ipſi à bono opere,qa [Cor au
tem eorũ non erat rectum cũ eo]quia non ſeruiunt deo propter deũ,ſed vt mercennarij
pro tẽporali lucro,ſicut nunc vbi inuenitur,vel vnus paſtor q quærat ſalutẽ animarũ,&
non potius mercenarius ſit,q ſuas delitias,diuitias,& honores cõcupiſcat[nec fideles ha
biti ſunt in teſtamento eius].i.ſi præcepta eius aliquãdo ſeruauerunt non fecerunt hoc
amore iuſtitiæ,ſed timore,ne perderent quod haberẽt.Hi ſunt infideles diſpẽſatores bo Iohan. 10
norũ dñi ſui,& quamuis ſint crudeliſſimi,tamen [ Ipſe autem eſt miſericors]peccata eo Sap. 11.
rum diſſimulans ad tempus[& propitius fiet peccatis eorum] expectans eos, ſi forte ve-
lint redire ad pœnitentiam,& renuntiare his,quæ male adquiſierunt [& non diſperdet
eos]ita cito ſicut meruerunt,& hoc propter electos, vnde [ Et abundauit] & abundare Prælati icraſſati diuitijs nõ curant de gratia Chriſti.
fecit gratiã in ſubditis bonis,quia prælati incraſſati diuitijs & gratia mundi non curant
de gratia dei [ vt ] propter illos ſcilicet iuſtos[auerteret iram ſuam]ab alijs patienter ſu
ſtinendo [ & non accendit omnem iram ſuam] ſcilicet quantam meruerant, vt ſtatim
conſumeret eos.[Et]quia[recordatus eſt quia caro ſunt]id eſt,humanã fragilitatem at Gene. 6
tendit,quæ prona eſt ad malũ[ſpiritus vadens]per ſe à bono ad malũ [ & non rediens]
per ſe à vitio ad virtutẽ,& quia cum[vadit]à corpore [non redit] iterum vt narret quæ
paſſus fuerit,& tunc agat pœnitentiam,conceſſit enim ei deus locum pœnitentiæ & ipſe Pœnitentiæ locus
B abuſus eſt eo in ſuperbia,vnde ſequitur.[Quotiens]id eſt,quot vicibus,quaſi innumera Pſalm. 33
bilibus[exacerbauerunt eũ]id eſt,quãtum in eis fuit,eum eis acerbum reddiderunt,qui Sap. 12
valde ſuauis eſt in ſe,& in omnibus qui amant eum[in deſerto]id eſt,in ſua peſſima vita
à deo derelicta,& ſterili ſine fructu virtutis[ in iram ]id eſt,ad vindictam [cõcitauerunt
excelſum in inaquoſo ] id eſt, in ſua ſicca mente ſine fonte gratiæ, & bonæ doctrinæ.
[Et conuerſi ſunt] corde & opere[in Aegyptum]id eſt,ad tenebras peccatorũ[& tenta-
uerunt deũ]male ſentientes de potentia & bonitate dei,nec intelligentes conditionẽ hu
manæ naturæ[& ſanctũ Iſrael]id eſt,Chriſtum[exacerbauerunt] acerbum ſibi fecerũt,
non diligentes illum.[Non ſunt recordati manus eius].i.potẽtiæ dei [die qua redemit Ephe. 5
eos]peccata in baptiſmo dimittendo[de manu tribulantis].i.de poteſtate diaboli per ef Roma. 6
fuſionem ſanguinis ſui.Et non ſunt recordati de hoc.[Sicut]nec quando poſuit in Ae-
gypto ſigna ſua]mala futura ſignantia,quia plagȩ quȩ Aegyptijs viſibiliter contigerũt, Signa Aegyptiorũ malis Chriſtianis contingũt.
falſis Chriſtianis inuiſibiliter contingunt[& prodigia ſua] id eſt, procul dicentia quæ
futura erant in mũdo[in campo Thaneos] in quo commemorandum erat præceptum
humilitatis,id eſt,in hoc ſeculo.[Et cõuertit in ſanguinem]id eſt, in carnalem volupta
tem[flumina eorũ]id eſt,fluẽta gratiæ ſpiritualis[& imbres eorũ].i.cœleſtẽ doctrinam Exod. 7
qua cõpluenda erant corda arida[ne biberent]gaudiũ internum. Ecce prodigia in qui
bus lugere poſſumus, imbribus enim illis oportet irrigari corda arida , aliter non fru-
ctificabunt. [Miſit in eos cynomiam]id eſt,caninos mores,vt non honorarent paren-
tes vel prælatos,& detractionibus vacarent[& comedit eos]quia putredo oſſium inui- Prou. 14
dia,& [ ranam] id eſt , vanam loquacitatem quæ eſt in cenoſis ſenſibus , vt rana in ce- Pſal. 134.
no verſatur[& diſperdidit eos] quia vir linguoſus non dirigetur in terra.[ Et dedit eru Opus bonum ſupbia vorat.
gini]id eſt, inani gloriæ & ſuperbiæ [fructus eorum] quia omne bonum opus ſuper-
bia conſumit. Hæc quandoq; latenter in fructibus operatur [ & labores eorum ] dedit
[locuſtȩ]id eſt,detractoribus. Quia ſicut locuſtæ ſe inuicem comedunt, ſic detractores
alienos labores nequiter rodunt & faciunt homines quandoq; ceſſare à bono. [Et occi-
dit in grandine]id eſt,in algore iniquitatis[vineas eorum ] id eſt , virentes virtutes , re-
frigeſcente charitate. [ & moros eorum ]id eſt , feruorem dilectionis proximi[ occidit Matt. 24.
in pruina

[in pruina]id eſt,in vitio crudelitatis,quaſi nocturno frigore,qñ homo homini nõ mi
ſeretur.[Et tradidit grandini] id eſt, omni motui tentationis,qua cor ſtultorum tundi C
tur[iumenta eorum]id eſt beſtiales hoĩes qui motus illicitos freno continentiæ non co
hibent:his enim ad libitum vti mors animæ eſt[& poſſeſſionem eorum] id eſt, virtutes
& ſtatum mentis,& quicquid boni in homine eſt meritorium,quę per pacientiam poſſi
dentur[tradidit igni]impatientię& cupiditati qui omnia deuorat.[Miſit in eos iram in
dignationis ſuæ]id eſt,hæc omnia mala eis ex iuſta dei animaduerſiõe cõtingunt, vt in
ſuis peruerſitatibus affligantur, qui deo nõ obediunt[indignationem & iram] quibus
Epheſ.4 interim vexentur,cum tamen dictum ſit,indignatio & ira tollatur a vobis[& tribulatio
nem]id eſt mentis inquietudinem quæ eſt peſſima tribulatio[immiſſiones per angelos
malos]id eſt,permittit dæmones illos nudatos defenſione dei præcipitare ad immiſſio
Poteſtatas diaboli ad bonos&malos q̃ ſit. nes illicitas,quibus dæmonibus vtitur deus ad puniendos malos,&coronandos bonos.
In malis hominibus poteſt diabolus,vt in ſuo pecore niſi prohibeatur a deo, in bonis
non poteſt niſi permittatur ad probandum,non ad perdendum: hanc obſtinationem
prædictam deus non inſtigando ſed deſerendo facit, [Viam]ſcilicet latiorem [fecit ſe
mitæ irę ſuæ]quia prius occulte & via dilatata non pepercit[à morte animarum eorum]
id eſt,eos permiſit deſcendere in profundum malorum[ & iumenta eorum ] id eſt,car-
nales homines[in morte concluſit]id eſt,more iumẽtorum eis ſua deſideria non nega-
Exo.12 Fides moritur hæreſi. uit,quod ipſis fuit mors.[Et percuſſit omne primogenitũ]id eſt fidem quæ eſt virtus pri
mogenita,& tũc morit̃ quãdo ab infidelitate & hęreſi ſuperat̃ [in terra Aegypti ] id eſt,
in terrenis & obſcuris actibus huius mũdi,qui ignorantiã inducunt & cęcitatem mẽtis
[primitias omnis laboris eorum].i.principales virtutes pro quibus habendis laboran
dum eſt[in tabernaculis Cham]id eſt in conuẽticulis filiorum huius ſeculi qui callidio
Lucæ.16 res ſunt filijs lucis.Et iſtis derelictis[abſtulit] ab iniquitate mundi[ſicut oues populum
ſuum]id eſt,liberauit eos,qui pręfigurabant futuras oues,quas nunc eripit de plagis in
uiſibilibus,per plagas viſibeles ſignificatis Decẽ enim plagis percuſſi fuerunt Aegyptij
cõtra decẽ pręcepta q̃bus regit̃ populus dei[& perduxit eos tanq̃ gregẽ]qa vnitatẽ eccle
2.Cor.5 ſiæ ſignantẽ[in deſerto]huius vitæ ne errent.[Et deduxit eos in ſpe]ab Aegypto aſcen- D
1.Ioha.4 dentes ad cœlũ,quia per ſpẽ ambulamus & non per ſpeciem[& nõ timuerũt] inſequen
tes hoſtes,quia charitas foras mittit timorem[& inimicos eorũ]id eſt,omnia vitia[ope
ruit mare]id eſt deleuit perfecta pœnitentia.Et ſic[ induxit eos ] per gratiam ſuam[in
montem ſanctificationis ſuæ]id eſt,in eccleſiã quam ſanctificauit,& excellentibus vir
Ephe.5 tutibus à terrenis eleuauit,eccleſiã dico[montem quẽ adquiſiuit dextera eius]id eſt, fili-
us dei ſanguine ſuo.[Et eiecit à facie eorum]id eſt,à pręſentia [gentes]id eſt, ſeptẽ prin
cipalia peccata[& ſorte]id eſt,per electionis gratiã[diuiſit eis terrã]id eſt eccleſiam per
1.Cor.12 diuiſiones gratiarũ[in funiculo diſtributionis] vnuſquiſq; propriũ donũ habet à deo,
1.Cor.7 alius autẽ ſic alius vero ſic.[Et habitare fecit in tabernaculis eorũ tribus Iſrael]id eſt,illæ
mentes quæ prius fuerunt habitacula dæmniorum,factę ſunt generationes cõtemplan
Roma.5. tium deum. Quia vbi abundauit delictum,ſuperabundauit & gratia, Et tamen poſt
tanta beneficia corporalia & ſpiritualia[tentauerunt]id eſt doloſe poſtulauerunt, non
credentes pefecte,vt in verbis ſit ſimplicitas,& in corde malitia [ & exacerbauerunt de-
um excelſum]ſingulariter potentem in puniendo[& teſtimonia eius]id eſt pręcepta de
um teſtificantia[nõ cuſtoderunt]perſeuerãter.[Et auerterunt ſe]à bono propoſito ſuo
Matt.28. [& non ſeruauerunt pactum] quod pepigerunt cum deo in baptiſmo, vt renunciarent
diabolo & omnibus operibus eius,& facerent quęcunq; pręcepit eis[ quemadmodum
patres eorum]id eſt,ſicut patres eorum qui bene promiſerunt& male promiſſa impleue
runt[conuerſi ſunt]à deſiderio inuiſibilium[in arcum prauum]id eſt,ad doloſam cupi
ditatem terrenorum,quæ decipit eos cum neceſſitas venerit,ſicut arcus prauus confiden
tes in eo. [In iram concitauerunt eum in collibus ſuis]id eſt,in ſuperbia,& inobedien-
Idola varia ſibi homines erigunt. tia ſua[& inſculptilibus ſuis]id eſt,in amore multarũ vanitatum quas ſibi de corde ſuo
fingunt &fabricant.Alij habent ſculptile inanis gloriæ,alij hypocriſis,alij fœminei a-
moris,alij terrenę altitudinis,alij auaritiæ &cupiditatis: & hæc adorant non deum,&
Roma.1 in his[ad ęmulationẽ].i.ad indignationẽ ꝙ ſic colũt creaturã & contẽnũt cõditorẽ[eũ
prouocauerũt]q̃ſi facta eoꝝ clamarẽt,nõ poteris diu ſuſtinere hãc iniuriã,vñ[Audiuit]
magnum



magnum clamorem ſcelerum,non aure corporis,ſed præſentia maieſtatis,& hoc audi-
A to[ſpreuit]cultores talium ſculptilium,ꝙ frequenter faciunt ſubditi & etiam prælati,&
hoc eſt [& ad nihilum redegit valde Iſrael ] id eſt, omnes illos ſua dignitate priuauit,
quo ſpernente & redigente,nihil ſunt qui per ipſum totum eſſe potuerunt ſi ſe veros Iſ-
raelitas,id eſt,Chriſtianos ſeruare voluiſſent.[Et repulit tabernaculum Sylo ] id eſt,nõ Sap.1
habitat in corde illicitis motibus agitato [tabernaculum ſuum] id eſt,animam captam
à dæmonibus repellit[vbi habitauit] prius, quando ſibi munda ſeruabatur[in homini
bus]id eſt,in mundis mentibus hominum eſt,manſio ſua,non in domibus manufactis.
[Et tradidit ] id eſt,tradi permiſi[in captiuitatem] dæmonum[virtutem] id eſt,fortitu Matt.5.
dinem animę,per quam pugnart fortiter contra vitia[eorum]falſorũ Chriſtianorum 1.Cor.3
[& pulcritudinem eorum]ſpiritualem[in manus inimici]ad deformandũ eam.[Et cõ
cluſit in gladio].i.à gladio mortis animarum non eruit [populũ ſuum]prius quãdo nõ
peccauit[& hæreditatẽ ſuam]quam poſſediſſet inæternum,ſi cũ eo ſtetiſſet,id eſt,eundẽ
populum euntem nunc in deſideria ſua[ſpreuit]quia q̃uis coluerat eum diligẽter, tamẽ
ipſum deũ ſpernere non abhorruit,& ideo merito ab eo ſpernitur, id eſt, dãnatur,nam
[ Iuuenes eorum]id eſt,etiã illi qui robuſtiores videtur in bello[comedit ignis]id eſt,ſę
pe vincuntur ab igne cupiditatis & luxuriæ[& virgines eorum] id eſt,animæ quæ ſe ab
omni pollutione ſeruare putabantur,vt ſunt mulieres deo ſacratæ[non ſunt lamentatę]
in comeſtione iuuenum, quia & ipſæ ſimiliter cum iuuenibus ab ipſo peſſimo igne de-
uorantur, & non lamentantur pro aliorum peccatis,qui in eiſdem ſuauiter requieſcunt
[Sacerdotes eorum] id eſt, illi qui ſe deo hoſtiam ſanctam offerre deberent & alios re- Moniales taxantur.
cte regere, & docere tenentur [in gladio ceciderunt]id eſt,in perſuaſione diaboli, qua
multos occidit,mortui ſunt[& viduę eorum]ſcilicet quæ in delitijs viuunt[ non plora-
bantur]quia & ipſę cadunt cum ſacerdotibus,& non gemunt necem aliorum, quæ ſuã 1.Timo.5
ſentiunt.Ecce quot peſtes ſunt inter Chriſtianos & ipſi quaſi ſecuri & cũ gaudio conti- Peſtis animæ nociua.
nue mortẽ incurrunt.Peior peſtis eſt animæ,q̃ corporis.[Et excitatus eſt]poſt has miſe
rias,& propter has ad vindictam[tanq̃ dormiens dñs]quia diu diſſimulauit vindictam
B inferre,quamuis ſtatim potuiſſet[tanq̃ potens crapulatus à vino]id eſt,inebriatus laſci
uientis populi & ſęuiẽtis auſteritate.[Et percuſſit inimicos ſuos] id eſt, illos qui tẽplum 1.Cor.3
eius,ſcilicet animam baptiſmo mundatam fœdauerunt,& iterum non expiauerunt [in 1.Reg.5
poſteriora]id eſt,in gehennam merſit,quia & ipſi mittentes manũ ad aratrum reſpexe- Lucæ.9
runt retro[opprobrium ſempiternũ dedit illis]id eſt pœnam æternã,quæ eis in oppro-
brium erit,& in memoria ſempiterna,& non ſolum hæc,ſed [ Et repulit tabernaculum
Ioſeph].i.militantes,in augmentatione vanitatis ſecularis reprobauit [ tribũ Effraim]
id eſt,generationem diuitum,qui tantum in hoc mundo fructificare ſtudent [ non ele-
git ]ad amãdum eum.[Sed elegit]id eſt,prædeſtinauit ad gratiã in pręſenti & gloriam
in futuro[tribum Iuda].i.generationẽ confitentium Chriſtũ corde,ore,& opere, elegit
dico,vt faceret[montẽ Sion].i.eccleſiam cœleſtia ſpeculãtem[quẽ dilexit] ab æterno. Mar.?.
[Et ædificauit].i.firmauit [ſicut vnicorniũ].i.vnam ſpem habentiũ in deo[ſanctifici- Luc.12
um ſuum].i.plebem ſanctã[in terra]id eſt,in magna firmitate [quã fundauit].i.ſtabi-
liuit in ſecula manſuram.[Elegit Dauid].i.manu fortem in opere, & deſiderabilẽ aſpe- 1.Reg.15
ctu in mente[ſeruum ſuum]ſeruientẽ ſibi amore non timore, vt perueniat ad regnum Roma.7
æternum[& ſuſtulit eum de gregibus ouiũ]id eſt,de nutritione & cuſtodia irrationabi-
lium cogitationũ & actuum[& de]loco vbi erat[poſt fœtantes accepit eũ]id eſt,à mun
di delectationibus quæ pariunt peruerſos fœtus iniquitatum,ab his accipitur, ad quid?
[Paſcere]id eſt,vt paſcat[Iacob ſeruum ſuum] .i.nutrire & cuſtodire ſupplantatorem
omniũ vitiorũ[& Iſrael]id eſt,cor contemplans deum[hæreditatem ſuam] quam co-
luit & purgauit.[Et] nõ fruſtra,nam[pauit eos in innocentia cordis ſui ] id eſt,docuit
ad imitationem innocentiæ ſuæ[in intellectibus manuum ſuarum ] id eſt, in omnibus Pſalm.??
operibus ſuis habuit intelligentiam quid ageret,& quid vitaret & ſic [ deduxit eos] ad Iohan.10
paſcua vitæ.

¶ Pſalmi LXXVIII. Enarratio.

DEus venerunt gentes ] id eſt, gentiliter viuentes in ſuis malis deſiderijs, in-
trauerunt [ in hæreditatem tuam ] id eſt, in eccleſiam filij tui ſanguine orna-
tam [polluerunt templum ſanctum tuum]id eſt,ſemetipſos in baptiſmo ſanctificatos
maculaue-

Epheſ.5. maculauerunt diuerſis ſceleribus, vel illi gentiles coegerunt quoſdam minis vel blandi-
1.Cor.3 mentis ad negandum Chriſtum[poſuerunt Ieruſalem] eccleſiam tibi pacificatam[in C
pomorum cuſtodiam]hoc fecerunt tyranui occiſis martyribus,&nūc faciunt mercena
rij collectis fructibus eccleſiæ ad ſimiltudinem cuſtodię pomorum quę relinquitur col
Paſtores animarū lectis pomis, hi curant de animalibus non de animabus,ſtudent in Marca nō in Mar-
plerique, co,gaudent in libra non in libro,hi ſunt gentes quę veniunt in hæreditatem dei & pol-
in Marca luunt templum eius.[Poſuerunt morticina]id eſt,infirmas & moribūdas animas [ ſer
non Mar uorum tuorum]id eſt qui deberent eſſe ſerui tui,poni permiſerunt[eſcas] id eſt, gaudi-
co ſtudēt. 1.Mach. um & delectationem[volatilibus cœli]id eſt, dæmonibus, qui in hoc aere caliginoſo
Lucæ.8 volitāt, quia nec verbo nec exemplo eos à ſuis prauitatibus reuocāt[ carnes ſanctorum
tuorum]id eſt,carnales mentes ſanctificatorum per baptiſmum expoſueruut[ beſtijs
terrę]id eſt,draconibus inferni deuorandas.[Effuderunt ſanguinem eorum]id eſt, ſuo
defectu,quia non caſtigantur neq; erudiuntur,ad libitum ſuum peccauerunt [tāquam
aquam ] quia non plus timent peccare quàm aquam effundere, & hoc quod peius eſt
[in circuitu Ieruſalem]id eſt,manifeſte & vbiq; in eccleſia, ꝙ omnes poſſunt videre [ &
Prælati mali ſan non erat qui ſepeliret]ſcilicet illa peccata ne appareant ad ſcandalum aliorum, propter
guinem multitudinem,& conſuetudinem peccantium.Et quia hæc & huiuſmodi fiunt in eccle
animarū ſia,etiam ab his qui alios in ſanctitate præcellere deberent,ideo. [Facti ſumus oppro-
fundunt. brium vicinis noſtris]id eſt,laicis videntibus nos & exprobrantibus. Ecce quid cleri-
ci faciunt[ſubſannatio & illuſio] id eſt,ridiculum facti ſumus[ his qui in circuitu no-
Clerici q̄ ſtro ſunt]id eſt, circumquaq; intuentibus nos,vnde eccleſia gemens dicit. [Vſquequo
relaicis ridiculo domine iraſceris]id eſt quamdiu durabit illa exprobratio quam merito patimur, quia
fiant. peccauimus erit vſq;[in finem]id eſt,quam diu[accendetur velut ignis]qui paleas cine
Ierem.10 rat & aurum purgat[zelus tuus]id eſt indignatio tua qua propter malos etiam aliquan
do boni cruciantur.[Effunde iram tuam]id eſt, vindictam irę tuę nobis pœnitentibus
fac valere ad purgationem peccatorum,obſtinatis ſit ad damnationis initium, quia hi
Iohan.18. ſunt [gentes quæ te non nouerunt]id eſt non dilexerunt[& in regna]id eſt ,in hos qui
regnum quęrunt habere de hoc mundo[quæ nomen tuum] Ieſum [nō inuocauerūt] D
id eſt, corde, & opere,non honorauerunt,ſed iugum tuum detrectant. Et merito hæc
facies eis. [ Quia comederunt Iacob ] id eſt, quoſdam qui vicia ſupplantare nite-
bantur incorperauerunt ſibi ſuis peruerſis perſuaſionibus[& locum eius deſolauerunt]
quia nec eos ad ſtatum priſtinum redire,nec alios in eorum locis ſubſtitui permittunt
In iſtis ſic effunditur ira tua deus,ſed quātū ad nos qui pœnitemus & tibi fideliter ſerui
re cupimus.[Ne memineris iniquitatum noſtrarum antiquarum] id eſt, originalium
Iſa.64. hoc dicens,orat,ne inbaptizati moriantur[cito]id eſt indilate,quia neſcit homo finē ſu
Eccle.9 um[anticipent nos miſericordiæ tuæ]id eſt præueniat nos miſericordia Chriſti, nō iu
dicium,ne pro actualibus peccatis poſt baptiſmum commiſſis damnemur[quia paupe-
res]id eſt,inſufficientes ad nos,ad ſalutem[facti ſumus nimis ] id eſt, plusquàm dicere
poſſumus.Et quia culpam noſtram ſuperbe non defendimus ſed miſeriam & inopiam
noſtrā fatemur, ideo.[Adiuua nos deus]in multiplicibus periculis huius vitę[ſalutaris
noſter]id eſt ſaluans nos[& propt. gloriam nominis tui]id eſt, propter nomen tuum
glorificandum[libera nos]à conformitate malorum,vt liberati glorificemus nomē tu
um Ieſum,in eo iugiter intra nos iubilātes[& propitius eſto]id miſericors[peccatis no-
ſtris]dimittendo ne nos impediant à glorificatione tua[propter nomen tuum]honori-
ficandum,laudandum,&prædicandum.[Ne forte]nobis deficientibus à laude [dicant
in gentibus]id eſt,inter gentes[vbi eſt deus eorum?]id eſt,quare nō adiuuat eos modo,
ſi talem habent deum[& innoteſcat]id eſt,manifeſta fiat[in nationibus]futuris coram
oculis noſtris interioribus futura præuidentibus.[Vltio]id eſt, pœna æterna ſanguinis
[ſeruorum tuorum]id eſt,mortis illorum,qui defectu rectorum in anima moriuntur,
Ezech.3. ſanguis enim, id eſt, mors ſubditorum de manu prælatorum requiretur[ qui effuſus
Sanguis ſubdito- eſt]id eſt,mors illa euenit propter inſolentiam prædicationis,& obſcurę cōuerſationis,
rū de ma ſed tamen[ introeat]id eſt,placeat[in conſpectu tuo]id eſt,tibi [gemitus compeditorū]
nu pręla- id eſt, ſanctorum pauperum vinculis charitatis aſtrictorum, orantium & gementium
rū requi- retur. pro conuerſione malorum. [Secundum magnitudinem brachij tui].fortitudinis tuæ
Coloſ.3. [poſſide filios]id eſt,imitatores[mortificatorum]id eſt,martyrum, illos tanquam poſ-
ſeſſionem



A ſeſſionem propriam cole & exerce.[Et redde vicinis noſtris]inter quos habitamus,qui
& nos diffamauerunt[ſeptuplum]id eſt plenam vindictam,quaſi diceret, & ipſi nobis
parum nocuerunt,ipſi tñ multum dolebunt[in ſinu eorum]id eſt, in ſecretioribus ſuis, Roma.1.
vt dentur in reprobum ſenſum[improperium ipſorum]reddatur eis,id eſt,malicia ſua
ad ſeipſos redundet[quod exprobrauerunt tibi domine] id eſt, redde malum in caput
ſuum,quod tibi in ſanctis tuis exprobrauerunt.Iſti non ſunt tibi obedientes imo impu-
gnant te. [Nos autem] ſcilicet Chriſtiani fidem cum charitate habentes [ populus Gala.5
tuus]tuis pręceptis ſubditus,gratias agentes de noſtra liberatione,videntes eorum iuſtā 1.Cor.13.
retributionē & vltionem[& oues paſcuæ tuæ]quas paſcis verbo tuo[cōfitebimur tibi] Deu.8.
id eſt,laudabimus te[in ſeculum]id eſt,vſq; in ſeculum futurum.Nam[In generatiōe] Matth.4
præſente[& generatione]ſuccedente [annuntiabimus laudem]quia beati qui habitant Pſal.83.
in domo tua domine,&c̄.

## ¶Pſalmi LXXIX. Enarratio.

QVi regis Iſrael]id eſt,Chriſtianum populum[intende]id eſt,intenſum te præbe
regimini[q deducis]de virtute in virtutē[velut ouem] mitem mente, & fœcun-
dam opere[Ioſeph]id eſt populum gentium,adauctum credentibus de Iudęis.[Qui ſe-
des ſuper cherubim]id eſt,præſides implentibus legem per charitatem[manifeſtare]id
eſt da notitiam tui[coram Effraim]id eſt,coniugatis fructificantibus in hoc mundo,vt
propter tuam quietē laborantes ad te perueniant [Beniamin]id eſt,filius dexterę, qui
continentes actiui ſunt,ad dexteram Chriſti in iudicio ſtatuendi[& Manaſſe]id eſt his Matt.25.
qui obliuiſcuntur quæ retro ſunt ſcilicet terrena,& ad anteriora,id eſt, cœleſtia ſe exten Philip.3.
dunt. Tales ſunt contemplatiui & virgines,quorum omnis ſolicitudo eſt ſoli deo place-
re,& ſolum peccatum odiſſe.[Excita potentiā tuā]mittendo in nos ſpiritum ſanctum,
per quem potentiam habeamus reſiſtendi malo,& ad faciendum bonum [& veni] in 1.Cor.7.
corda noſtra per infuſionem amoris tui[vt ſaluos facias nos]conformes tibi in præſen
ti a culpa,& in fututo à pœna,& vt hoc fiat [Deus conuerte nos]plene ab amore rei tem
peralis ad te[& oſtende faciem tuam]id eſt cognitiōem filij tui,qui eſt facies tua & ima Roma.8.
B go,per quem cognoſceris,vt ipſe informet nos interius inſpirando [&] tunc[ſalui eri- 2.Cor.4.
mus]per conformitatem eius,qua ſimiles ei ſumus.[ Domine deus virtutum ] cœleſtiū
[quouſq; iraſceris]id eſt,te iratum oſtēdis,quia non cito comples quod petimus[ſuper
orationem ſerui tui]protrahens auxilium tuum,& differens dare deſiderium noſtrum
Ecce quare, quia nondum purgati ſumus. [ Cibabis nos pane lachrymarum ] id eſt,
interim donec perueniamus ad ſuauitatem & feruorem amoris tui,erunt lachrymę no-
ſtræ nobis refectio[& potum]ſpiritualis letitiæ[dabis nobis]ad refrigerandū ſitim deſi Pſal.41.
derij noſtri,& ad extinguēdum ignem concupiſcētiæ carnalis[in lachrymis]quādo de-
flemus miſerias noſtras[in menſura]id eſt in modo,dum nec carnem per nimiam ma Nimiam
cerationem occidimus,nec vitia pullulare toleramus,ſed vnde lachrymę quia [Poſu macera-
iſti nos]id eſt,permittis poni [in cōtradictionem vicinis noſtris]id eſt,vt contradicant tio carnis mala.
verbis noſtris,etiā hi qui nobis vicinitate quadā coniungūtur[&]ideo [inimici noſtri]
dæmones [ſubſannauerunt nos]deridendo quaſi in vanum laborantes quātum ad vi-
cinos,eo ꝙ ad emendationem illorū ipſis verba dei proferimus,quæ ſæpe in eis nullum
effectum capiunt, vel derident nos dæmones quando peccamus,vnde exultabunt, ſi Dæmo-
motus fuero,cōtra quod orat[neq; irrideant me inimici mei]ideo ne tales ſimus,q digni nes nos ri dent, qn̄
ſunt irriſione,[Deus virtutum conuerte nos]ad te perfecte[& oſtende faciem tuam ] id peccam.
eſt,filium tuum,vt eius habitationē in nobis ſentiamus[& ſalui erimus]portando ima Pſal.12.
ginem eius.[Vineam]id eſt,fidelem animam virtutibus virentem,& vas ferentem bo- Roma.8.
norum operum[de Aegypto]id eſt,de tenebris vitiorum [tranſtuliſti]ad lumē fidei & 1.Cor.15.
charitatis[eieciſti gētes]id eſt peccata mortalia & prauos motus[& plātaſti eam]id eſt,
in deſiderijs cœleſtibus,& in amore conditoris firmaſti,& bene,nam[Dux iteneris fu-
iſti].i.duxiſti eā per iter præſentis vitę q̄ſi manu vt tecum ſequeretur ad patriam[in con
ſpectu eius]vt te ſemper oculo mentis contemplando non erraret[& plantaſti]id eſt,ad
ſtabilimentū perduxiſti[radices eius]id eſt,fidem,ſpem, & charitatem , quibus in te &
in terra viuentium radicatur,vt ſic radicata germinarent exhortationes ſalubres & ex- Ephe.5. Coloſ.2.
empla bonorum operum, quaſi rami ab arbore [ & impleuit terram ] in qua habitat,
& cognoſcitur fama redolentis conuerſationis.[Operuit mōtes vmbra eius] id eſt per
 refrige-

refrigerationem ſui ſermonis,ſuperbi cooperiuntur ab ira Chriſti[& arbuſta eius ce- C
Luxurioſi,amari dros dei]id eſt magni principes & potentes ſeculi per eam conuertuntur,& dei efficiunt
ſunt pec- ſerui.[Extendit palmites ſuos]id eſt virtutes ſuas [vſq; ad mare]id eſt,vſq; ad cõuerſio
catis nem luxurioſorum,qui amari ſunt peccatis[& vſq; ad flumen]id eſt ad incõſtãtes, qui
nunc hoc,nunc illud deſiderãt,mentis ſtabilitatẽ non habentes[propagines eius]id eſt
exempla perfectionis extendit,hęc eſt laus perſeuerantiũ& ſine fictione ſeruientiũ deo:
ſed aliter eſt de illis,qui acriores videntur in principio, ſed poſtea ante finem frangunt
Malũ de de quibus ſubditur.[Vt quid]id eſt,quare,quæ eſt cauſa, non ſine cauſa, quia peccata
us non fa corũ meruerunt[deſtruxiſti]te permittẽte,non faciẽte[maceriam eius]id eſt,omnẽ mu
cit ſed p- nitionẽ apparentiũ virtutum,quã prius dilataſti:ad tẽpus enim credidit & in tẽpore tẽ-
mittit. tationis a te receſſit, & ideo deſtructa eſt eius munitio[& vindemiant eam]id eſt domi
Luc.8. nant ei & auferũt omne bonũ meritũ,ita ꝙ ſecum maneat nihil boni[omnes qui pręter
grediunt viã]id eſt,nequitiæ ſpirituales,quibus ſubdit,quæ nunq̃ in via charitatis inue
Diabol- niunt,nec aliqui in quibus ſunt.[Exterminauit eã]id eſt extra terminos bonæ vitæ eie-
aper de cit[aper de ſylua]id eſt princeps malorum diabolus[& ſingularis ferus]id eſt ſingulari
ſylua dici ferocitate ſęuiens,quia nec ſubditis parcit[depaſtus eſt eã]vana præſumptione, falſam
tur mundi delectationẽ ſuggerens prætermittere nõ debere,eo ꝙ ignorat quid poſt hoc vẽ
Iohan.12. 1. Petre.5 turum ſit.Iſte crudelis aper ſic decipit imprudentes,ſed[Deus virtutum ] qui virtutem
Roma.9 oſtendis in quo vis[ conuertere]ab ira ad miſericordiã [reſpice de cœlo]per mediato-
1. Tim.2. rem Ieſum Chriſtum [& vide]id eſt fac nos videre miſericordiã noſtram[& viſita]per
gratiã pœnitentiæ[vineã iſtã]id eſt animã ſic à dęmone deceptã,vt reſipiſcat & fiat vi-
nea tua,& per te medicũ ęgrota ſanet[Et perfice eã]in charitate [quã plantauit dexte-
ra tua]id eſt filius tuus adquiſiuit & fundauit in fide,& hoc feciſti[ſuper filiũ hominis]
id eſt,excedens humanum intellectum quẽ tu[confirmaſti tibi]id eſt ad honorem tuũ.
[Incenſa igni]id eſt peccata quæ ſuggerit male ſuperbiens cupiditas[&ſuffoſſa]id eſt,
male humilians timor,quem enim amor non capit vincit timor[ab increpatiõe vultus
tui]à damnãte vultu tuo irato peribunt inæternum,ergo ne hoc contingat menbris ec-
Timor cleſiæ.[Fiat manus tua]id eſt,auxilium tuum[ſup virũ dexterę tuæ]id eſt Chriſto quẽ
vincit, ſtatuiſti ad dexterã tuã,da poteſtatẽ omnis carnis[&ſuper filiũ hominis]id eſt virginis D
quem [quẽ cõfirmaſti tibi]per vnionẽ naturę diuinę & humanę hoc fac.[Et non diſcedimus
amor nõ à te]peccando & fornicãdo cũ diabolo,ſed potius [viuificabis nos]prima reſurrectiõe
capit. ſuſcitando a morte culpę,ad vitã gratiæ[& nomen tuum]Ieſum[inuocabimus]ipſum
Heb.1.10 in memoria perpetua habentes,& nos tibi ſeruos exhibẽtes.Et vt iſtud in nobis perfe-
Ioh.17. Apoc.20 cte cõpleatur.[Domine deus virtutũ]ſcilicet dator & operator[conuerte nos]à vetuſta
1.Cori.5. te in nouitatẽ [& oſtende faciẽ tuam]id eſt,poſt hanc vitam teipſum nobis manifeſta
Apoc.21. per ſpeciem[&] tunc[ſalui erimus ]per gloriam ab omni pœna & miſeria.

## ¶Pſalmi LXXX. Enarratio.

Coloſ.3. EXultate]id eſt cum magna hilaritate bene agite[deo]id eſt ad laudem dei nõ ad ve
2.Cor.10. ſtram,vt hypocritæ faciunt, qui propriam laudem quærentes receperunt merce-
Matt. 6. dem ſuam[adiutori noſtro]in omnibus anguſtijs & periculis,qui diu exultaſtis mun-
do deceptori veſtro in omnibus vanitatibus & blandimentis [iubilate] id eſt,intra vos
ineffabiliter gaudete[deo Iacob]vt in ipſo ſit iubilus veſter, non in vanis mundi luſi-
bus.Et vt hoc poſſitis facere,etiã vos qui eſtis ſimplices & minus ſcientes.[Sumite pſal
Rom. 12. mum]id eſt accipite à nobis mandata cœleſtia & regulã vitæ quam ſequamini[& date
tympanum]& implete ea,diſcrete macerando carnem veſtram,dando nobis carnalia
quibus indigent pauperes,nam[pſalterium]id eſt ſana doctrina[iucundum eſt]id eſt,
deo placet[cum cythara]id eſt cum bona&recta vita,vel[pſalterium]id eſt deſiderium
cœleſtium[iucundum eſt]coram deo,cum contemptu terrenorum. Et ſic cum fiducia
Nouilu niũ Chri- [Buccinate].i.prædicate[in neomœnia]id eſt in nouilunio, quod eſt q̃do poſt defectũ
ſti anoi ũ. noſtum iterum creſcimus & appropinquamus ſoli iuſtitiæ & illuminamur ab eo , &
Mala. 4. hoc [tuba]id eſt nunc terrendo per ſupplicia nunc demulcendo per promiſſa gaudia
Gala.5 [in inſigni die]i d eſt in nobili [ ſolennitatis veſtræ ] id eſt quando ſpiritus vincit
& caro ſuccumbit . Hæc eſt enim dies valde ſolennis, & deo & animabus noſtris,
quando



A quando cogitatio noſtra,quę apud deum eſt,in ſonorũ &dulce quid conuertitur,& cor Solenni-
de amore Chriſti feruente in canoro iubilo laudes deo offerunt,& merito ſic agendum tas Chri-
eſt.[Quia præceptũ in Iſrael eſt]id eſt in viro contẽplatiuo ſic agere[& iudicium]datũ à ſtianorũ
[deo Iacob]id eſt actiuis,quia à deo eſtis acerbiter iudicãdi,ſi non feceritis.[Teſtimoni q̃ ſit.
um]id eſt opus teſtificãs in[Ioſeph]id eſt in his qui ſemper augent in virtutibus[poſuit Gene. 41
illud]omnino cõplendum eſſe pręceptum[cum exiret]per pœnitentiã & bonam vitam
[de terra Aegypti]id eſt de tenebroſis operibus ſordium mundanorũ,& tunc [ linguã] Matt.19.
id eſt perfectionem euangelij,vt omnia relinquat propter deum & pauper fiat[quã non
nouerat]id eſt priusquàm exiret intelligere noluerat,quia in voluptibus ſuis male ſopi-
tus non potuit agnoſcere vitam pauperẽ glorioſiorem diuitijs[audiuit]ſcilicet aure cor
dis vt ad effectũ perduceret.Et per hoc [Diuertit ab oneribus ] pharaonis diaboli, qui Exodi. 1.
imponit lutum luxurię,laterem cupiditatis,& paleam inanis gloriæ hominibus qui ſibi
obediunt[dorſum eius]id eſt fortitudinẽ ſpiritualem,quia illã deo cuſtodiuit , & ideo
[manus eius]id eſt opera ſua [in cophino]id eſt in charitate quæ continet omnes virtu Colo.3
tes ne diſpereant[ſeruierunt]deo,quia opera extra charitatem facta non placent,hęc de 1.Cor.13.
iuſtis de quibus & ad quos ſtatim deus loquitur,vt non ſuperbiant ſed ſeipſos agnoſcãt
[In tribulatiõe] id eſt quando premereris ſarcina peccatorũ, & poteſt litera pręcedens
ſic exponi: Manus eius in cophino ſeruierunt,ſcilicet prius antequam exiret,quia qui Iohan.8.
facit peccatum ſeruus eſt peccati,& tunc[in] illa[tribulatione]id eſt in fatigatiõe men
tis & corporis,pro graui pondete ſcelerũ[inuocaſti me]in adiutoriũ[& liberaui te]exo
nerando[exaudiui te] relaxando debitum pœnę ęternę[in abſcondito tempeſtatis ] id
eſt cum angeretur conſcientia tua vehementer in ſe cõpuncta in conflictu vitiorum &
virtutum,qui eſt quaſi tempeſtas turbans animam,dum cõtra peccata viriliter decertat
[probaui te ]id eſt probum te expertus ſum[apud aquam contradictionis] id eſt apud Exod. 17
populum inter ſe diffidentẽ & contradicentem,cum alios haberes perſuaſores ad bonũ
alios ad malum.Bonum conſilium accepiſti & malum reſpuiſti,apud illas aquas cõpro
batur homo vel reprobatur:vt ergo non inueniamur reprobi ſubditur in pſona dei.[Au
B di popule meus]quem eduxi de ſeruitute diaboli[& conteſtabor te] id eſt , firmiter tibi
aſſeram,qd? [Iſrael]id eſt o popule Chriſtiane[ſi audieris me]id eſt monita mea ſerua
ueris[nõ erit in te deus recens]id eſt,nõ credes filiũ minorẽ aut poſteriorẽ patre, ſed coę Iohan. 1
qualẽ & coęternum patri,quamuis in tempore factus ſit homo[neq; adorabis deum alie Gala.4.
num]id eſt deos gentium,ſcilicet argentum & aurum & diuitias,quæ nunc Chriſtiani Exodi.20
magis colunt quàm deum.[Ego enim]loquitur Chriſtus[ſum] qui te redemit[deus tu Ephe.5.
us]qui te creauit [ qui eduxi te]per manum gratiæ meæ[de terra Aegypti]id eſt de ope- Roma.13
ribus tenebrarum ad lucis arma , ergo cum nunc lux ſis in domino [dilata os tuum] Ephe.5
id eſt,os cordis tui per charitatem ad guſtandum me[& implebo illud]gratia &gaudio
ſpirituali.Ecce quàm ſuaue eſt audire deum & vtile:ſed [Et]tamẽ[non audiuit populus
meus vocem meam]quia nec terroribus nec promiſſis inclinatus eſt,ad perducendũ ad
effectum ea quæ deus præcepit[& Iſrael non intendit mihi]id eſt nec ille populus quẽ
familiarius dilexi,intenſum ſe præbuit volũtati meę,ſed remiſſum:quod nõ agere debu
erat.Et ideo[dimiſi eos]ire[ſecundũ deſideria ]mala [ cordis eorum] tanquam deſpe- Roma.1
rans de ſalute eorum,quia ſponte &ſcienter faciunt malum[ibunt in adinuentionibus
ſuis]id eſt in erroribus ſuis,quos ipſi ſibi adinuenerunt,qui ſunt quod præponũt dele-
ctabilia huius mundi gaudijs cœli,& timent vbi non eſſet timendum,hæc ſunt peſſimę
adinuentiones,quia [Si populus meus audiſſet me]mandata mea ſeruando,vt deũ quæ-
reret,& de mundo non curaret[& Iſrael ſi in vijs meis]iuſtitiæ & iudicij[ambulaſſet]id
eſt perſeueraſſet,non ſic errarent,ſed[pro nihilo]id eſt gratis ſine merito eorum[ forſi-
tan] increpatiuum eſt peruerſorum,non dubitatiuum, quia ipſi videntur dubitare de
bonitate dei,dum pro momentaneis delectationibus abijciunt gloriam ęternitatis [ ini
micos eorum]id eſt dęmones qui eis propter peccata dominant[humiliaſſem]id eſt il-
lo dñio omnino priuaſſem,& non ſolũ hoc feciſſem,ſed[& ſuper tribulãtes eos]omnes
tam corporales q̃ ſpũles[miſiſſem manũ meã]vltricẽ, vindicando malũ quod eis illatũ Chriani
eſt,& hoc noluerũt, imo[Inimici dñi] falſi Chriſtiani deũ corde & opere perſequentes falſi men
[mentiti ſunt ei ]nõ implentes q̃d promiſerũt in baptiſmo[&]ideo[erit tempus] puni- daces
tiõis eorũ,qa cũ Iuda proditore proditores affligent[in ſecula]ſeculorũ.[Et] q̃uis hęc ſunt.

tormenta contingant eis in futuro, tamen in præſenti[cibauit eos ex adipe frumenti]id C
1.Cor.11. eſt abundantia temporalium bonorũ impleuit [& de petra melle]id eſt Chriſto ſpiri-
tuali dulcedine redundante[ſaturauit eos]per ſacramentum euchariſtiæ, quàmuis ipſi
male ſumpſerunt.

## ¶Pſalmi LXXXI. Enarratio.

DEus]in homine Chriſto[ſtetit in ſynagoga deorum]id eſt in conuentu ſanctorũ
Baruc.3. deificatorum per gratiã, quia in terra viſus eſt, & cum hominibus conuerſatus eſt
[in medio autem]id eſt in cõmuni fauens omnibus[deos]id eſt ſctõs [diiudicat]id eſt
Ephe.4. diſcernit vnicuiq; dans gratiã ſecundũ menſuram donationis ſuæ, mundanos per illos
1.Cor.12. arguens, & dicens.[Vſq;quo iudicatis iniquitatẽ ]id eſt iniquũ iudicium facitis pro
Iſaie.5. Mich. 3. muneribus, & vos minores[facies peccatorum]id eſt ſimilitudines maiorum[ſumitis]
Similitudines animalium varias habẽt homines peccatores. cõformando vos illis. Crudeles ſumunt facies leonum, hypocritę ſimiarũ, inconſtantes
auium, libidinoſi aprorum: tales facies nunc ſumunt homines & faciẽ ſimilitudinis dei
deformãt, ſed potius agite & [Iudicate egeno].i. pro eo nõ contra eũ iudiciũ date, q nõ
habet vnde viuat[& pupillo] cui pater nõ eſt mundus[humilem]id eſt in ſolo deo con
fidentem[& pauperẽ]ſpiritu qui terrena non cupit[iuſtificate]id eſt iuſtos reputate in
iudicio.[Eripite]ab oppreſſionibus & iniurijs[pauperẽ & egenum]qui ſibi non ſuffici-
Matth.5. unt[de manu peccatoris]id eſt de poteſtate iniuſte calumniantis[liberate eos]hoc face
Iſai.56. re præcipiunt: ſed quia ſunt canes muti latrare non valentes, ideo [Neſcierunt]id eſt in
Pſal.35. inſipientia ſua permanſerunt[neq; intellexerunt]vt bene agerent, quãuis moniti[in te-
Matt.15. nebris]ignorãtię[ambulant]cæci duces cæcorum, vt maiorem dãnationem accipiant,
nam[mouebunt]id eſt conturbabunt horrore tormentorum[omnia fundamenta] id
omnes mali prælati & principes, qui ſunt ſuſtentamentũ[terræ].i. hominum in hac vi
Num.23. ta, & quibus ipſi ſubditi innituntur, ſed o vos Chriſtiani nomine & opere.[Ego]deus q
Iohan.10 non mentior[dixi]per me & ſeruos meos loquens[dij eſtis]id eſt, ſctĩ habentes poteſta
Heb.1. tẽ ſuper mundum, & carnẽ, & diabolum [& filij excelſi]adoptionis gratia, non, natu-
ra[omnes]vos qui deum ſuper omnia diligitis & illi ſoli ſeruitis, per imitationem Chri
Sopho.1. ſti eſtis filij dei.[Vos autẽ]o ſuperbi, id eſt, cæci in tenebris ambulãtes, & non mutati, D
Iſai.14. ſed[ſicut homines]in veteri hoĩe remanentes[moriemini]morte tẽporali & æterna[&
ſicut vnus de principibus]id eſt apoſtatantibus angelis ab inani gloria [cadetis ] ad in-
fernum, qui nũc eſtis in ſuperbia elati. Et vt hæc fiant.[Surge]deus, quia iam ſedere vi
deris, permittendo multa mala fieri, & cum ſurrexeris[iudica terrã]id eſt terræ amato-
res & non cœli. Hi ſunt cupidi & auari, & alijs mortalibus peccatis ſubiecti, amantes bre
uẽ gloriam, & non timentes longam cõfuſionem, qui portabunt iudicium, quoniam il
lis reprobatis, o deus[tu hæreditabis in omnibus gentibus]id eſt in hæreditatem acci-
pies aliquos de omnibus gentibus, ſcilicet omnis ſexus, omnis ętatis, omnis conditiõis,
omnis poteſtatis, quidam tecum lætabuntur.

## ¶Pſalmi LXXXII. Enarratio.

DEus quis ſimilis erit tibi]quaſi diceret: nullus ſcilicet p dominationẽ & virtutum
æqualitatem: ſed tamen per virtutis imitationem ſimiles deo eſſe poſſumus[ ne ta
ceas] ergo loqui ſilenter in cordibus ſeruorum tuorum, & ſuggere ea quæ de te annun-
Hæretici inimici Chriſti cianda ſunt: vel ne taceas in iudicio, quia tacuiſti cum iudicareris coram Pilato[neq; cõ
peſcaris deus]à vindicta. Et merito non tacebis neq; compeſceris.[Quoniam ecce ini-
mici tui].i. ſchiſmatici, hęretici, falſi Chriſtiani [ ſonuerũt]id eſt repugnauerũt verita-
ti[& qui oderunt te]odio inſanabili[extulerunt caput]id eſt, ſuperbam mentem erexe
runt aduerſus authorẽ ſuum.[Super populum tuum malignauerunt conſilium] id eſt
malum cõſilium inuenerunt[cogitauerunt aduerſus ſanctos tuos]id eſt cogitatiões ha
Sap.2. buerunt vt ſanctis tuis aduerſentur, ꝙ ſctĩ eſſent & eorum voluntati omnino contradi-
cebant, & cum cogitaſſent [Dixerunt]omnes quaſi cum vno conſenſu[venite]non ti-
mẽtes[& diſperdamus eos de gente noſtra]id eſt eijciantur, vt non ſit habitatio eorum
inter nos, quia contrarij ſunt nobis & graues etiam ad videndum [& non memoretur
nomẽ Iſrael].i, contemplantium deum, vel nomẽ Chriſtianum[vltra]id eſt poſt hoc tẽ
pus: hæc ſunt verba infideliũ perſequentiũ Chrĩanos, & rẹpbi hęc dicunt facto, & ſi lin-
gua eo-



gua eorũ taceat: qa q̃tũ in ſe eſt, faciũt, vt nõ ſint ſctĩ ſup terrã.[ Qm̃ cogitauerũt vnani-
A miter]id eſt, vno animo peruerſo[ſimul]congregati[aduerſum te]in electis tuis [ teſta-
mentum diſpoſuerunt]id eſt, decreta peruerſa & iniquos codices ſtatuerũt, qui:[taber- Iohan. 2.
nacula Idumæorum]id eſt, tranſitorij conuentus terrenorum hominum, qui gloriã quę
runt quæ de mundo eſt[& Iſmalitæ]id eſt, obedientes ſibi non deo.[Moab]id eſt, ex pa Ephe.4.
tre diabolo abutente lege dei[& Agarẹni ] id eſt, filij cupiditatis huius ſeculi[Gegebal]
vallis vana, id eſt, hypocritę, qui circa vanitatem ſemper ſtudent[& Ammon]id eſt, po
pulus turbidus, ſcilicet furioſi & iracundi, & hi qui omni vento doctrinæ mouentur
[ & Amalech] id eſt, populus lingens terram, ſcilicet cupidi & auari terrena ſapientes
[alienigenæ]id eſt, alieni à deo, ſcilicet ebrij delectatione & luxuria ſeculari. Hi omnes
non à deo inſpirati, ſed diabolo dediti, & à Chriſto maledicti, teſtamentum diſpoſue-
runt [cum habitantibus Tyrum ]id eſt, cum terrena poſſidentibus & amantibus, circa
quæ anguſtiantur multum, quia Tyrus tribulatio vel anguſtia interpretatur, qui & ſan- 2.Cor.11
ctos tribulant. Et merito hæc mala fiunt.[Etenim Aſſur]id eſt, diabolus quondam cla Princeps huius mũdi diabolus.
rus & adhuc tranſfigurãs ſe in angelũ lucis, qui operatur in filijs diffidẽtiæ, quorũ prin-
ceps eſt: vnde princeps huius mundi, id eſt, amantium mundum à Chriſto vocatur[ve-
nit cum illis]id eſt, comes eſt illorum, qui nunc eos ad omne malum inſtigat, & tunc vt Iohan.12.
damnentur accuſat, & hi omnes [facti ſunt in adiutorium]ad perſequendũ & tentan- Iſa.14
dum ſanctos[filijs Loth]id eſt, angelis apoſtatis, qui à veritate declinãdo in ſatellitium
diaboli diſceſſerunt. Loth enim declinans interpretatur, & illi adiuuant hoſtes inuiſibi-
les ad oppugnandum populum dei. Et quamuis ſanctos & iuſtos ſic vndiq; tribulant & Iudi.4.
impugnant, tamẽ tu deus adiutor & protector tuorum. [Fac illis ſicut Madiam]ſcilicet
feciſti, id eſt, ſuperentur ſicut ſuperati ſunt madiantiæ à trecentis viris, id eſt, ab his qui Madianitarũ bellũ pulcre exponit.
fidem ſanctæ trinitatis cum perfectione vitæ inconcuſſe tenent, fractis laguncul is, id
eſt, vitijs carnalibus deſtructis, & apparentibus faculis ſcilicet charitatis dei & proxi-
mi: terrore enim iſtorum vincuntur inimici ſpirituales. Agitur enim hic de vindicta ini
quorum. Madianitæ ſunt illi, qui ſe iudicandos non putant, cum mali ſint [ & Siſare ] 1.Reg.28.
B id eſt, hi qui excludunt futurum gaudium propter præſens, & non erit impijs gaudere, Iſa.57 Iſa.5
dicit dominus [ ſicut Iabin ] id eſt, ſapientes ſibi, quibus dominus per prophetam com Iohan.9
minatur væ æternæ damnationis [in torrente Ciſon ] in quo iſti fuerunt victi, id eſt, Roma.1
in mentis duritia & obſtinatione, in quo nunc vincuntur mali. [ Diſperierunt in En-
dor ] id eſt, in fonte generationis carnalis, cui dediti pereunt non ſequentes genera- Matt.15
tionem ſpiritualem [ & ] ideo [facti ſunt vt ſtercus terræ]quia ita ſunt terrenis implica- Iudicũ. 7
ti, vt de eis nihil propagetur niſi terrena fœcunditas, ſicut de ſtercoribus notum eſt, Pſal.13 1.Pet.5
vel tales ita fœtentes ſunt coram deo, ſicut ſtercus coram hominibus. Et quia cæci duces
ſunt cæcorum, propheticus ſermo ſubdit.[ Pone principes eorum ] id eſt, prælatos &
reges, quos ſequũtur [ſicut Oreb] id eſt, ſiccos & ſteriles ſine fructu ſpirituali [ & Zeb ]
id eſt, deuoratores ouium, qui deuorant plebem domini ſicut eſcam panis [& Zebee] id
eſt, tales quos lupus diabolus ſibi victimam facit [ & Salmana] id eſt, inſtabiles, qui in
nulla cogitatione bona perſeuerant. Et ſic pone [ Omnes principes eorum ] id eſt, qui
principandi & regendi officium aſſumpſerunt, & non faciunt ſicut tenentur [ qui dixe-
runt]id eſt, facto oſtenderunt [hæreditate poſſideamus ſanctuarium dei]id eſt, vtamur
ſubditis noſtris & illorum bonis tanquam poſſeſſione noſtra facientes quicquid nobis
libet. Sed cum ſic delirant, o [ Deus meus ] per ſpecialem gratiam cuſtos & paſtor
cordis mei[pone illos vt rotam]id eſt, in terrenis extollantur & animo cadant ab æter-
nis, & in quo ſe exaltant in præſenti, humilientur in futuro[& ſicut ſtipulam] id eſt, ita
leues & fragiles ſint [ante faciem venti]id eſt, ante præſentiam tentationis, vt cedant o-
mni motui prauæ ſuggeſtionis. Hæc in hac vita patiuntur, ſed in alia erunt puniti ad
plenum, vnde ſequitur. [ Sicut ignis ] id eſt, diuina vltio [ qui comburit ſyluam ]
id eſt, qui conſumit ſteriles à iuſtitia[ & ſicut flamma ] eadem vindicta [ comburens
montes ] id eſt, condemnans eoſdem malos ſuperbia plenos. [ Ita ] id eſt, iſto modo Sopho.1
puniendo [ perſequeris illos ] mittendo in gehennam [ in tempeſtate tua ] id eſt, in Ioel.2
iudicio, quãdo adeſt dies valde tempeſtuoſa malis [ & in ira tua ] id eſt, in die vltionis Ierem.3. Amos.5.
[ turbabis eos ] quando impetu tempeſtatis pellentur ad ignem æternum, quaſi pa- Matt.25.
leas vento, Et ne hæc mala contingant eis.[ Imple facies eorum ignominia ]id eſt,
fac eos

fac eos cognoſcere turpitudinem & vilitatem peccatorum ſuorum, pro quibus ignomi-
nioſi ſunt [& quærent nomen tuum domine] quia ſi ſcirent quantę eſſet miſeriæ ſcelera C
perpetrare, à peccatis toto affectu ſurgerent, & ſoli nomini tuo ſeruire deſiderarent. Et
Sap.5. quia reprobi inter flagella peiorantur, ideo [Erubeſcant] in iudicio dicentes de paupe-
ribus voluntarijs: Nos inſenſati viam illorum æſtimabamus inſaniam, ecce quomodo
computati ſunt inter filios dei? [& ] tunc [conturbentur in ſeculum ſeculi] id eſt, nul-
lam requiem inæternum habebunt in pœnis, qui ad tempus ſine timore dei quieuerunt
in culpis [& confundantur] intus & foris qui hic honorem mundi concupierunt, & pro
deo confundi reſpuerunt [& pereant] ibi in corpore & anima q regnabāt ſuperbe & ne
Sap.6 quiter in hac vita. [Et cognoſcant] ſaltem raro, fortioribus enim fortior inſtat crucia-
tio [quia nomen tibi dominus] id eſt, ſciant, ꝙ fruſtra ſubterfugerunt tuum dominium
& præceptorum tuorum regulis noluerunt ſubiugari, nam [tu ſolus altiſſimus] id eſt, po
tentiſſimus [in omni terra] cuius potentiam in nullo angulo terræ poterunt aufugere.

## ¶Pſalmi LXXXIII. Enarratio.

QVàm dilecta tabernacula tua domine virtutum] id eſt, o domine virtutum cœle
Iohā.14 ſtium quàm incorporabiliter diligendę ſunt manſiones ſupernæ, quas præpara
ſti electis tuis, quàm omnia gaudia pro quibus fruſtra laborant mundani, & etiam tri-
Rom.5 bulationes magis amandæ ſunt quæ pacientiam operantur, in quibus nunc militas in
membris tuis, & per quas perducis eos ad æterna tabernacula, ad quæ [concupiſcit]
animus meus [& defecit anima mea] id eſt, à ſe & ab omni cupidine terrenorum tendēs
ardenti deſiderio [in atria domini] id eſt, in cœleſtis curię latitudinem, quæ multitudine
gaudet ciuium ſanctorum, hæc ſunt verba contemplantis & amore ardētis animæ, quæ
ſolum Chriſtum ſapiens, & præ nimio amoris ardore pene moriens ac deficiens ait:
Cant.2 Nunciate dilecto, quia amore langueo. Nam & in languore meo. [Cor meum] melli-
Roma.7 tum amoris dulcedine [& caro mea] id eſt, exterior homo conſentiens & condelectans
Phil.1 ſuauitati internæ [exultauerūt in deum viuum] id eſt, in tanta exultatione bonæ conſci-
2.Cor.5 entiæ captus ſum vt diſſolui cuperem & eſſe cum Chriſto. [Etenim paſſer] id eſt, humi
lis mens à terrenis euolans [inuenit ſibi domum] id eſt, manſionem in cœlis manentem D
quam amando Chriſtum quæſiuit. Sicut deſerit paſſer ſyluam & inuēta domo lætatur:
ſic anima relinquens ſeculi ſterilitatem gloriatur, dum ſcit ſibi ſedem paratam in cœlo
[& turtur] id eſt, caro caſta gemens pro peccatis, & inuenit [nidum] id eſt, eccleſiaſtica
ſacramenta vel fidem & charitatem [vbi] id eſt, in quibus [reponat pullos ſuos] id eſt,
1.Cor.13 opera bona, quia ſi extra nidum iſtum aliquid poſuerit cito rapietur. Corde enim co-
gitamus deum, & quaſi paſſer ad domum volamus carne, per charitatem opera agi-
Nidus tur turis. mus, & quaſi turtur nidum habemus. Et quis eſt ille nidus? [Altaria tua domine] id
Heb.11 eſt, ſublimitas ſpei & charitatis, ad quæ diligendo aſcendimus, ſine quibus deo placere
non poſſumus, nec eſt extra locus veri ſacrificij [rex meus & deus meus] quia te fateor
meum rectorem quem adoro conditorem. Et merito deſidero in aulam dei, quia [Bea-
ti] beatitudine perenni [qui habitant] quaſi iure hæreditario [in domo tua domine]
id eſt, in gaudio angelorum: quod inde probatur, quia [in ſecula ſeculorum] id eſt, ſine
fine [laudabunt te] cum maximo iubilo de bonis ſibi collatis, canentes cantica laudis &
amoris. Quod non facerent, niſi beati eſſent. Sed quia nemo ad hanc laudem ſuis meri-
tis ſufficit, ideo [Beatus vir] beatitudine virtutis, quæ poteſt haberi in via [cuius eſt au-
xilium abs te] id eſt, qui hic te habet adiutorem, non ſuo ſenſui derelictus, vt eſt pręſum
ptuoſus, qui ſemper ſua conſilia alijs etiam melioribus præponit [aſcenſiones] id eſt, pro
Quanto plus ama ueris, tāto altius a-ſcendis. motiones, vt continue proficiat in mente aſcendendo ad ſuperna [in corde ſuo diſpo-
ſuit] id eſt, firmiter propoſuit non recedere nec torpere ab his aſcenſionibus, hoc non fa
cit præſumptor, qui quàmuis duram exterius quandoq; ſuſtineat pœnitentiam, tamen
in mente proficere neſcit [in valle lachrymarum in loco quem poſuit] id eſt, in pręſenti
Iohan.16 vita, in qua flendum eſt pro infinitis miſerijs, quæ nos intus & extra anguſtiant. [Et-
Lucæ.6 enim benedictionem] id eſt, augmentum gratiarum [dabit legiſlator] id eſt, Chriſtus
Lex Chriſti charitas. qui legem dedit, benedictionem dabit, vt lex eius impleatur, quæ eſt charitas, non à præ
ſumptoribus q alios docent, quod ipſi neſciūt, ſed ab humilibus, qui ſe fragiles & quales
ſunt agnoſcunt, hi habēt benedictionem, & ideo [ibunt] id eſt, proficient [de virtute]
Matt.5. quæ eſt in ſpe [in virtutem] quæ eſt in re aſcēdendo, & tunc [videbitur] ab oculo cordis
mundato



mundato [deus] per eſſentiam [deorum] id eſt, deificatorum per gratiam, id eſt, ſancto-
A rum quorum deus eſt [in Sion] id eſt, in ſpeculatoribus formæ ſuæ, videbitur enim deus
in ſe, & in omnibus ſanctis, & iuſtis, & etiam in omni creatura, vt autē & ego ad hoc inef
fabilē gaudiū ſufficiam. [Domine deus virtutū] tam corporalium q̄ ſpiritualium dator
& factor [exaudi orationem meam] qua aſcēſiones flagito [auribus percipe] quibus au-
dis deſiderium meum [deus Iacob] id eſt, fidelis populi vitia ſupplantantis, in hoc perci-
pe vota mea, ꝙ vides me laborare, vt non frauder à benedictione tua, quia bonis das be-
nedictionem, malis maledictionem. Ideo [Protector noſter] in pugna à ſagittis & iacu-
lis dęmonū: homines enim nocent corpora & dęmones animas, igitur [aſpice] agonem
noſtrum in quo deſudamus vſq; ad mortem [& reſpice] id eſt, fac nos reſpicere & inten
dere [in faciē Chriſti tui] id eſt, in eius viſione & cognitione videre præmia, & requiē la
borum noſtrorū, quę in infinitum maiora ſunt, quàm meritum noſtrum. Ad hoc enim
tendit oratio mea, vt habitem in domo tua, quia [Melior eſt dies vna] æterna, cui non Dies cœli vna.
ſuccedit altera [in atrijs tuis] id eſt, inter ſupernos choros angelorum mirabiliter ordi-
natos [ſuper milia] id eſt, ſuper omnia quæ excogitari poſſunt, & ponitur finitum pro
infinito, vnde in tantum affectus ſum deſiderio illius vnius diei, & ſpernens omnem feli- 1.Cor.2
citatem tēporalem, ꝙ [Elegi] per longam deliberationem [abiectus eſſe] id eſt, humilis Iſa.64
apparere [in domo dei mei] id eſt, in eccleſia vt ſim contemptor tēporalis altitudinis, pro
pter bonum futurum [magis quàm habitare] in præſenti vita [in tabernaculis peccato-
rum] id eſt, poſſidere & cupere diuitias & gloriam huius mundi, ſicut peccatores faciunt
qui honoribus tument, & mollibus veſtiuntur, & poſtea deſcendunt in lacum miſerię & Iob.21
in lutum fecis. Et bene ſic elegi. [Quia miſericordiam] in electis quos vocat & iuſtificat Roma.8
[& veritatem] id eſt, iuſtitiam in reprobis quos damnat, vt miſericors ſit in promiſſis & Pſalm.50
iuſtus in minis [diligit deus] & hæc duo in nobis diligit, vt miſereamur animæ noſtræ Eccle.10
placentes deo, & veritatem agamus puniendo per pœnitentiā mala quæ cōmiſimus, ſic
enim agentibus [gratiam] in præſenti qua bene viuitur [& gloriam] in futuro qua bea-
ta vita poſſidetur [dabit dominus] vnde ſequitur. [Non priuabit bonis] ſcilicet internis
& æternis eos [qui ambulant] id eſt, perſeuerant [in innocētia] id eſt, qui nec ſibi nec pro
B ximo nocent, & talis eſt de quo ſubdit [domine virtutum, beatus homo] veram beatitu-
dinem expectans [qui ſperat in te] non in ſe, nec in aliqua vanitate mūdi, ſed in ſolo deo.

## ¶Pſalmi LXXXIIII. Enarratio.

BEnedixiſti domine terram tuam] id eſt, vterum beatę virginis, qui ſpiritu fœcunda Luc.1
tus, fructum ſalutis vniuerſo mundo produxit, & per hunc fructum [auertiſti capti Fructū ſalutis noſtræ, Maria perduxit.
uitatem Iacob] id eſt, minoris populi ſcilicet Chriſtiani, cui ſeruiet maior ſcilicet popu-
lus Iudaicus, nos redimendo à captiuitate & ſeruitute diaboli, vt populus prius captiua-
tus amodo non ſequeretur captiuatorem ſuum, ſed redemptorem per quem [Re-
miſiſti impietatem plebis tuæ] quæ tibi fideliter ſeruiuit & adhæret, vt iam non ſint Gene.25
ita intenſa incentiua vitiorum ſicut prius [operuiſti omnia peccata eorum] per chari- 1.Pet.4
tatem quæ operit multitudinem peccatorum. [Mitigaſti omnem iram tuam] vt pro Prou.10
peccatis noſtris nos inæternum non punires, quàmuis vel hīc vel in purgatorio iram
tuam grauiter in nos exerceas, tamen mitigata eſt. Vnde quia aliquando placabitur,
vt vltra non iraſcaris nobis [auertiſti] te [ab ira indignationis tuæ] curando no- Gene.3
ſtram paſſibilitatem & mortalitatem, quæ iratus primis perentibus inflixiſti. [Con- Roma.5.
uerte nos deus] vt te delectemur ſequi, per virtutem & contemptum ſeculi, non capti-
uatorem noſtrum, per voluptatē et amorem noſtri [ſalutaris noſter] qui nos ſaluas [&]
ſic [auerte iram tuam] id eſt, effectum iræ tuæ, quem peccando meruimus [à nobis]
ſeruis tuis qui pœnitemus nos deliquiſſe. [Nunquid inæternum iraſceris nobis] id eſt,
nunquid pœna peccati erit æterna [aut extendes iram tuam] continuando eam [à ge-
neratione] mortali [in generationem?] immortalem, quaſi diceret nō, nam [Deus tu cō
uerſus] ad nos per miſericordiam [viuificabis nos] prima reſurrectione [&] ſic [plebs Apca.20 Dani.9
tua] reſuſcitata à morte culpæ ad vitam gratiæ [lætabitur in te] non in ſe, nihil de pro-
prijs viribus præſumens. Et vt hæc in nobis compleantur. [Oſtende nobis dn̄e miſeri
cordiā tuam] id eſt, Chriſtū, per quē miſertus es humano generi, nobis poſt hoc exiliū 1.Cor.13.
facie ad faciem videndū oſtende [&] interim [ſalutare tuum] ſaluatorem noſtrum &
propugnato-

propugnatorem[da nobis]ad amandum ad imitandum,& ad fruendum,non ad occi- C
dendum,vt fecerunt Iudæi,nec ad contemnendum & exprobrandum,vt mali Chriſtia
1.Cor.6 ni,ſed vt in toto corde noſtro conformemur illi,quo veniente & inſpirante. [ Audiam
quid loquatur]id eſt,quid intus ſilenter pronũtietur intelligam,vt faciam illud [ in me]
adhærente ei amore inextinguibili[dominus deus]qui dominatur & gubernat[quoni-
am loquetur]id eſt,promittet[pacem] carnis & ſpiritus & hoc[in]id eſt, inter [plebem
ſuam]vt nulla ſit diſſenſio hominis ad hominem,vel hominis ad ſeipſum,quod non e-
Philip.4. rit in plebe diaboli,quæ habebit diſcordiam inceſſabilem,& odium ſempiternum.[Et]
ideo loquetur[ſuper ſanctos ſuos]ſcilicet,vt pax quę exuperat omnem ſenſum,ſit ſuper
eos & in eis[&]ſimiliter[in eos]loquetur[qui conuertuntur ad cor]id eſt, ab errore ad
intelligentiam & rationem,vt amplius non rapiantur extra ſe per amorem mundanæ
vanitatis.Ergo & nos cõuertamur ad cor ,vt in nobis loquatur deus,ſuauis enim eſt hęc
locutio & multum confortans.Et quamuis ita ſit [Verumtamen prope timentes eum]
id eſt,qui ſciũt timorem caſtum neceſſarium eſſe cum gaudio ſpirituali ne homo ſuper-
biat,eſt[ſalutare ipſius]vt animę nũc ſaluẽtur[et vt inhabitet]ſcilicet in iudicio[gloria]
immortalitatis[in terra noſtra]id eſt,in carne, quæ adhuc eſt mortalis.[Miſericordia]
id eſt,remiſſio peccatorum facta gentibus conuerſis[& veritas] promiſſio facta Iudæis
[obuiauerunt ſibi] id eſt,conuenerunt in mediatore Ieſu Chriſto [ iuſtitia ] fidei [ &
pax]charitatis coniungens duos parietes[oſculatę ſunt] id eſt inuicem in vna eccleſia
1.Timo.2 cohæſerunt,ſed prius.[Veritas]id eſt,vera confeſſio[de terra orta eſt]id eſt,de paccato-
Ephe.2 re humiliter ſuam fœditatem oſtendente [&] ſic [ iuſtitia ] qua iuſte fit remiſſio pec-
cati ſecundum decretum dei, &ſi quantum ad nos miſericordia ſit[de cœlo proſpexit]
id eſt cœlitus data eſt.[Etenim dominus dabit benignitatem]id eſt,gratuitam beneuo-
Col.1 lentiã impendet,ne ſteriles ſimus[& terra noſtra]id eſt,caro humana[dabit fructum ſu
1.Cor.1 um]id eſt fructificabit in laude &bono opere.[Iuſtitia]id eſt,Chriſtus qui à deo factus
eſt nobis iuſtitia[ante eum]id eſt,hominẽ [ambulabit]id eſt pręmittet ſe in exemplum
Viã cœli Chriſtꝰ pceſſit. bene viuendi,[& ponet]id eſt ſtabilet in via munditiæ & charitatis[greſſus ſuos]id eſt,
affectiones quibus ad cœlum tendit,hæc eſt via per quam ambulemus,vt quo ipſe præ- D
ceſſit & nos ſequamur.

## ¶Pſalmi LXXXV. Enarratio.

INclina domine aurem tuam]Vox capitis in paſſione vel corporis in tribulatione.O
excelſe[inclina]ad humilem,medice ad ęgrotum[& exaudi me]vt ad gloriam et ho
Iob.14 Roma.8 norem tuum liberer à perſecutione & anguſtia,qui me tribulant & circundant [quoni-
am inops]id eſt,ſine ſolatio mundi,& tua ope indigens[& pauper]id eſt,parum habẽs,
& ideo de me nihil confidens[ſum ego]mortalis vitæ miſerijs vndiq; impulſus. [ Cu-
ſtodi animam meam ] vt nec vita,nec morte,nec gaudio,nec pœna, deficiat à cuſtodia
mandatorum tuorum,& ab obedientia quam iniungis illi,& merito hoc facies[quoni-
am ſanctus ſum] id eſt,firmus in fide & charitate, vt nulla blãdimẽta , vel minæ ab his
Matt.25 me poſſint auellere[ſaluum fac ſeruũ tuum]tua bona fideliter diſpenſantem [deus me-
Lucæ.16 us ſperantem in te]qui non ſaluas ſeruum nequam præſumentem de ſe.[ Miſerere mei
domine]qui pronus es ad miſerendum pœnitentibus[quoniam ad te]habendũ,& fru-
Lucæ.9 Phili.3 endum,& amandum[clamaui]affectu & effectu[tota die ] ſcilicet præſentis vitæ , quia
non reſpexi retro ad amorem mũdi,ex quo incœpi feruere in amore Chriſti,& ideo[læ
tifica animam ſerui tui]non carnis,non vxoris,non mundi,non diaboli[lætifica] dico
2.Cor.5 certa ſpe futuræ gloriæ pecipiendę ſtatim poſt deceſſum animę à carne[quoniã ad te do
mine]guſtandum[animam meam leuaui]per contemplationis gratiam, non in me de
Munera dei q̃ ſint ieci per cupiditatem. Cõgruus ordo verborum.Inclina pauperi,cuſtodi ſanctum,ſalua
ſperantem,miſerere clamantis,lætifica leuatum. [Quoniam tu domine ſuauis ] animæ
amanti te[& mitis]quia non improperas redeuntibus ad te, ſi peccare deſiſtãt,quamuis
peccauerunt[& multæ miſericordiæ]quia multas remittis miſerias[omnibus inuocan-
Pſal.138 tibus te]corde,ore,& opere.[Auribus]id eſt,præſentia maieſtatis,qua vbiq; es [percipe
domine orationem meam]liberans me ab omni malo culpę,& pœnæ[& intẽde voci de
precationis meæ]vt perfruar te ſummo bono.Multi magnam iniuriam faciunt deo,o-
Iſa.29 rant vt ipſe intẽdat eis,et ipſi nec deo nec ſibi ipſis intẽdunt.Orãtes enim labijs cor habẽt
Matt.15. diſtractum cum diuerſis mundi vanitatibus confabulantes,contra quos dicit Dauid:In
ueni cor



A ueni cor meum,vt orem ad te.Alij perdiderunt cor ſuum,& ideo nõ audiuntur. [In die Pſalm.26
tribulationis meæ]id eſt,in tempore quando tribulor & tentor[clamaui ad te]adiutorẽ
meum[quia exaudiſti me]ſæpe eripiens à mala tentatione,vt non conſentiam illi, quia
ſi nolles audire me,non clamarem ad te:Sed liberatus gratias ago tibi, dicens [Non eſt
ſimilis tui]id eſt,non eſt tibi æqualis[in dijs domine]id eſt, in his quos decepta vanitas
gentilium pro deo colit,vel gratia deificat[& non eſt ] aliquis qui poſſit agere [ ſecun-
dũ opera tua]id eſt,nemo eſt qui tibi ſimilia operetur,tu enim ſolus eſt creator,& nõ eſt Sap.16
poteſtas niſi à te.Et ideo [ Omnes gentes]id eſt,de omni gente te timentes [ quaſcunq; Rom.13.
feciſti]id eſt,quibus dediſti naturam & gratiam[veniẽt]paſſibus fidei & amoris[& ad-
orabunt coram te domine ] id eſt,adorantes placebunt tibi[& glorificabunt] id eſt,glo
rioſum vita & lingua prædicabũt[nomẽ tuũ]Ieſum quo innoteſcis eis. [Quia magnus
es tu]non magnitudine corporis,ſed potentiæ,& virtutis,deus enim nec eſt corpus,nec Iohan.4
virtus in corpore,neq; forma alicuius rei corporalis eſſe poteſt[& faciens mirabilia] in Deus nullius corporalis rei formã habet.
oculis noſtris,vt partum virginis,mutationẽ panis in carnem[tu es deus ſolus]qui hæc
facis. Hinc eſt ꝙ oro [Deduc me domine]poſitum[in via tua] ſcilicet paupertatis & hu
militatis,per quam ambulaſti in hac vita[vt ingrediar] ſine macula viam vniuerſæ car-
nis, & hoc fiat[in veritate tua]in qua promittis illud diligentibus te,& interim [lætetur Iſa.7
cor meum ] id eſt,ratio & voluntas mea lætanter ad hoc ſit minata [ vt timeat nomen 1.Cor.11
tuum]timore filiali.[Confitebor tibi]id eſt,laudabo te [domine deus meus] id eſt, do-
minans & creans[in toto corde meo]non in vna parte tantum,vt faciunt amatores mũ
di[& glorificabo nomẽ tuum]Ieſum glorioſum habebo in memoria mea[in æternum]
non ad horam,vt faciunt inſtabiles & incõſtantes.[Quia miſericordia tua magna]qua
in contritione peccata dimittis[eſt ſuper me] in victoria inimicorum meorum[& erui-
ſti animam meam]in peccatis iacentem[ex inferno inferiori]id eſt,de peccato mortali
per quod eſſem in inferno poſt mortem,niſi miſericordia dei liberaret me in hac vita.
[Deus iniqui] dæmones[inſurrexerunt ſuper me]id eſt,conabantur me ſuperare in tẽ-
tatione[& ſynagoga]id eſt,congregatio[potentium]id eſt,ſuperborum ſpirituũ[quæ-
B ſierunt animam meam]auferre à te,vt conformetur illis[& non propoſuerunt te]id eſt
timorem tuum,quia nocentibus alijs infers pœnam [ in conſpectu ſuo ] id eſt , in ipſo
intellectu , quo nturaliter cognoſcunt te malis tormenta reſeruare . Illi ita [ Et tu
domine deus miſerator ] in effectu & in exhibitione [ & miſericors ] natura, quia na- Deus natura miſericors eſt.
turaliter ad miſeros inclinaris,dummodo ſint in ſtatu quo miſericordiam valeant con
ſequi [patiẽs] diſſimulãs peccata hominũ propter pœnitentiã[& multæ miſericordię] Sap.11
erga cõuerſos ad pœnitentiã[& verax]in promiſſis implẽdo ea. Tu qui talis es.[Reſpi-
ce in me]id eſt,ad meam tribulationẽ,qui auerſus videris dum patior,et non me liberas
[& miſerere mei] abſoluendo à culpa & pœna[da imperium] id eſt, plenam victoriam
omnium inimicorũ tam corporaliũ quàm ſpiritualiũ[puero tuo].i.ſeruo tuo per perfe-
ctam obedientiam,& filio tuo per gratiã[& ſaluum fac]conſtituens in cœleſti regno[fi
lium ancillæ tuæ].i.eccleſiæ,quæ eſt ancilla tua tibi ad nutũ ſeruiẽs.Et vt in me hoc ſciẽ Ancilla dei eccleſia dicit.
dum eſſe in futuro intelligam.[Fac mecũ ſignum]id eſt,da mihi in præſenti vita veram
charitatem,quæ optimum ſignum eſt æterni gaudij conſequendi,hanc mecũ fac[in bo 1.Iohan.2
no]id eſt,in bonitate tua,vel in perfecto deſiderio amoris tui,et hoc bonũ eſt valde iucũ
dum cum ſigno[vt videant]id eſt,manifeſte cognoſcãt meã exaltationẽ in gloria cœle
ſti[qui oderũt me]id eſt,dilexerunt meã ſubuerſionem & deiectionẽ[&]tunc[confun-
dantur]id eſt,erubeſcant iniqui homines verbo vel opere tribulantes electos tuos ,cum
ſe erraſſe cognouerint,& dæmones,q in tentatione nõ præualuerunt , ſed victi ſunt . Et Iohã.15.
vere confundentur[quoniam tu domine]ſine quo nihil poſſunt agere,aut te iubẽte vel
permittente[adiuuiſti me]in certamine huius vitæ dimicantẽ[& conſolatus es me]dan
do lætitiam glorioſæ remunerationis poſt laborem tranſeuntis tribulationis.

## ¶Pſalm LXXXVI. Enarratio.

FVndamenta]lucida & ſecura ſcilicet fides trinitatis & dñicæ incarnationis[eius]id Apoſtoli et prophetæ mõtes dicũtur.
eſt,eccleſiæ & fidelis animæ,quæ fundamẽta ſunt[in mõtibus ſanctis] .i.in apoſto
lis & ꝓphetis principaliter,q ſunt mõtes nõ per tumorẽ ſuperbiæ,ſed per meritũ vitæ &
per altitudinem contẽplationis diuinæ,in fide enim quã ipſi nos docuerunt,vniuerſalis 1.Cor.3
eccleſia fundatur,ideo in eis ſpecialiter & principaliter dicuntur fundamẽta eccleſiæ con Ephe.2
K ſtituta

ſtituta[diligit dominus portas Sion]id eſt,virtutes ſpirituales eccleſiæ contemplantis, C
per quas intrat ad regnum [ſuper omnia tabernacula Iacob]id eſt,ſuper omnia imagi-
naria ſacramenta & legalia inſtituta veteris populi,in quibus Iudæi ſuperbierũt,& bene
diligit deus portas Sion,nam[Glorioſa].i.miniſteria deo cũ gaudio & gratiarũ actio-
ne exhibita,ſcilicet humilitatẽ in proſperis,patientiã in aduerſis,diſcretã mortificationẽ
Eccleſia ciuitas vndiq; munita. carnis &ſummũ deſideriũ conditoris offerens,hæc glorioſa,qa gloria digna[dicta ſunt
de te]id eſt,ſancta eccleſia ſcilicet ꝙ in te fiunt,quæ es[ciuitas]vndiq; munita & cuſto-
dita,contra hoſtes ſpirituales [dei]quia ipſe te conſtituit,&in te per gratiã regnãs defen
Matt. 16. dit,hoc etiã glorioſum dictum eſt de te,ꝙ[Memor ero]per tuã prædicationẽ,loquitur
1.Tim.2. Chriſtus[Raab]id eſt,carnaliũ hominum & mulierũ,qui per latã viã quę ducit ad mor
Matt.7. tem,incedũt[& Babylonis]id eſt inordinate & confuſe viuentium[ſcientium]vel ſcien-
tibus[me]id eſt,qui habent fidem & non bonã vitã.Memor ergo eorũ,vt te docendo&
Iacobi.2. bonũ exemplum oſtendendo,perfecte ad me conuertantur fide & charitate.Et nõ fru-
ſtra memor,qui a[Ecce alienigenæ]id eſt,qui aliquando fuerũt alieni à deo[& Tyrus]
id eſt,anguſtia cupiditatis & vitiorũ circumſepti[&populus Aethiopũ]id eſt,nigredine
peccatorũ ſcilicet luxuriæ & gulæ turpes[hi]omnes inuitati ad nuptias[fuerunt illic]id
eſt,in illa ciuitate ſeruientes dño,relictis ſordibus ſuis.[Nunquid Sion] .i. eccleſia ſpe-
culans cœleſtia[dicet homo].i.ꝙ deus eſt homo[& homo]Chriſtus[natus eſt in ea]ex
virgine Maria[& ipſe fundauit eã].i.fide,ſpe,&charitate,ſtabiliuit[altiſſimus ] ſcilicet
Lucæ.2 eſt qui in ea natus eſt,& hoc fecit.Et vt eius altitudo in quantũ deus,& humilitas in quã
tũ homo,innoteſcant hominibus. [Dñs narrabit in ſcripturis populorũ] hiſtoricis per
ſctõs doctores explanatis[& principiũ horũ].i. apoſtolorũ & prophetarum profunda
enunciantiũ[qui fuerunt in ea]id eſt,mẽbra eccleſiæ,& hoc glorioſum dictũ eſt ꝙ [Si-
cut lætantium oĩm]in ſpe expectantium lætitiã,quæ erit in re[habitatio eſt in te] fide &
dilectione.

¶Pſalmi LXXXVII. Enarratio.

DOmine deus ſalutis meæ]dator & operator,cui reuelo cauſam meam[ in die cla-
maui]id eſt,in proſperis in quibus nunc multi voluptuoſe dormiunt,excitaui af-
fectũ meũ ad amorẽ[& nocte]id eſt,in aduerſis te deſideraui,quia ipſe deũ in aduerſita- D
te cito reperit,qui eũ in proſperitate recte quæſiuit[corã te] non quęrens apperere hu-
mano oculo,ſed ſoli deo,ergo[Intret in conſpectu tuo oratio mea]id eſt accepta fiat co
ram te,ad ſimilitudinẽ legatorũ qui admittuntur:& cũ intrauerit[inclina aurẽ tuam ad
precẽ meam]quia audis deſiderium tribulatorum.Et bene dixi, inclina, [ Quia reple-
ta eſt malis]id eſt miſerijs huius vitę & pœnis[anima mea]quæ compatitur corpore pa
ciẽte[& vita mea]prius illaqueata illecebris mũdi[in inferno]vt ſit[appropinquit] pro
2.Cor.4. pter peccatũ,niſi conuertiſſes me.Et adhuc[Aeſtimatus]id eſt reputatus[ſum cũ deſcen
dentibus in lacũ]id eſt,indiſcreti qui iudicant ante tempus,non æſtimauerunt me maio
ris probitatis,quã illos,qui deſcendũt in lacũ damnatiõis æternæ[& factus ſum] id eſt,
iudicatus ab illis[ſicut homo ſine adiutorio]id eſt, qui non ſim dignus adiuuari à deo,
tñ[inter mortuos]in anima mortali pecccato [liber]ſum per gratiã tuam,ab illa mor-
vita animę deus. te,quia te in me ſentio viuentẽ,qui es vita aĩæ meæ.Et [ Sicut vulnerati]iaculis peccato
rum [dormientes]id eſt,quieſcẽtes[in ſepulchris]id eſt obſtinati in voluptatibus ſuis ſe
Ioha. 11. pulti & fœtẽtes,q̃ſi ſine ſpe correctiõis[quorũ nõ es memor amplius].i.q̃rũ videris pe-
nitus oblitus,qa ſic ꝑmittis eos in fœditatibus ſuis iacere[& ipſi de manu tua].i. de pro
tectiõe tua repulſi ſunt in manus inimicorũ ſuorum.[Poſuerunt me]ſua reputatiõe de
tractores[in lacu inferiori].i.in pœna irremediabili[in tenebroſis].i.cũ hypocritis qui
obſcura opera in occulto agũt[& in vmbra mortis].i. inter eos,qbus ignorãtia eſt cau
ſa mortis[Super me cõfirmatus eſt furor tuus].i.implacabilis viſa eſt ira tua,qa ſic perſe
cutionẽ patior[& oẽs fluctus tuos].i.tempeſtates tribulationũ[induxiſti ſuper me ] ad
modũ naufragantis,vt hoc ſit ad cumulũ miſeriæ.[Longe feciſti].i. recedere permiſi-
ſti[notos meos].i.amicos,a qbus me amari æſtimabã[à me].i. ab intentiõe mea, & q̃s
maxĩe diligebã,aduerſati ſunt mihi,nã[poſuerũt me abominationẽ ſibi ] .i. abomina
Matt.5 bantur me,quia non placui eis in omnibus.[Traditus ſum]ab eis Satanæ, id eſt , male
dicebãt mihi,& improperabãt[&]nõ [ egrediebar ] id eſt,non prorupi in maledictum
Roma.12 pro maledicto,ſed potius benedicens,quia [oculi me i]interiores, ſcilicet intelligentia
& ratio[languerunt]id eſt, doluerunt [ præ inopia ] eorum,quia virtute ſpirituali ca-
rent



rent,quam ſi haberent,non loquerentur malum de proximis ſuis ſine cauſa. Et ego in
A preſſura & perſecutione poſitus,ad te dñe quem ſpero liberatorẽ. [Clamaui] deſiderio
& canore in corde concepto[tota die]vſq; ad noctẽ mortis[expandi ad te]id eſt, leuaui
à vana gloria ad honorem tuũ[manus meas]id eſt,opera mea,quãuis detractores mei
aliter æſtiment.Et ne quis opponeret dicens:Si ſancti ſunt, quare non miraculis oſten- Sctĩ non ſemp mirabilia operãtur.
dunt vitam ſuã?ſubdit,o deus [Nũquid mortuis]ſcilicet corde,id eſt,coram nõ intelligẽ
tibus[facies mirabilia]ſcilicet ſigna[aut medici]id eſt,prædicatores[ſuſcitabunt]mor-
tuos in anima[& confitebuntur tibi?]id eſt,laudabunt te,à mortuo enim perit cõfeſſio.
[Nunquid narrabit aliquis in ſepulchro]iniquitatum manens[miſericordiã tuã?[ pec-
catoribus conuerſis impenſam,quam ipſe non nouit[& veritatem tuã]reddendo malis
quod meruerunt,q eſt[in perditione]æterna.[Nunquid cognoſcẽtur in tenebris]id eſt,
in tenebroſis mentibus ignorantia obcæcatis[mirabilia tua]humano generi oſtẽſa[&] 1.Cor.3
nũquid[iuſtitia tua]qua retribuis vnicuiq; ſecundũ opus ſuũ,cognoſcetur[in terra obli Matt.16
uionis?]id eſt,in his qui voluptatibus & delitijs affluentes,non reminiſcuntur ſe iuſte iu
dicandos.[Et]ideo[ego]non captus errore & obliuione eorum[ad te dñe clamaui ] cũ
toto affectu cordis,vt eis ſimilis non efficiar,& propter hoc[mane]in ortu gratiæ,quan
do dies charitatis incipit fulgere in corde meo[oratio mea]qua peto indulgẽtiam [præ
ueniet te]punientem,non miſerentem.Et cum ita ſit[Vtquid]id eſt,qua de cauſa[repel
lis]id eſt,repellere videris [orationem meam?]dum tribulari me tantum permittis [ a-
uertis faciem tuam à me]id eſt,non oſtendis mihi mortali,quam ſolum quæro,quia cũ Pſalm.79 2.Cor.13
video eam,habeo totũ quod deſidero,vnde quamdiu pro ipſa facie oro & ad ipſam ge-
mo.[Pauper ſum ego]id eſt,inſufficiẽter viuo,& parum me reputo habere[& in labori
bus]ſum pro dilatione patriæ,& hoc mihi eſt[à iuuentute mea] id eſt, à tempore à quo Col.3
incœpi te amare & exuere veterem hominem,induens nouum[exaltatus autem ] apud
meipſum inani gloria,qa nonnulli quandoq; ſolent de virtute eleuari,ideo vt reprima-
tur hæc elatio[humiliatus ſum]exteriori afflictione[&]ſic[conturbatus]id eſt,compũ
ctus intra me,& vlterius inaniter non extollar.[In me tranſierunt iræ tuæ]id eſt,pœnæ
actualium peccatorũ à te inflictę mihi tranſeunt,cum ſufficienter afflixeris ſeruum tuũ.
B In his autẽ qui ſunt ſerui peccati,& ad te nolunt conuerti,nõ tranſeunt,ſed ſine fine per-
manebũt[& terrores tui]id eſt,terribilia tormẽta,quæ imminent peccatoribus[contur-
bauerunt me]id eſt,me timere fecerunt.[Circundederunt me] .i. mentem meã vndiq;
percuſſerunt[ſicut aqua]id eſt,ad modum perſecutionum cum tranſitorio impetu[tota
die]præſentis vitæ [circundederũt me ſimul]terrores & tribulationes. [Elõgaſti à me ]
id eſt,à ſuſtinentia mea[amicum]quem amaui[& proximũ]qui prope erat,videns con
uerſationẽ meam [& notos meos] id eſt, conſanguineos[à miſeria]quam ego patior.

¶Pſalmi LXXXVIII. Enarratio.

MIſericordias domini]id eſt,ea quę miſericorditer dñs egit in humano genere[in Cantare miam domini.
æternum cantabo] id eſt,laude exultanter narrabo. Loquitur hic eccleſia mili-
tans,quæ permanet vſq; ad finem mũdi.[In generatione]præſente[& generatione]ſuc Matt.25.
cedente[annunciabo veritatem tuã]id eſt, promiſſiones tuas completas eſſe per media- 1.Timo.2
torem[in ore meo]id eſt,manifeſte opere et ſermone confitebor Chriſtum.[Quoniam
dixiſti]per inſpirationem internam,loquens ſanctis inæternum manſura [ miſericor-
dia]hominibus pendenda[ædificabitur]id eſt,confirmabitur[in cœlis] id eſt, in cœle- Phili.3
ſtibus viris,quorum conuerſatio in cœlis eſt[pręparabitur veritas tua].i.completio tuo
rum promiſſorũ[in eis].i.in ſalute eorũ, vel eorũ doctrina vt plures ſalui fiant. Et hoc
dixi.[Diſpoſui teſtamentum]nouum[electis meis].i.hominibus quos elegi ,vt viuant
ſecundum euangeliũ[iuraui]id eſt,immobiliter promiſi[Dauid ſeruo meo]id eſt,Chri 1.Reg.7
ſto manuforti & deſiderabili aſpectu in omnibus obediẽti patri[vſq; inæternum]id eſt, Phil.2
vſq; in finem ſeculi[præparabo ſemen tuum ] id eſt, faciam te habere imitatores qui te
ſequantur.[Et ædificabo]id eſt,ad ſtabilimentum immutabile perducam[in generatio
ne]hac mortali[&]vſq; in[generationem]immortalem non deficiet[ſedem tuam ] id
eſt,omnes electos,quibus præſidens regnabis ſine fine.Et vt hæc compleantur,interim Luc.1
[Confitebuntur]manifeſte oĩ timore poſtpoſito[cœli]id eſt,apoſtoli & alij ſancti qui
cœleſtibus feruẽter adhærent[mirabilia tua]ſcilicet incarnationẽ,paſſionẽ, reſurrectio
nem,aſcenſionẽ,& aduentũ ad iudicium[etenim veritatem tuam]id eſt, veras eſſe pro-
 miſſiones

miſſiones tuas demonſtrabunt[in eccleſia ſanctorum]id eſt,in conuentu Chriſtiano- C
rum,dicentes:[Quoniam quis in nubibus]id eſt,inter omnes ſanctos[æquabitur domi
Iſaiæ .53 no?]in mirabilibus faciẽdis[vel quis ſimilis erit deo]in poteſtate & virtute & immunis
1.Pet.2 à peccato[in filijs dei?]per gratiam,quaſi diceret:nullus ſimilis eſt ei, qui dei filius per
naturam eſt.Nam ille eſt.[Deus qui glorificatur]id eſt,magnificatur & glorioſus ha-
betur[in conſilio]id eſt,in prouida vtilitate[ſanctorum]qui ſunt ſe parati ab amore ter
renorum[magnus]quia incompræhẽſibilis omni intellectui creato[& terribilis]in pu
niendis malis,qui eſt[ſuper omnes]rex & dominus[qui in circuitu eius ſunt]id eſt, qui
ei pari voluntate & amore adhærent.[Domine deus virtutum]amator & dator[quis ſi
milis tibi?]in virtutibus,certe nullus[potens es tu domine]natura & efficacia[& veritas
tua].i.veritas fidei & charitatis[eſt in circuitu tuo].i.in adhærẽtibus tibi pfecte,alij ha-
bẽt fidẽ fictã & charitatẽ falſam.[Tu dominaris poteſtati maris].i.dominus es magna
Fides ficta charitas falſa. tum & potentium huius mundi,ꝙ multi eorũ non aduertunt,& ideo inſaniunt[motũ
autem]id eſt perturbationem[fluctuum]id eſt perſecutionum[eius]mundi,non omni
no tollis,ſed[tu mitigas]vt non ſæuiãt,niſi quantum velis.Mitigat etiam in nobis deus
1.Cor.10. motus tantationum,vt poſſimus ſtare,& non aufert,ne nimis negligentes ſimus.[Tu
Tentationes quare deus permittat humiliaſti]id eſt,viciſti[ſicut vulneratum]qui confoſſus vulneribus amiſit fortitudinẽ
ſuã[ſuperbum]diabolum & draconem mare inhabitantem[in brachio virtutis tuæ]
id eſt,in opere filij tui[Diſperſiſti inimicos tuos]quoſdam ex eis aſſumendo,alios relin
Iohan.11 quendo.[Tui]ſerui[ſunt cœli]id eſt,ſancti prædicatores doctrinam compluentes[&
Roma.9. Gene.1. tua eſt terra]id eſt,cor fidele imbrem gratiæ ſuſcipiens[orbem terræ] id eſt,eccleſiam
per orbem diffuſam[& plenitudinem eius]id eſt,omnes Chriſtianos,qui eam implent
[tu fundaſti]id eſt,firmiter in fide conſtituiſti[aquilonem] id eſt,diabolum omnibus
frigidis à calore charitatis præſidentem[& mare]id eſt,mundi amatores[tu creaſti]&
quando voluiſti in flagella aliorum formaſti,quamuis & ipſi peſſime flagellentur, ſcili
cet in inferno.Iſti delirant,ſed[Thabor]id eſt, illuminati à te luce veritatis[& Hermon]
id eſt,anathematizantes diabolum,& omnia opera eius[in nomine tuo] Ieſu[exulta
bunt]id eſt,cum canoro iubilo ineffabiliter gloriabuntur[exultabunt] dico laudantes D
[brachium tuum]id eſt,fortitudinem tuam eſſe[cum potentia]qua cum vult operatur
efficacia,quia ex te ſunt Thabor & Hermon.[Firmetur manus]id eſt,operatio[tua]in
Matt.25. eis perſeueranter,vt non cadant à bono propoſito,ſicut ſæpe fit in mundo[& exaltetur]
Eccleſia habet bonos & malos. fide,ſpe,& charitate[dextera tua]id eſt,eccleſia ad dexteram tuam collocãda[iuſtitia]in
eligendo quos eligis [& iudicium] in repellendo quos repellis, ſunt[præparatio ſe-
dis tuæ]id eſt,iſta duo præparant tibi eccleſiam cui præſideas.Nam [Miſericordia]di
mittendo peccatũ[& veritas]qua non relinquitur impunitum[præcedent faciem tuã]
id eſt,cognitionem tuam,& inde[beatus populus]nunc in ſpe[qui ſcit iubilationem]
id eſt,qui ſcit deo offerre laudes,& gratias cum ingenti iubilo,& cantico ſpirituali tan-
Charitas lumen mentis. tis bñficijs aggaudeus.Et tales,o[Domine in lumine].i.in dilectione, quæ eſt lumẽ mẽ
tis[vultus tui]id eſt,filij tui[ambulabunt]per fidem,donec perueniant ad ſpẽm[& in
nomine tuo]Ieſu[exultabunt]canentes intra ſe hymnum amoris æterni[tota die] quã
1.Cor.13. diu bene viuunt,& non nimis anguſtiantur miſerijs huius vitæ [& in iuſtitiam tuam]
Rom.10. tendentes,non ſuam ſtatuentes[exaltabuntur]in culmine virtutum.[Quoniam gloria
2.Cor.10. virtutis eorum tu es]id eſt,in te omnis virtus eorũ gloriatur,nõ in ſe[&]ideo [in bene-
placito tuo]id eſt,qa tibi placet,nõ qa ipſi digni ſumus[exaltabitur cornu noſtrũ]id eſt,
virtus noſtra qua ventilamus aduerſarios noſtros.[Quia dñi eſt aſſumptio noſtra] ſci-
licet à cupiditate terrenorũ ad contemplationẽ cœleſtium,ne ad impulſum cuiuslibet tẽ
peſtatis corruamus[& ſancti Iſrael regis noſtri].i. ſanctificantis & regentis credentes,
[Tunc]qñ aſſumpſiſti nos[locutus es ad cor in viſione]ſpirituali per reuelationẽ[ſctis
2.Pet.1. tuis]prophetis & apoſtolis[& dixiſti]eis [poſui adiutoriũ in potente]Chriſto, vel quo
libet ſancto,q eſt potens per deũ[& exaltaui electũ]ſingularẽ[de plebe mea]vt ſit ſuper
1.Re.17. omnem plebem meam.[Inueni Dauid]Chriſtum manu fortem occidentẽ Goliath[ſer
Phil.2. uum meum]ſecundum hominem,per omnia obedientem[oleo ſancto meo]id eſt,ſpi
Iohã.1. ritu ſancto [vnxi eum]id eſt,impleui,& de plenitudine eius accepimus omnes gratiam
[Manus enim mea]id eſt,poteſtas[auxiliabit ei]ſecundum ꝙ homo eſt [& brachium
meum]id eſt,virtus fortitudinis meæ[confirmabit eum]contra hoſtes eius, quia[Nihil
proficiet



A proficiet inimicus diabolus[in eo].i.nihil in eo ſuum reperiet [& filius iniquitatis]id Ioha.13
eſt,Iudas traditor[non apponet nocere ei]id eſt,quàmuis ſęuiat & conetur, tamen non
nocebit finaliter,quia omnia in proſperum cedent:ſimiliter diabolus nõ proficit in ele-
ctis a quibus vincitur,ſed in malis proficit quos vincit & illis nocet.[Et concidam]id
eſt,reſecabo[à facie ipſius]id eſt,ab his qui eum cognoſcunt & diligũt[inimicos eius]
id eſt,carnales affectiones,quę reſiſtunt ei ne poſſit libere ire[&]ſic[odientes eum] pri
us ſuis prauis actibus[in fugam conuertam]id eſt,faciam eos fugere ab irato ad placa
tum.[Et veritas mea & miſericordia mea cum ipſo]iſta duo nobis deus commendat, 2.Cor.3
vt ſimus veraces in cognitione peccatorum noſtrorum,non putantes nos habere quod Daniel.9
non habemus,neq; nobis attribuentes ſiquid boni habemus:& miſericordes vt compa Lucæ.6.
tiamur infirmitatibus aliorum,non iudicãtes neq; ſuſpitioſi [& in nomine meo] pro
quo exaltando operã dedit[exaltabitur]in cœlo & in terra[cornu eius]id eſt, ſublimi-
tas qua deus prędicatur.[Et ponam in mari]id eſt,in conuerſione amaricantium in pec
catis[manum]id eſt,operationem[eius & in fluctibus]id eſt,in tyrannis,qui alios ſua
nequitia ſubmergunt[dexteram eius]vt dextera illius eos amplexetur poſt conuerſio- Canti.8.
nẽ ſuam.[Ipſe inuocauit me]dicens[pater meus es tu]in eo ꝙ deus eſt[deus meus]in eo
ꝙ homo eſt[& ſuſceptor ſalutis meæ]id eſt,ſaluandos per me ſuſcipiens in gloria.[Et 1.Cor.15.
ego primogenitũ ponã illũ] id eſt, primũ reſurgentẽ ex mortuis[excelſum] poteſtate Philip.2.
& dignitate[prę regibus terræ]id eſt,ſanctis qui ſe recte regunt, quia principes & re- Matt.28.
ges mali amittunt regna ſua,& fiunt miſeriores in inferno.[Inęternum ſeruabo illi] id
eſt,ad honorem eius ſempiternum[miſericordiam] quam impendo humano generi
[& teſtamentun meum]in quo æternam hæreditatem promiſi diligentibus eum[fide Iſai.64.
le ipſi]id eſt veraciter per eum implebitur.[Et ponã]id eſt,firmabo[in ſeculum ſeculi] Matt.19.
.i.in æternitate[ſemen eius]id eſt imitatores eius in volũtaria paupertate, & patientia,
& charitate[&]conſtituam[thronũ eius]id eſt,omnes electos[ſicut dies cœli].i.erunt
ſicut angeli dei ſine ſucceſſione noctis.[Si autem dereliquerint filij eius]id eſt,Chriſtia Matt.22.
ni,qui ex eo nati ſunt ſpiritualiter[legem meã]id eſt,euangelica pręcepta[& in iudicijs Lucæ.20.
meis]quæ odiunt iniuſtitiã[non ambulauerint]perſeueranter. [Si iuſtitias meas pro- Iohan.1.
B phanauerint].i.ſi ea quæ iuſte ſeruanda præcepi,tanquã prophana ſeruare contempſe
rint,quod nunc faciunt omnes peccatores[& mandata mea]id eſt, dilectionem dei &
proximi cum decalogo præceptorum[non cuſtodierint]inuiolabiliter. [Viſitabo in Prouer.3.
virga].i.in flagello filiorum corripiam[iniquitates eorum] compeſcendo ſuperbiam
eorum[& in verberibus]id eſt,grauiora infligam tormenta[peccata eorum]ſic caſtigã
do vt malum agere deſiſtant.Quia & ſi flagellem eos.[Miſericordiam autem meam]
quam humano generi exhibere diſpoſui[nõ diſpergam]vt ſine effectu ſit[ab eo]id eſt
ab ipſis electis,per eum & propter eum[neq; nocebo illi]mentiendo,id eſt,non menti-
ar,& hoc dico[in veritate mea]id eſt,ſicut verax ſum & fidelis.[Neq;]in poſterũ[pro- 1.Cor.10.
phanabo teſtamentum meum]id eſt,non vilificabo quod promiſi[& quę]id eſt,eandẽ
promiſſionẽ[procedũt de labijs meis].i.prolatã per prophetas meos[non faciã irrita]
.i.non annullabo neq; fruſtrabor.Nã[Semel]immutabiliter[iuraui].i.ſtatui[in ſan-
cto meo]firmo & inuiolabili decreto[ſi Dauid mẽtiar]ſupple nulli dicã verũ,vel nunq̃ Delectatio bonorũ æterna.
credatur mihi,& quid iuraui?[ſemen eius]id eſt,ſequaces Chriſti non carnis & mundi
[inæternum manebit]id eſt,mecum in cœleſtibus manſiõibus ſine fine gaudebũt poſt 2.Cori.4.
breuem huius vitę laborem,ſequitur claritatis illorum commẽdatio.[Et thornus eius] Matth.13
id eſt,omnis illa decora & glorioſa eccleſia ſanctorũ[ſicut ſol]fulgẽs quantũ ad animã
[in cõſpectu meo].i.in beneplacito meo[& ſicut luna] fulgida,quantũ ad corpus,clari
tas enĩ animæ in corpus redũdabit[perfecta]id eſt,ſine defectu mortalitatis[&]horum
omnium[teſtis fidelis]eſt filius[in cœlo] collocatus.Et q̃uis ſic diſpoſueris glorificare
membra Chriſti tui in futuro.[Tu vero] tamẽ in pręſenti vita[repuliſti]id eſt repulſa
videri permiſiſti[diſtuliſti Chriſtum tuum]id eſt,regnum quod non apparuit.[Auer-
tiſti teſtamentũ ſerui tui].i.annihilatam videri permiſiſti ad tempus promiſſionem per
Chriſtũ impletã,de ſeruo liberando[prophanaſti].i.execrari permiſiſti[in terra]Iudę
[ſanctuariũ eius].i.corpus aſſumptũ,in q̃ habitat deus:hinc patet,ꝙ ſcti non debẽt ap- Coloſſ.2.
petere,vt appareãt omnibus glorioſi,ſed magis deſpici & irrideri, qa per paſſionẽ tri- Actuu.14
bulatiõis peruenit ad gloriã maieſtatis,& vana gloria & proſperitas ſunt ſigna luctus fu Matth.7.
K iij turi.[De-

turi.[Deſtruxiſti omnes ſepes eius]id eſt,omnem eius ſecuritatem deſtructam videri fe
ciſti[poſuiſti firmamẽtũ eius].i.qui alios in bono cõfirmare deberẽt[formidinem].i. C
eos formidantes de ſuo lapſu.[Diruperũt eũ].i.mẽbra eius[oẽs trãſeũtes viã].i.q igno
Scanda- rant Chriſtũ & ideo nõ manent in illo,ſed tranſeũt ad diabolũ[factus eſt opprobriũ].i.
lum cleri ſcãdalũ infirmorũ,dũ vident malã vitam clericorũ[vicinis ſuis] ad eum venire deſide-
corũ no rantibus,ſed tardant propter mala exempla illecebris illecti.[Exaltaſti]breui potentia
ciuum eſt [dexteram deprimentium eum ] id eſt,quorum dextera repleta eſt muneribus, & præ-
Pſalm.25 ſentia bono capiũt pro futuris[lætificaſti omnes inimicos eius]id eſt paganos in diſper-
Matt.6. ſione & nequitia Chriſtianorum.[Auertiſti adiutorium gladij eius]id eſt,verbi eius p
quod ſolebat malos occidere,vt boni viuant,quod eſt magnum adiuuamen,& iam ita
auertiſti,vt non proſit illis,in tantum armantur loricis voluptatum mundi,quia[& non
es auxiliatus ei]inimicos conuertendo [in bello]quo quotidie pugnat contra peccato
res redarguens cõſcias eorum.[Deduxiſti eũ]quãtum ad effectum bonorum [ab emũ-
datiõe] quia in emundandis ſordibus inſudant[& ſedem eius]id eſt ſanctos in quibus
Tribula quieſcit[in terra]id eſt,in corpore ſuo[colliſiſti].i.collidi & tribulari permittis,vt ſic ani
tio pur- mę eorũ purgẽtur.[ Minoraſti].i.minores numero feciſti[dies tẽporis eius].i.electos
gat. temporis gratiæ,quorum vita diuturna eſſet neceſſaria[perfudiſti eum confuſione] pro
Matt.7. his qui labuntur,& ſequũtur latam viam,quæ ducit ad infernũ.[Vſq; quo domine auer
tis]tuam beneuolentiam,& hoc[in finem]id eſt,ad conſumptionem noſtram,nã[quia
exardeſcet ſicut ignis] purgatorius non conſumptorius[ira tua].i.pœna iuſte inflicta.
Eſt vt minus punias.[Memorare quæ mea ſubſtantia]id eſt,quanta gloria ſit humana
natura in Chriſto ſublimata [ nunquid enim vane conſtituiſti omnes filios hominũ?]
Roma.8. nõ vtiq;, quia reſeruaſti tibi in genere humano vnde redimeres aliquos ex maſſa corru-
pta.[Quis eſt homo]mortalis[qui viuit]vita gratię[& non videbit mortem?]animę,id
eſt,non peccabit mortaliter, hic[eruet animam ſuã de manu inferi] id eſt dæmonum.
[Vbi]id eſt,in illo[ſunt miſericordiæ tuæ antiquæ domine] antiquitus promiſſę fideli
bus [ſicut iuraſti Dauid]ſignificanti[in veritate tua] complenda.[Memor eſto oppro-
brij ſeruorum tuorum]vt ſerui tui iam non ſuſtineant opprobrium[quod]etiam[conti
nui in ſinu meo]id eſt,in corpore meo quod eſt eccleſia [ multarum gentium ] id eſt,à D
multis gentiliter viuentibus illatũ.[Quod exprobrauerũt inimici tui dñe]Iudęi incredu
li & falſi Chriani[q̃d exprobrauerũt cõmutationẽ Chri tui].i.mortẽ crucifixi,vñ quia
tãta bñficia per mediatorẽ ſunt collata humano gñi.[Benedictus dñs]à creatura ſit lau
datus creator[in ęternũ]in hoc ſeculo & in futuro[fiat fiat.

¶Pſalmi LXXXIX. Enarratio.

DOmine refugium factus es nobis]ab inſtanti miſeria,per fidẽ tuæ incarnationis
Iohan.3. [à generatione]veteri incipiens [& in] nouam[generationẽ]erigens tuam prote
ctionẽ.[Priuſquã montes]id eſt, ſuperrationales creaturæ[fierẽt]de nihilo[aut forma
Gene.1. retur terra]de informi materia[& orbis]id eſt,mundus per conſonam elemẽtorum cõ
plexiõem[à ſeculo]id eſt,ab æterno[& vſque in ſeculum]id eſt,fine fine[tu es deus]ve-
rus exiſtens ęternaliter.[Ne auertas]id eſt,non ſinas auerti à te per peccatũ [ hominẽ in
1.Cori.15. humilitatẽ magnã]deiectũ[&]hoc qa[dixiſti]loquẽs in ſctis [cõuertimini] ad amorẽ
ęternorũ[filij hoĩm]id eſt,q portatis imaginẽ primorũ parentũ. [Quoniã mille anni]
Vita no- .i.quãtũcunq; prolixũ tẽpus huius vitę[añ oculos tuos].i.cõparatũ tuæ æternitati [tanq̃
ſtra mo- dies heſterna]ita labile eſt & euanẽs[quę præterijt].i.iã nõ eſt.[Et cuſtodia in nocte].i.
mẽtanea. ita breue eſt ſicut vigilia noctis & honorarũ:& vt ad ſummũ perueniã pręedicãdo[q̃ pro
nihilo habẽtur anni eorũ erũt].i.tã nullius momẽti erũt oẽs anni huius tẽporis, in cõ-
peratione futurę vitę,ſicut ſunt eorũ quę nihil ęſtimãtur,vt quid ergo inſanit homo quæ
rẽs diuitias,& timẽs paupertatẽ,cũ nihil ſint dies eius?& hoc in ætatibus hominũ mani
Iſai.40. feſte videri poteſt.Nã[Mane].i.in iuuentute[ſicut herba trãſeat].i.ita trãſitorius in pul
Herbę vi chritudine ſua ſicut herba,q̃ cito marceſcit[& floreat]in vana fortitudine ſua & dulcedi
ror vita ne mũdi ſicut herba q̃ virorẽ nõ retinet p vnũ annũ[mane floreat] ,i.in iuuẽtute vigeat
hominis. momẽtanee[& trãſeat]ſtatim de illo ſtatu in aliũ,qa[veſpere].i.in ſenectute[ decidat]
Gene.3. in ęgritudinẽ[induret]in mortẽ [& areſcat]in puluerẽ.Ecce q̃lis eſt gloria filiorũ Adæ
nũc ſunt in mane,nũc in veſpere,nec eſt mora anteq̃ indurant in morte .Et merito hęc
contingũt nobis.[Quia defecimus]ab immortali ſtatu [ in ira tua ]merendo iram per
peccatum



peccatum[& in furore tuo]quo ad modum furioſi,qui nemini parcit,te vindicas[turba
A ti ſumus]id eſt,multũ afflicti.[Poſuiſti iniquitates noſtras in conſpectu tuo]id eſt,non
te latent peccata noſtra originalia,vel actualia [& ſeculum noſtrum ] id eſt, ambitio-
nem ſeculi[poſuiſti in illuminatione vultus tui] id eſt,in manifeſto, vt nihil poſſimus
agere quod non videas. [Quoniam omnes dies noſtri defecerunt] id eſt, tota præſens Heb.4
vita noſtra in defectu eſt[& in ira tua]quã meruit primus parẽs[defecimus]id eſt,mor- 1.Reg.16 Gene.3
tales & miſeri facti ſumus.Et quod peſſimum eſt [ Anni noſtri ſicut aranea]id eſt, ina-
nes,ocioſi,& doloſi,& ſine vtilitate,& fructu boni operis,ad modum araneę,quę inanes
texit telas[meditabuntur]id eſt,reputabuntur,& non tantũ anni[ſed & dies annorũ no
ſtrorũ]ſic inuanũ conſumptorum ſunt[in ipſis ſeptuaginta annis]id eſt,nihil niſi fragi Dies hoĩs
lia afferunt ad cõmodum præſens pertinẽtia,quæ ſeptẽ diebus voluitur,& ideo tranſito 70.anni
ria ſunt quæ numero ſeptẽnario aguntur.[Si autẽ in potentatibus]id eſt,ſi in virtutibus
agitur vita humana, ſunt[octoginta anni]id eſt,ad æternitatẽ intẽdit quæ octauo ſigna
tur[& amplius eorũ]id eſt,his,hoc eſt ſi metas virtutũ excedunt[labor & dolor].i,labo
bori & dolori ſunt obnoxij.[Quoniã ſuperuenit mãſuetudo].i.miſericordia ſuper ex-
cedit iudiciũ[& corripiemur]id eſt,emẽdabimur nõ tamen remanebit peccatũ impuni-
tum,qa[Quis nouit poteſtatẽ iræ tuę?].i.quàm potẽs ſis in vlciſcẽdo & iuſtus, beatus eſt
qui nouit.Paucorũ eſt enim hanc noſcere,qa quibuſdã dum parcis,magis iraſceris [ & Ezech.16
præ timore tuo].i.ad hoc vt te timeant[iram tuam dinumerare].i.diſtinguere & cõpen
ſare,quia his parcit ad pœnam,hos punit ad ſalutẽ.[Dexterã tuam].i.eccleſiã ad dexte- Matt.25.
ram tuam collocaudã[ſic]ſcilicet noſcendo poteſtatẽ iræ tuæ [ notam] .i.approbatam
[fac]& ad hoc perpẽdendũ,fac nos[eruditos corde]et hoc in ſapiẽtia,vt bene viuamus.
[Cõuertere dñe]ad miſericordiã[vſq; quo?].i.quãdiu differs[& deprecabilis eſto]beni
gne audiens quod eſt petendũ,qui es[ſuper ſeruos tuos]rex & dñs,vt largiaris eis,quod
eſt illis ad cõmodum,& tibi ad honorẽ.[Repleti ſumus mane]ſcilicet oriẽte ſole iuſtitiæ Iſa.35
in cordibus noſtris[miſericordia tua].i.indulgẽtia peccatorũ & abundãtia gratiarũ [& Malac.4
exultauimus]foris hilaritatẽ bonorũ operũ oſtendẽdo[& delectati ſumus]intus in [ o-
B mnibus diebus noſtris]in quibus nulla nox peccati ſucceſſit. [Lætati ſumus].i. lætabi- Rom.13
mur in cœlo[pro diebus]præſentibus[qbus nos humiliaſti].i.pro afflictione dierũ illo Luc.22
rũ,in qbus humiliati & afflicti fuimus[& annis].i.pro afflictione annorũ[quibus vidi-
mus].i.experti ſumus[mala]huius exilij.[Reſpice oculo]beneplaciti tui [ in ſeruos tu-
os]quibus iratus videbaris[& in opera tua]qa in eo ꝙ boni,ſunt opera tua]& dirige fi-
lios eorũ].i.opera eorũ & affectiões ad bonũ finem.[Et ſit ſpẽldor dñi dei noſtri] id eſt Col.3
lux ſpiritualis[ſuper nos]in noſtro ſuperiori animo,quo cœleſtia contemplamur & a- 1.Cor.13.
mamus[& opera manuũ noſtrarum dirige ſuper nos]vt pro ſupernis fiãt[& opus ma-
nuũ noſtrarũ dirige]vt hæc omnia ad charitatem dirigantur.

¶Pſalmi XC. Enarratio.

QVi habitat].i.perſeuerãter confidit[in adiutorio altiſſimi]qa ſuper oẽs eſt om̃ia Iohã.1.
ordinãs[in protectione dei cœli cõmorabitur].i.cõtinue deũ habebit protecto- Prou.11
rẽ.Qui enim cõfidit in diuitijs corruet.[Dicet dño]in ſuo interiori applaudẽs tanto ad-
iutori[ſuſceptor meus es tu].i.me ſuſcepiſti ad defendendũ,ſicut patronus pupillũ[et re
fugiũ meũ].i.oĩmoda ſecuritas[deus meus]exiſtẽs [ſperabo in eũ ] ſolũ,loqtur hoĩbus
ad exhortationẽ.[Quoniã ipſe liberauit me]infundẽdo in cor meũ ſuauitatem amoris
ſui[de laqueo venantiũ].i.de blandis & voluptuoſis ſuggeſtionibus ſpiritualiũ inimico
rum,ne me emolliãt[& à verbo aſpero].i.ab iniurijs & cõuitijs ne me frangant. Qui e- Ephe.6
nim timẽt detractiones hominũ & opprobria adeo,vt ceſſent à bono incœpto,vel cũ in
proſperis fuerint,ſuperbiẽdo cadunt,aut inter mulieres conuerſantes,& earũ falſa dele- Eccls.7
ctatione potati in mũdo delirant:hi laqueo venantiũ & verbis aſperis capiuntur, & nõ Mulieres viros in-
liberantur.[Scapulis ſuis obũbrabit tibi]id eſt,obũbraculum præſtabit tibi, inter ſcapu fatuant.
las ſuas,id eſt,ante pectus ſuũ te ponet,vt non timeas niſi inde exieris:& dictũ eſt à ſimili
gallinę, quæ pullos ſub alis protegit contra miluum[& ſub pennis eius ſperabis]te refri
gerari à calore tentationis. [Scuto] id eſt, optima defenſione [ circundabit te veri- Matt.23.
tas eius ] id eſt,obſeruantia præceptorum,& ſic armatus[non timebis à timore noctur-
no ] id eſt, tentatione leui & occulta, quæ ſit ignorantibus. [ A ſagitta volante in die]
id eſt, tentatione leui & manifeſta, quæ ſit ſcientibus, qui enim peccat ignorans quaſi
in nocte

Ignorans in noċte peccat,qui autem ſciens quaſi in die [à negotio perambulante in tenebris] id C
in noċte eſt,à graui & occulta tentatione[ab incurſu & dæmonio meridiano]id eſt, ab incurrẽte
ſciẽs aũt dæmonio,qui in magno ęſtu tribulationis & proſperitatis tentat.Et hæc eſt tẽtatio gra
in die pec uis,& manifeſta. [Cadent à latere tuo mille] id eſt,ſuperabuntur in illis tentationibus
cat
Iob.3 multi præſumentes & putantes ſe tecum ſeſſuros,vt iudicent [& decem milia à dextris
Matt.19 tuis]id eſt,multo plures ex his,qui ſe confidunt à dextris tuis cum ouibus ſtatuendos,ca
Matt.25. dent per dæmonium meridianum, id eſt, per æſtum grauem tribulationis vel per af-
fluentiam diuitiarum[ad te autem] o Chriſte,qui in eleċtis tuis es [non appropinqua-
bit]dęmon meridianus,vt te faciat recedere à membris tuis, quia non ſuperabuntur ten
tatione per conſenſum.Et quàmuis libet impijs perſequi telis membra tua. [Verumta-
men oculis tuis conſiderabis]id eſt,oculi tuorum conſiderabunt [ & retributionem pec
catorum videbis]id eſt,videbunt quid ſit peccatoribus in nouiſſimis retribuendum, qa
Matth.7 demergentur in gehennam,& tunc luent omnia quæ fecerunt.Et merito non appropin
quabit ad me peccatum. [ Quoniam tu es domine ſpes mea] non ego de me præſumo,
& reſpondet deus tali prudentiæ[altiſſimum poſuiſti refugiũ tuum] id eſt, inacceſſibi-
lem habes contra aduerſarios tuitionem. Et ideo [ Non accedet ad te malum ] lædens
animam tuam, & ſi corpus lędatur [ & flagellum ] id eſt, immunditia propter quam
flagellabuntur mali [non appropinquabit tabernaculo tuo]id eſt,non erit in carne tua.
Angeli [Quoniam angelis ſuis mandauit de te]id eſt,præcepit eis,vt tecum eſſent adiuuantes in
noſtri mi periculis huius vitæ[vt cuſtodiãt te]ne erres [in om̃ibus vijs tuis]id eſt, in omnibus ope
niſtri. ribus tuis. [ In manibus ſuis portabunt te]id eſt,ſemper inſtigabuut ad cõtemptum ter-
Heb.1 renorum & ad amorem cœleſtium [neforte offendas ad lapidem pedem tuum ] id eſt,
ne peccatis induratus obſtinationum affeċtus incurras,quia ſi ſic porteris. [Super aſpi-
dem]id eſt,malam ſuggeſtionem occulte lædentem [& baſiliſcum] id eſt, conſenſum
praue deleċtationis fœtorem longe lateq; diffundentem,& occidentem omnia quæ in-
tuetur [ambulabis]terens ſub affeċtu tuo[&]ſic[conculcabis leonem]id eſt, omne ma-
lum opus in aperto ſęuiens[& draconem]id eſt,conſuetudinem peccati,quæ quaſi cau-
da gyrans approximantes interficit, felix qui ſic ambulat & conculcat. [ Quoniam in D
me ſperauit]non in ſe vt ſuperbus facit[liberabo eum]à praua ſuggeſtione [protegam
eum]à conſenſu ad malum[quoniam cognouit nomen meum ] Ieſum diligendo illud
Nois Ie- habendoq in memoria,& in illa dileċtione cognouit virtutẽ eius per experientiam, ꝙ dæ
ſu effica- mones fugat,mentem clarificat,& purgat [ Clamauit ad me]id eſt,clamor feruentis de
cia. ſiderij ſui ad me peruenit[&]in hoc[ego exaudiam eum]dando ei meipſum, quem ſo-
lum in clamando petit[cum ipſo ſum in tribulatione]quia qui ipſum tribulat,me tribu
Luc.10 lat,qui ipſum ſpernit me ſpernit,& cum ipſo ſum ne deficiat[eripiam eum]à paſſibilita
te & miſeria huius vitæ[& glorificabo eum]id eſt,faciam eum glorioſum in ſede æter-
næ requiei.[Longitudine dierum]id eſt,in æternitate[replebo eum]id eſt,ſatiabo deli
Oſeæ,13. tijs dei,quia vacuum ſe fecit in hac vita ab amore mundi,& dum videt ipſam ſummam
trinitatem[oſtendam illi]per experientiam [ſalutare meum] id eſt,ſalutem eius eſſe ex
me,vt me laudet ſine fine.

## Pſalmi XCI. Enarratio.

BOnum eſt, &c.] In die ſabbati,id eſt, in ſerenitate,& tranquillitate conſcientiæ,&
in conſideratione æternæ quietis. Bonum eſt,id eſt, vtile[confiteri dño].i.laudare
mente,& ore[& pſallere].i.iuſte,& bene viuere[nomini tuo].i.ad gloriam nominis tui
o[altiſſime.]Et hoc facere ſatagant. [Ad annuntiandũ mane miſericordiã tuam]id eſt
vt ſint idonei prædicare miſericordiam tuã in proſperis,ꝙ ſcilicet ſola miſericordia dei
dantur[& veritatẽ tuam per noċtẽ].i.& annũtiare,ꝙ in veritate aduerſa pro meritis no
ſtris reddũtur.Et hæc annuntianda ſunt.[In decachordo pſalterio].i.in cuſtodia decẽ
mandatorũ,in quibus ſuperna doċtrina continetur[cũ cantico]ſuauiſſimo,laudis inter
Rom.12 na adiunċta melodia[in cythara].i.in diſcreta carnis mortificatione. [Quia deleċtaſti
Roma.9 me domine]iucunditate cœlica[in faċtura tua]id eſt,in bonis operibus à te in me faċtis
vel ꝙ alium iuſtificas, alium condemnas[& in operibus manuum tuarum ] quæ per te
2.Cor.9 operabor [exultabo]quia hilarem datorem diligit deus.[Quàm magnificata ſunt ope
ra tua domine]id eſt,quàm ſublimia ſunt & mira explicare nullus ſufficit [ nimis pro-
fundæ faċtæ ſunt cogitationes tuæ]id eſt, plus quàm excogitari poteſt:profundum eſt
narrare



A narrare,quantum alteri impendis,alij non [ Vir inſipiens]id eſt,non ſapiens ea quæ dei
ſunt[non cognoſcet]in quot & quantis malis ſit[& ſtultus]id eſt, deditus ſtultitiæ car-
nis[non intelliget hæc]profunda ſcilicet,non attendens finem bonorum & malorum.
Nam[Cũ exorti fuerint peccatores]id eſt,floruerint in terrenis,erunt[ſicut fœnũ].i. ad
horã gaudẽtes,nõ diu [& apparuerint] inſignes & famoſi huic mundo[omnes qui ope
rantur iniquitatem]pernicioſe præponendo terrena cœleſtibus. Ad hoc florent & exal
tantur.[Vt introeant in ſeculũ ſeculi]id eſt,inæternũ.Ecce quo honore lætantur,vt ha- Gaudij
beant opprobriũ ſempiternũ quia [tu autẽ altiſſimus] id eſt, potentiſſimus[inæternum mũdani
dñe]permanens ad puniendum eos.Et vere ſic erit [Quoniã ecce inimici tui dñe]dolo finis æter
ſi & ſibi ſapientes[quoniã ecce inimici tui]violenti & raptores[peribunt]inæternũ [& na confu
diſpergentur]ſicut paleæ immiſſa tẽpeſtate,& ad ignem pellẽte[omnes q operantur ini ſio.
quitatem] id eſt,omnes impœnitentes.[Et]illis pereuntibus [exaltabitur ſicut vnicor- Matth.3
nis]vnicam ſpem in deo habens[cornu meũ]id eſt,ſublimitas charitatis meæ, ad gau- Lucæ.3
dium angelorum transferetur[& ſeneċtus mea]id eſt,nouiſſima mea [in miſericordia
vberi].i.erunt in beatitudine animæ & corporis.[Et deſpexit].i. deſpiciẽdos intellexit
[oculus meus] interior[inimicos meos]quoſcũq; tribulantes tẽporaliter[& inſurgenti 1.Cor.15
bus in me malignantibus].i.me iniq; & iniuſte perſequentibus[audiet auris mea]vocẽ
ſententiæ Chriſti terribiliter dicentem illis:Ite malediċti in ignẽ æternũ.Iſti exaltantur Matt.25
in infimis & confunduntur in ſupernis.Sed econtra[Iuſtus vt palma florebit] id eſt, in
ſuperioribus glorioſus erit,& in inferioribus aſpera patietur [ vt cedrus Libani multi-
plicabitur].i.incorruptibilis & ſublimis erit in cœlo.[Plantati in domo dñi].i.in eccle
ſia præſenti per fidẽ,& charitatẽ radicati[in atrijs domus dei noſtri].i.in amplo palatio
ſupernæ ciuitatis[florebũt]id eſt,bonũ odorem & decorem exhibebunt.[Adhuc multi Ephe.3
plicabuntur].i.iam futurum eſt ꝙ ditabũtur[in ſeneċta vberi]id eſt,in nouiſſima vber Matt.13
tate,& interim[bene patientes erunt].i.omnem pacientiã præbent[vt annunciẽt]quid? Flagel-
[Quoniam reċtus dominus deus noſter]hic flagellans filios,vt poſtea coronet [ & non lat deus,
eſt iniquitas in eo]dum in præſenti parcit malis,vt in futuro condemnet. vt coro-
net.
Heb.12

B

## Pſalmi XCII. Enarratio. Apoca.3

DOminus regnauit] id eſt,reſurgens à mortuis iam non moritur [ decorem indu- Roma.6
tus eſt]id eſt,decoros in temperantia,& caſtitate,alijſq; virtutibus ſibi ſociauit[in
dutus eſt dñs fortitudinem]id eſt,fortes ad reſiſtendũ tentationi[& præcinxit ſe] id eſt,
ſuos ad præliandum muniẽs, fluxum in eis reſtrinxit carnalium voluptatum.[Etenim Matt.16
firmauit orbem terræ]id eſt,eccleſiam per illos,in fide firmam fecit [ qui non commo-
uebitur]ab illa firmitate,quàmuis veniant tribulationes. [Parata eſt ſedes tua deus] id
eſt,eccleſia pluribus fidelibus ordinata,vnuſquiſq; ſuum habet gradum : cui præſideas
[extũc]id eſt,à die qua cõfirmata eſt fides in hominibus,ſed[à ſeculo tu es] id eſt,quàm Iohan.1
uis tua ſedes in tempore cœperit,ab æterno tamen tu es.Et ad præparationem ſedis tuę,
[Eleuauerunt flumina domine]id eſt,apoſtoli corda arida irrigantes,eleuauerunt ea ad
contẽptum tranſeuntium,& ad amorẽ æternorum,& ſic faciẽdo[eleuauerunt flumina]
ijdem apoſtoli[vocẽ ſuam]inſtanter & intrepide prædicando.Et illis prædicantibus.
[Eleuauerũt flumina]id eſt,principes ſeculi[fluċtus ſuos]id eſt, impetus perſecutionũ
[à vocibus aquarum multarum]id eſt,ad voces multorum populorum contradicentiũ Aquæ
apoſtolis.[Mirabiles]fuerunt[elationes maris]id eſt,perſecutiones mundi aduerſus ec multæ po
cleſiam[mirabilis in altis dominus]id eſt,in compeſcendis elationibus.Et vere compe puli mul
ſcuiſti, vnde & [ Teſtimonia tua].i.præcepta veritatis[credibilia faċta ſunt nimis] id ti.
eſt,in domino confirmata ſunt vltra quàm æſtimari poteſt [domum tuam domine] id
eſt,eccleſiam tuam in qua habitas[decet ſanċtitudo]id eſt,munditia à peccatis,& ita ſe- Sap.1
cura eſt[in longitudinem dierum]non ad horam,ſed omnia tempora ſecutura.

## Pſalmi XCIII. Enarratio.

DEus vltionum dominus ] & vere,qui non relinquit aliquid impunitum, potens Deute.32
quod vult[deus vltionum]quia ipſius eſt vltio,& ille retribuet,qui[libere egit]qa Iob.11
nemo audebit dicere ei,cur ſic feciſti? Ergo [ Exaltare ] id eſt,altum te oſtende [qui iu- Cõtra ſu
dicas terram ] qui confidenter redarguis ſuperbiam hominũ terrenorum,& cum iudi- perbe de
caueris[redde retributionẽ ſuperbis]id eſt,redde illis quod meruerunt,quia peccata ſua fendẽtes
peccata
ſua.

ſuperbe

ſuperbe defendunt dicentes,aut ſe non peccare, aut aliorum peccata maiora eſſe,vel cer C
te ſe leuiter peccare dicunt, & nec poſſe nec velle ceſſare.[Vſqꝫ q̊ pctõres domine]cõpati
Malí diu viuentes, mai⁹ tormentum habẽt. endo dicit:quia dum proſperantur,inſaniunt[vſqꝫ q̊ peccatores gloriabuntur?] in hac
falſa felicitate. Compendium enim eſſet malis cito mori,quia diu viuentes maius tor-
mentum habent,quia[Effabuntur]manifeſte ad libitum[& loquẽtur]impunitatem ſce
lerum[omnes qui operantur iniquitatem]id eſt,qui nolunt deſiſtere ab iniquitate. Et
hi[Populum tuum domine humiliauerunt]verbis contumelioſis , quia carent timore
[& hæreditatem tuam]id eſt,electos quos colis vt fructificent[vexauerunt]varijs affli-
Heb.13. ctionibus.[Viduam]id eſt,eos qui fugiunt mundi conſolationem[& aduenam] id eſt,
qui nõ quęrũt hic manentem ciuitatem[interfecerunt,&pupillos]quibus pater mũdus
Quatuor modis fit homicidium. mortuus eſt[occiderunt]manu,conſilio,odio,vel infamia, ſpiritualiter [Et] ad cumu-
lum malorum ſuorum[dixerunt:non videbit dominus]id eſt,non attendet nec curabit
de his quæ facimus[nec intelliget deus Iacob]id eſt,omnino negliget talia videre & pu
nire:ſed decepti eſtis, quia non eſt ita ſicut dicitis:ergo nunc[Intelligite]id eſt, ad cor
Iob.22. veſtrum & ad rationem redite[inſipientes]qui non attenditis in quibus malis eſtis [in
populo]cui in hoc exẽplũ malũ eſtis[& ſtulti]id eſt,tardi & pigri in fide[aliquando]id
eſt,tandem[ſapite]quæ dei ſunt,quia deus videt mala veſtra : quod apertum eſt, nam
[Qui plantauit aurem]id eſt,qui in alijs fecit auditum[non audiet?]ipſe,id eſt,animad
Heb.4. 1.Re.16. uertit [aut qui finxit oculũ]id eſt,in alijs viſum[non conſiderat?] id eſt , nunquid ipſe
cęcus erit abſit.[Qui corripit gentes]per prophetas& prædicatores[non arguet?]id eſt,
non ipſe arguet malos,zelum dei non habentes[& qui docet hominem ſcientiam ] fi-
1.Re.16. dei & morum,ipſe non erit inſipiens ,nam[Dominus ſcit cogitationes hominum] im-
punitatem ſcelerum ſibi promittentium[quoniam vanæ ſunt]tales cogitationes,id eſt,
nihil,quia ad nihilum ducunt ſic cogitãtes.Oſtenſum eſt,ꝙ non relinquuntur peccata
malorum impunita, dehinc oſtenditur ꝙ non erunt iuſtorum bona irremunerata , q̃a
[Beatus homo ]erit [quẽ tu erudieris domine]interius[& de lege tua]correctionis[ do
cueris eum]quo fine flagelletur,quia hoc fine.[Vt mitiges te ei]id eſt,erga eum te miti-
us,habẽs& paciẽtiã dans[à diebus malis]eximẽdo eũ à pœna dierum malorum,in qui- D
bus deſiderabunt homines mori,&mors fugiet ab eis[donec fodeatur peccatori]id eſt,
Apoc.9. ſuperbo,qui confidit in ſe[fouea]id eſt, flos felicitatis ſuę.Felicitas enim malorum fo-
Felicitas fouea eſt diaboli. uea eſt,in qua à dæmonibus capiuntur,& deſcendunt ad foueam inferiorem.[Quia nõ
repellet dominus plebem ſuam]quàmuis excerceri permittat [& hæreditatem ſuam ]
quam pugnando contra diabolum recuperauit[non derelinquet] id eſt , non deſtituet
Lucæ.11. auxilio ſuo.[Quoaduſqꝫ ]pacienter agendo[iuſtitia]id eſt,iuſti qui modo iudicantur
Matt.19. & perfecti ſunt[conuertatur in iudicium]id eſt,fiant iudices cum Chriſto,& iudicẽt ali
os iuſte,qui eos nunc iniuſte iudicant[& qui ſunt iuxta illam]id eſt,adhærentes iuſtitię
[omnes qui recto ſunt corde]id eſt,qui non raputant condignas paſſiones huius tem-
poris ad futuram gloriam.[Quis conſurgent mihi]id eſt, quis mecum erit pro domo
Roma.8. dñi[ aduerſus malignantes ] id eſt, beatitudini ſanctorum inuidentes [ aut quis ſtabit
mecum]id eſt,perſeuerabit[aduerſus operantes iniquitatẽ?]id eſt,qui obtinent iniuſti-
tiam:aduerſus iſtos erit in iudicio omnis contio ſanctorum,& tamen nemo ſuis viribus
innitatur,quia vt de me dicã[Niſi q̃a dñs adiuuit me]id eſt,niſi habuiſſem dominũ ad
iutorem[paulominus habitaſſet]id eſt,parum defuit ꝙ nõ habitauit[in inferno]id eſt,
in profunditate vitiorum[anima mea]Quoniam.[Si dicebam]id eſt cõfitebar [ motus
eſt pes meus]id eſt,affectus cordis mei à firmitate[miſericordia tua adiuuabat me]vt re
direm ad ſtatum meum:ecce quantum valet confeſſio,& miſericordia tunc iuuat, vnde
[Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo]id eſt ſecundum ꝙ multũ
dolui in corde meo de lapſu[conſolationes tuæ lætificauerunt animam meam]id eſt, ſe
quebatur indulgentia conſolãs,& dulcedo lætificans.Et vere dolendum erat pro mo-
tu affectus,quia[Nũquid adhæret tibi ſedes iniquitatis?]id eſt,impij impœnitentes qui
ſunt ſedes diaboli,non adhęrent tibi[qui fingis laborem in præcepto]erudiens nos per
dolores quid ſit vitandum,& quid appetendum nobis.Ecce dolor [ Captabunt in ani-
mam iuſti]id eſt,captionem parabunt contra animam iuſti[&ſanguinem innocẽtem]
qui non nocuit illis, condemnabunt ad mortem.Illi ſic captant.Et quæ cura, quia [ fa-
ctus eſt mihi dominus in refugium]id eſt,in verã ſecuritatẽ [deus meus in adiutorium
ſpei meę]



ſpei meæ]adiuuans me in ſpe mea,quæ eſt de æternis,vt non deſiſtam ab ea. [Et reddet
A illis iniquitatẽ ipſorum]id eſt,ſecundum malã intentionem eorum reddetur pœna [ &
in malitia eorum] id eſt,in mala voluntate eorũ[diſperdet eos]à conſortio bonorũ [di Iob.22
ſperdet illos dñs deus]vt ſint inter dæmones gehennæ ignibus traditos , & ſcient ꝙ cu-
rat deus res humanas.

¶Pſalmi XCIIII. Enarratio.

VEnite exultemus domino,&c.]Laus & canticum:Laus ad deuotionem,canticum
ad hilaritatem & delectationem.Inuitatorium etiam dicitur,quia hic omnes ad fi
dem inuitantur.O qui per diſſimilitudinem morum longe eſtis,venite,id eſt,per ſimili-
tudinem appropinquate:exultemus domino,qui hactenus exultauimus mundo [iubi-
lemus deo]ineffabiliter aggaudeamus ei canentes intra nos cum dulciſona harmonia
[ſalutari noſtro]non mundo proditori noſtro.[Præoccupemus faciem eius]id eſt,præ
ueniamus iram eius antequam veniat puniturus[in confeſſione]peccatorum noſtrorũ
[&in pſalmis]id eſt,in bonis opibus [iubilemus ei]id eſt,ſimus ei deuoti,plus quàm ex-
plicare ſufficimus.[Quoniam deus magnus dñs]quia incomprehenſibilis [ & rex ma-
gnus]cunctà regens ſecula[ſuper omnes deos]id eſt,ſanctos [Quia in manu eius]id eſt
in poteſtate eius [ſunt omnes fines terrę]id eſt,eccleſię includẽtis in ſe Iudęos & gentiles Pſal.47.
[& altitudines montium]id eſt,omnes excellentiæ ſanctæ[ipſius ſunt ] quia ab eo ſunt Iacob.1
[Quoniam ipſius eſt mare]id eſt,in poteſtate eius ſunt omnes mali vitijs amaricãtes[&
ipſe fecit illud]vt non ſurgant,niſi quando vult,& quieſcant quando vult[& ſiccam] id
eſt,mentẽ imbrem gratiæ ſitientẽ[formauerũt manus eius]ad ſimilitudinem hominis
cœleſtis.Ergo cum talis ſit [ Venite]paſſibus charitatis[adoremus]ſingulari veneratio
ne[& procidamus]id eſt,humiliemus ei conſciẽtias noſtras[& ploremus] pro peccatis Pſal.77
noſtris[ante dominũ]vt ei placeamus[qui fecit nos]in virtutibus.[Et nos populus pa- Iohã.10.
ſcuæ eius]quem paſcit pane angelorum[& oues manus eius] id eſt, quos fecit eſſe oues Heb.3.4
ſuas per paſcua vitæ ducens,& ideo[ Hodie]id eſt,in hoc tempore gratiæ[ſi vocem eius
audieritis]quæ noxia prohibet,& vtilia iubet [nolite obdurare corda veſtra ] id eſt,au-
B rem cordis ad intelligendum.[Sicut]factum eſt[in irritatione]quando peccãtes deum
ad iram prouocabant[ſecundum diem]non agant[tentationis]quia multi à deo petunt Iacob.1
cum hæſitatione,permanentes[in deſerto]id eſt,in mundo,id eſt,in mũdanis ſordibus.
[vbi tentauerunt me patres veſtri] iniqui,ſicut & vos eſtis[probauerunt ] per experien-
tiam[& viderunt]oculo corporali[opera mea]mirabilia quæ operabar.[Quadraginta
annis]id eſt,omni tempore quo monitis quatuor euangeliorũ non obedierunt,& volu
ptatibus corporum ſuorum ex quatuor elementis compoſitorũ ſubiecti vixerunt[offen
ſus fui generationi illi ]peruerſæ[& dixi ſemper]id eſt,nunquam ceſſaui dicere [ hi er-
rant corde]id eſt,voluntate & intellectu redarguendo ſic errorem ſuum. [Et] quamuis
errantes reprehenderem[iſti]tamen[non cognouerunt]quia cognoſcere noluerunt in Sap.2
ſuo ſenſu excæcati[vias meas]quibus ad hominem venio,& quibus homo ad me venit
[quibus iuraui]id eſt,immutabiliter ſtatui[in ira mea]quãdo me ſiç offendebant,& re-
ſpicere nolebant[ſi intrabunt in requiem meam]nulli excludentur ab ea, quaſi diceret:
illi iniuſti non intrabunt in requiem cœli,quam ſolis iuſtis promiſi.

¶Pſalmi XCV. Enarratio.

CAntate domino canticum nouũ] id eſt,ſeruite domino in delectatione ſpirituali, 1.Par.16
exuti à vitijs & induti nouitate virtutum,ſine quibus deo nouum canticum canta-
re non poteſtis[cantate domino] amate eum lætantes [omnis terra]id eſt,omnes homi
nes ineffabiliter lætificati,ꝙ tantus dominus ad ſuum miniſterium vocare vos digna-
tur.[Cantate domino]laudate eũ corde & ore[& benedicite nomini eius] id eſt,ad glo Matth.5
riam nominis eius luceant opera veſtra bona [annunciate de die in diem] id eſt, vos in Col.3
quibus vita concordat voci,euntibus de die gratiæ, in diem gloriæ , prædicate [ ſaluta-
re eius]id eſt,Chriſtum per quem ſaluati eſtis. [Annunciate inter gentes] quæ adhuc
gentiliter viuunt[gloriam eius]id eſt,glorioſam ædificationem domus eius,ex lapidi- Ephe.2
bus viuis [in oĩbus populis mirabilia eius] ꝙ deus factus eſt homo & reſurrexit à mor- Iohan.1.
tuis.[Quoniam magnus dñs]qui inter homines paruus apparuit [& laudabilis] de be-
neficijs quæ hominibus contulit [nimis] plus quàm intellectus noſter capere poteſt Zach.9
[terribilis ] erit in iudicio, qui mitis eſt in mundo & blandus [ ſuper omnes deos] Matt.11
quos ſibi

quos ſibi curioſa vanitas hominũ fabricauit,vt placuit.Et vere terrebit eos. [ Quoniam C
omnes dij gentium dæmonia]quaſi diceret:non veri dij quos gentes colunt,ſed dæmo-
nes[dominus autem]deus Chriſtianorum [cœlos fecit] id eſt,non tantum materiales,
ſed & ſpirituales res creauit,quod probat eum ſuper omnes regnare. [ Confeſſio & pul
chritudo]id eſt,ſi fœdus eras & cõfitearis,pulcher eris,& hoc[in conſpectu eius] id eſt,
in ſuo beneplacito eſt,& ſic[ſanctitas]id eſt,ſanctus[& magnificentia] id eſt,magnifi-
catus eris[in ſanctificatione eius]id eſt,cum eo ſanctificante. [ Afferte domino patriæ
gentium]vos ipſos ædificatores domus dei [ afferte domino gloriam & honorem] id
1.Pet.2 eſt,glorioſos virtute & honorificatos opere,tãquam lapides viuos [afferte domino glo
1.Cor.10. riam nomini eius]id eſt,in his om̃ibus aſſignate gloriam nomini domini,nõ noſtro.Et
ſic[Tollite hoſtias]confeſſionis & laudis[& introite in atria eius]per ſpem in interiora,
& tunc[adorate dominum in atrio ſancto eius]id eſt,in corde dilatato ad perfectã cha-
ritatem,ſed prius [ Commoueatur] à vitijs ad virtutes[à facie eius] id eſt, à cognitione
Chriſti [vniuerſa terra]id eſt,omnes vos qui adhuc terrenis ſuperflue adhæretis , & vt
hæc fiãt [dicite in gentibus:quia dominus regnauit]poſt mortem in cruce victo forti ar
Lucæ.11 mato. Et nunc vere regnat.[Etenim correxit]ab erroribus [orbem terræ]id eſt,eccleſi-
am [quæ non commouebitur]à fide,tamen quia adhuc multi mouentur à bonis mori-
Roma.2. bus,ideo[iudicabit populos in æquitate]reddẽs vnicuiq; ſecundũ opus ſuũ,& hoc in iu-
1.Cor.3 ditio non timeant,ſed [ Lætentur cœli] id eſt,cœleſtes viri compluentes aridos doctri-
Matt.16 na dei[& exultet terra]humiles ipſam diſciplinam libenter ſuſcipientes[commoueatur
mare]id eſt,omnes inſtabiles mutentur in melius [ & plenitudo eius] id eſt, omnis ſe-
xus,omnis conditio,omnis ætas [gaudebunt campi]id eſt,mundani homines conuerſi
ad Chriſtum[& omnia quæ in eis ſunt]id eſt,omnes virtutes eorũ erunt eis ſolatia gau-
diorum.[Tunc] cum ſic ædificatur domus dei[exultabunt omnia ligna ſyluarum ] id
eſt,pagani ſteriles & inculti more ſyluarum aſſumpti in ædificium[à facie ] id eſt,à præ
ſentia[domini quia venit]primo redimere[quoniam venit]ſecundo [iudicare terram]
id eſt,terrenarum rerum amatores condemnare.[Iudicabit orbem terræ] id eſt, infide-
Roma.2 les,nihil niſi terrena ſapientes [in iuſtitia ] vt qui ſine lege peccauerunt,ſine lege pereant D
[& populos in veritate ſua ] id eſt,falſos Chriſtianos , qui legem fregerunt per legem
peribunt.

¶Pſalmi XCVI. Enarratio.

DOminus regnauit].i.deuicta morte,regnũ hoĩm ſibi adquiſiuit [exultet terra ].i.
Eccleſia ſibi reſtituta[lætẽtur inſule multę].i.oẽs electi q ſuſtinẽt inundationes tri
bulationũ huius ſeculi.[Nubes]id eſt,contẽplatiui à terra ſuſpẽſi & cõpluentes ſacrã do
ctrinã[& caligo]id eſt,profundorũ myſteriorũ capaces ſunt[in circuitu eius].i.ei mili-
tant inceſſanter & adhærent [iuſtitia]id eſt,approbatio boni[& iudicium] id eſt,repro-
batio mali[correctio ſedis eius]id eſt,corrigunt eos,qui erunt ſedes eius in quibus quie-
ſcet.nam [ Ignis]æterni amoris ante ipſum præcedet ] in cordibus ſuorum, & tunc ve-
nit ille clarificans & lætificans animam [& inflammabit]vt omnino erigantur ad ſuper
na [in circuitu]id eſt,vbicũq; viderit prædeſtinatos[inimicos eius]vt fiant amici & im
Lucæ.12 plebit quod dicitur:Ignem veni mittere in terram,&c.[Alluxerunt fulgura eius ] id eſt,
miracula eius vt libentius acciperetur ignis [orbi terræ]id eſt,huic mundo[vidit] mira
cula[& commota eſt terra]de infidelitate ad fidem,nam [ Montes]id eſt,ſuperbi [ſicut
cera fluxerũt]igne amoris liquefacti à duritia ſua[à facie domini]id eſt,domino in cor-
de præſente per gratiam [à facie domini]id eſt,à cognitione eius[omnis terra]id eſt, o-
mnis terræ aliqui amore liquefiebant non tantum montes.Tamẽ prius[ Annunciaue-
runt]id eſt,prædicauerunt[cœli]id eſt,apoſtoli [iuſtitiam eius]id eſt,fidei operãtis per
dilectionem [&]ſic[viderunt om nes populi gloriam eius]id eſt,quàm glorioſe reſtitue
Gala.5 ret terram ſuam.Exemplo ergo conuerſorum [ Confundantur]id eſt,erubeſcant[om-
nes qui adorant ſculptilia]id eſt,omnes idololatræ & auari,quod eſt idolorum ſeruitus
Ephe.5 [& qui gloriantur in ſimulacris ſuis]quæ ſibi finxerunt de corde.Quidam fecerunt ſibi
Simulacra diuerſa ſibi homines erigunt. ſimulacrum argentũ in quo gloriantur,alij pulchrum equum,alij lapides precioſos,alij
vanitates ornatus,alij mulieres ſibi faciunt ſimulacra,in quarum pellibus ita gloriantur,
ꝙ dicunt ſe non poſſe viuere ſine amore earum:& omnes iſti dum florent in ſeculo, con
funduntur coram deo.Vnde & vos angeli eius,id eſt,ſacerdotes qui debetis eſſe nuncij
dei.[Adorate



A dei.[Adorate eum omnes]in ſpiritu & veritate ne ſitis nuncij diaboli,corrũpentes quos Ioh.4
erudire tenemini,nam multi ſecularium[audiuit]quàm diſtrictum ſit iudicium dei [&
lætata eſt Sion]id eſt,tota concio electorum, ꝙ poteſt per breuem pœnitentiam perue-
nire ad gloriam ſempiternam.[Et]in hoc[exultauerunt filię Iudæ]id eſt,omnes animę
fideliter confitentes Chriſtum [ propter iudicia tua domine] quia iudicaſti peccatores
conuerſos cohæredes fieri eccleſiæ iuſtorum.Et bene neminem repellis. [ Quoniam tu
dominus altiſſimus ſuper omnem terram]ſcilicet mundi,inferni, & cœli [nimis] plus Phil.2
quàm dici poteſt[exaltatus es ſuper omnes deos]id eſt,vſq; ad æqualitatem dei patris. Pſalm.5
Ergo [ Qui diligitis dominum] ſeruando omnia quæ præcepit vobis [odite malum ] Eccle.15
peccati quod & ipſe odit,ſi placet vobis eſſe ſub regno eius : alioquin eijciemini in tene
bras exteriores. Et ne timeatis tribulantes [ cuſtodit dominus animas ſanctorum ſuo-
rum]& ſi corpora lædantur[de manu peccatoris]id eſt,diaboli[liberabit eos] non per- 1.Cor.10
mittens tentari ſupra id quod poſſint ſuſtinere.[ Lux orta eſt iuſto] de ventre virginali Mala.4
[& rectis corde] qui ad terrena non incuruantur[lætitia]ſine fine.Quid ergo habebũt
illi,qui nec iuſti,nec recti?vtiq; non lucem ,ſed tenebras : non lætitiam, ſed lamentatio-
nem.Igitur [ Lætamini iuſti in domino]iuſto,quia ſimiles ſibi aſſumet[& confitemini
memorię ſanctificatiõis eius]id eſt,inde laudate,quod memor noſtri ſanctificauit nos.

¶Pſalmi XCVII. Enarratio.

CAntate domino canticum nouum]id eſt,renouamini ſpiritu mentis veſtræ. No- Ephe.4
uum enim beneficium,nouum exigit hymnum laudis[quia mirabilia fecit] mira
biliter hominem creauit,ſed mirabilius recreando redemit.[Saluauit ſibi dextera eius]
id eſt,populum Chriſtianum ad dexteram eius collocandum , vt iam non viuant ſibi,
ſed deo[& brachium ſanctum eius]id eſt,eundem populum ſanctificatum & fortem: Matt.25
quomodo hoc fecit?[Notum fecit dominus ſalutare ſuum]id eſt,Chriſtum,non omni Roma.6
bus,ſed[in conſpectu gentium reuelauit iuſtitiam ſuam]id eſt,filium ſuum Ieſum , qui 1.Cor.1
factus eſt credentibus iuſtitia,& ſanctificatio. [ Recordatus eſt miſericordiæ ſuæ]con- Lucæ.1
uertens populum gentium ad fidem[& veritatis ſuæ]id eſt,promiſſionis factæ [domui
B Iſrael]id eſt,Iudæis de aduentu Chriſti. Et vere recordatus eſt,quoniam [ Viderunt o-
mnes termini terræ]id eſt,quiq; de loco ſuo[ſalutare dei noſtri] id eſt,ſaluatorem miſ-
ſum à patre in carnem.Ideo non ſine cauſa[iubilate deo omnis terra] id eſt, in tantum
affectum laudis aſſurgite,vt dici non poſſit[cantate]voce prædicantes[& exultate ] iu-
cundi & voluntarij, non inuiti[& pſallite]id eſt,cœleſtia mãdata implete.[Pſallite deo
noſtro]ad honorem dei noſtri[in cythara]diſcrete mortificãtes membra veſtra[in cy-
thara ] vt contemnatur omnis vanitas & fauor populorum [ & voce pſalmi ] id eſt, Rom.12. 2.Cor.9
in vita concordante cum prædicatione [ in tubis ductilibus ] hoc fit,quando proficitis 1.Cor.10
& dilatamini ad virtutes ſub malleis anguſtiarum & tribulationum [& voce tubæ cor-
neæ ] id eſt , laudantes deum,vt in carne ambulantes,ſed non ſecundum carnem mili-
tantes.Et hoc faciẽtes [ Iubilate in cõſpectu regis domini]id eſt,interius,vbi deus videt Matth.6
iubilum deuotionis veſtræ eleuate,non ad aſpectus hominum.Procax enim eſt, q vult
ab hominibus videri deuotus,qua iubilus cum fit [moueatur mare ] id eſt,mundus ad
impugnandum,quia tunc ſunt fortes ad reſiſtendum [ & plenitudo eius ] id eſt , omnes Mal9 hõ officina eſt iniquitatis.
qui intra fines eius ſunt[orbis terræ & qui habitant in eo]id eſt omnes amatores mun-
di.Malus enim homo officina eſt iniquitatis.[Flumina]id eſt,ſancti ab vno fonte pro-
cedentes[plaudent manu]id eſt,Chriſto delectabiliter concordes bonis operibus inſu-
dabunt[ſimul]cum eis[montes exultabunt]id eſt,alti in contemplatione diuina & cel
ſitudine ſpirituali[à conſpectu domini]id eſt,in viſione dei,& vnde exultabũt?[quia ve
nit iudicare terram]id eſt,reddere vnicuiq; ſecundum opera ſua,& tunc percipient illi Matt.16 1.Cor.3
præmia laborum ſuorum.[Iudicabit orbem terrarum]id eſt,populum gentium per or Roma.2
bem diffuſum[in iuſtitia]id eſt,prout meretur iuſtitia fidei [ & populos ] id eſt,Iudæos
legem habentes[in æquitate]iudicabit per legem.

¶Pſalmi XCVIII. Enarratio.

DOminus regnauit]id eſt,Chriſtus vicit diabolum,& alligans ſpolia eius ſibi diri- Lucæ.11.
puit[iraſcantur populi]ſcandalizati Iudæi crucifixores Chriſti [ qui ſedes ſuper 1.Cor.1
Cherubim]id eſt,qui præſides angelicis ſpiritibus,plenitudinem habentibus ſcientiæ
dei,per te[moueatur terra]id eſt,terreni ab errore ſuo,ad veram confeſſionem nominis

tui:quia quamuis irati ſint populi,tamen non proficiunt aduerſus electos,nam [Domi
nus eſt in Sion]id eſt,in eccleſia deum ſpeculante[magnus & excelſus]vbiq; defendẽs C
Phil.2. [ſuper omnes populos]vt non ſit timor ſperanti in illo. [Confiteantur nomini tuo ma
gno]Ieſu,quod eſt ſuper omne nomen exaltatum & magnificatum,quod prius in humi
litate poſitum cõtempſerunt[quoniam terribile]futurum eſt impijs[& ſanctum eſt]pijs
[&honor regis iudicium diligit]quo non relinquit peccata impunita,quaſi diceret,con
tra honorem regis eſſet æterni,ſi peccatores euaderent impuniti.Sed ne quis pœnis ter=
Prou.16. Roma.9 ritus deſperet,ſubdit[Tu paraſti directiones]id eſt, tuæ gratiæ eſt peccatores dirigere
ad pœnitentiã,non hominis:quia quando vis,& quos vis conuertis[iudicium]vt decli
Ephe.6. nent à malo[& iuſtitiam]vt faciant bonum &[in Iacob tu feciſti]id eſt,in his qui viri=
liter luctant aduerſus carnem & ſanguinem,vt vitia carnis ſuperent,ne ab illis ſuperen
1.Cor.11. tur.[Exaltate dominum deum noſtrum]id eſt,altum & immenſum prædicate[&ado
Coloſſ.1. rate]id eſt,ſingulari reuerentia honorate[ſcabellum pedum eius].i.corpus a verbo aſ=
1.Pe.2. ſumptum,cuius caput eſt deus[quoniam ſanctum eſt]immune à peccato,illũ dico ado=
rate,cuius ſerui fuerunt[Moſes] legislator[& Aaron]ſummus ſacerdos[in ſacerdoti=
bus eius]id eſt,inter ſacerdotes, qui ſeipſos hoſtiam ſanctam,deo placentem offerebãt
Rom.12. [&Samuel] propheta domini [inter eos]id eſt,eiuſdem fidei cum eis, qui [inuocant
Matt.1 nomen eius]qui ſaluum facit populum ſuum à peccatis eorum.[Inuocabant dominũ]
Lucæ.10. id eſt,expectabant aduentum Chriſti deſiderãtes eum videre[&]ideo[ipſe exaudiebat
eos]orantes pro populo[in columna nubis]id eſt,per ęnigmata figurarum loquebatur
ad eos ceremonias ſuas.[Cuſtodiebant teſtimonia eius].i.inſtituta ab ipſo tradita,qui
bus ſe deum teſtatur [& pręceptum]decalogi[quod dedit illis]ad cuſtodiendũ.[Domi
ne deus noſter tu exaudiebas eos]in iniqtatibus populi[deus propitius fuiſti eis] pecca=
ta eorũ condonans[& vlciſcens]non relinquens eos impunitos [in oẽs adinuentiones
eorum]id eſt, in omnibus exceſſibus ſuis.[Exaltate dominũ deum noſtrum ] id eſt,in
cõpręhenſibilem intelligite[& adorate in monte ſancto eius]id eſt,in excellentia huma
næ naturę a verbo aſſumptæ[quoniam ſanctus dominus deus noſter]id eſt,ſanctificãs
quoſq; ſanctificandos.

¶Pſalmi XCIX. Enarratio. D

IVbilate deo]In hoc pſalmo prouocat fideles vt inceſſanter ſe exerceant in laudibus
dei. [Iubilate deo omnis terra]illi o omnes homines iubilate,id eſt,cum iubilo lau=
Gene.1 des offerte,ad cuius imaginem facti eſtis,cuius participes eſſe poſſitis:non carni, quæ
1.Ioha.2. cito deficit:non mundo,qui tranſit,&omnis concupiſcẽtia eius.Iubilus eſt ſonus lętitię
Differentia inter iubilum & iubilationem ſine verbis,quia in hoc lętitia animi non poteſt explicari.Iubilatio ergo vera ſit voce &
corde.i.intellectu[ſeruite domino]cum amore,& timore filiali[in lętitia]non ex triſti
tia,aut neceſſitate.[Introite in cõſpectu eius] id eſt,intrate ad conſcientias veſtras, vbi
2.Cor.9. deus videt,non homo[in exultatione]vt addiſcatis teſtimonio conſcientiarum veſtra
1.Re.16. rum,in quibus ſit vobis exultandum.Multi enim decipiuntur metientes ſe teſtimonio
Heb.4. hominum,& ſeipſos relinquunt indiſcuſſos,putantes ita eſſe ſicut homines adulantur
2.Cori.1. vel opinantur de eis,ſed vos ſic errantes,[Scitote quoniam dominus ] Ieſus quem Iu=
Iere.17. dęi crucifixerunt[ipſe eſt deus]ſcrutãs cor & renes,& ipſe reuelabit quales eſtis,& tunc
Pſalm.7. confundemini,cum aliter ſe habeat veritas,aliter opinio hominum[ipſe fecit nos] qa
1.Cori.4. nihil boni habemus,quod ab ipſo non accepimus[& non ipſi nos] fecimus, niſi malos
1.Petri.2. Mirabilis eſt potentia quæ malum facere poteſt,& non bonum.[Populus eius ] Chri=
ſtianus gẽs adquiſitionis[& oues paſcuæ eius]quas paſcit verbo vitæ [introite portas
eius]id eſt,initium bonę conuerſationis[in confeſſione]cõfitendo peccata veſtra,dein
de[atria eius]introite,id eſt,procedite ad amplitudinẽ charitatis & ſpei,& ſic [in hym=
nis confitemini illi]id eſt,in laudibus dulciſonis gratias ei reddite de beneficijs ſuis.
[Laudate nomen eius]Ieſum,videntes ea quæ operatus eſt[quoniam ſuauis eſt domi=
nus]omnibus dilectoribus ſuis[inęternum miſericordia eius]id eſt,effectus miſericor
diæ eius inęternum manebit[& vſq; in generationem]præſentem[& generationẽ] futu
ram[veritas eius] perſeuerabit quam promiſit,id eſt, promiſſio humanæ ſalutis vere
implebitur,

¶Pſalmi C. Enarratio.

MIſericordiam]id eſt,te miſericordem,ne homines deſperent propter iudicium
prædicabo[& iudicium]ne inſoleſcant propter miſericordiam[cantabo tibi do
mine]ad honorem tuum docebo.Et ne iſta pręédicans reprobus efficiar[pſallam] bene
operan=



A operando[& intelligam in via immaculata]id eſt,prout ratio dictauerit cõſeruans mũ
ditiã cordis mei,& intelligam,& hoc non habeo ex me,ſed[ qñ venies ad me].i.ad mẽ Matt.5.
tem meam per internã inſpirationem,qſi diceret: in via immaculata intelligo aduentũ
tuũ non in ſordibus peccatorũ,munditia enim cordis eſt via tua ad nos, mundum au= Munditia cordis eſt via dei ad nos.
tem cor ſemper ſentit deum.Et te mecũ per gratiam exiſtente,[Perambulabam]id eſt,
delectabar iugiter[in innocentia cordis mei]vitando omnia facinora,quę maxime no
cent[in medio domus meæ]id eſt,in communitate familiarium & domeſticorum me=
orum,vel in medio conſcientiæ,vbi præcipue offenſa debet caueri. Et vt alijs me in ex=
emplum proponerem.[Nõ proponebam ante oculos meos rem iniuſtam]id eſt,quod
mihi fieri diſplicuit,nec proximo meo facere volebam,imo[faciẽtes præuaricationes]
id eſt,pręceptorum tranſgreſſores[odiui]in quantũ mali fuerunt .Et vere ita feci,quia
[Non adhæſit]mihi per conſenſum.[cor prauũ]à deo diſcrepãs[declinantem à me]id
eſt mea conuerſatione[malignũ]id eſt,maliuolum nolẽtem me imitari[non cognoſce
bam]id eſt,non approbabam.[Detrahentem ſecreto proximo ſuo]id eſt , minuentem
occulte,quia non audet aperte famam bonorum mordere[hunc perſequebar]repræhẽ
dẽdo & culpãdo.[Superbo oculo]qui extollentia oculorum ſuperbiã adnotabat [& in
ſatiabili corde]id eſt,cuius cupiditas expleri nõ poterit [cum hoc non edebã] id eſt, in
illis nõ delectabar, ſed magis cõtriſtabar.Iſtos odiui,ſed [Oculi mei].i.aſpectus bene= Vbi amor,ibi oculus.
placiti mei,quia vbi amor,ibi oculũ iacio[ad fideles terræ].i.qui terrena fideliter mini
ſtrant,& in bonis deo vtiliter negotiãtur[vt ſedeãt mecum]in cõcilio & in iudicio[ am Matt.24.
bulans in via immaculata ] id eſt, viuens ſine omni crimine[ hic mihi miniſtrabat]
non ſibi,quia non ſua,ſed quæ ſunt Ieſu Chriſti,quęrebat.[Nõ habitabit in medio do= Phili.2
mus meæ]id eſt,in meo contubernio,tanquã proſcriptus de domo[qui facit ſuperbiã] 1.Cor.10. 1.Cori.4.
id eſt ,qui gloriatur in ſe,pro his quæ habet,ſiue ad corpus,ſiue ad animã[qui loquitur
iniqua]id eſt,blaſphemias[non direxit].i.nõ recte inceſſit[in conſpectu oculorũ meo
rum]id eſt,&ſi alijs videbatur placere,mihi tamẽ nõ placuit.[In matutino]id eſt, matu
tina reſurrectiõe,quod erit initiũ diei æternæ[interficiebã omnes peccatores terrę]qui
B tunc inuenientur peccatores cõparatione melioris facti [vt diſperderẽ]exemplo inno,
centiæ meæ[de ciuitate domini]id eſt,de ſocietate ſanctorũ[ omnes operãtes iniquita=
tatem]id eſt,omnes qui innocentiam meam imitari noluerunt.

¶Pſalmi CI. Enarratio.

DOmine exaudi orationẽ meam]oratio pauperis cum anxiatus fuerit,id eſt, Chri Phil.2.
ſti,qui pro nobis factus fuerat pauper. Domine exaudi orationem meam,quam 2.Cor.8.
in me aſſumo pro meis[& clamor meus] quo quaſi à longe ſuſpiro[ad te veniat] vt af=
fectum illius conſequar.[Non auertas faciẽ tuam à me]miſericordię tuę à meis[in qua
cunq; die tribulor]id eſt,tribulationẽ patior ab hoſtibus meis[inclina ad me]humilem
[aurem tuã]o excelſe[In quacunq; die]id eſt,in quolibet æſtu perſecutionis[inuocaue
ro te]inuitando te in me[velociter]id eſt,indilate[exaudi me] implẽdo quod popoſci.
Et neceſſe eſt[Quia defecerunt]id eſt,ad defectũ venerunt[ſicut fumus] qui aſcenden= Iacobi.4
do euaneſcit:ſic homo ſuperbiendo tabeſcit[dies mei]immortalitatis in primis parenti
bus,ſic primo defecerunt[& oſſa mea]id eſt,virtutes męæ,quæ ſunt robur animę[ſicut
cremium aruerunt]admoto igne concupiſcẽtię & exiccata pinguedine amoris tui.[Per
cuſſus ſum]paſſibilitate & mortalitate[vt fœnum]amittens virorẽ amabilis decoris[&
aruit cor meum]id eſt,ſterilis facta eſt rationalitas mea[quia oblitus ſum comedere pa
nem meũ]id eſt,delectari in mandatis dei ſeruãdo ea,quod eſt animæ cibus. [A voce
gemitus mei] à lachrymabili perſuaſione ſerpentis:teritis ſicut dij[adhęſit os meũ].i.in Deu.8. Matt.4.
terior homo[carni meę]id eſt,exteriori,id eſt,ratio ſenſualitati.Et merito exaudies,nõ Gene.3.
tantum propter neceſſitatem defectuum mẽbrorum,ſed etiam propter eam,quam pro
eis paſſus ſum anxietatem,vnde[Similis factus ſum pellicano]lugens mortem filiorũ, Pellicano Chriſtus cõparatur.
proprio ſanguine viuificãs[ſolitudinis]id eſt,ſine humano ſolatio[factus ſum ſicut ny
cticorax]id eſt,ita abominabilis corã impijs[in domicilio]id eſt,domo dei exiſtẽs.[Vi
gilaui]quia multa inquietauerunt me[& factus ſum ſicut paſſer] id eſt, vilis reputatus
[ſolitarius in tecto]id eſt,excluſus à ſocietate & cõuerſatione hominum. [Tota die]id Iohan.9. Iohan.8.
eſt, aſſidue[exprobrabant mihi inimici mei]dicentes:dæmonium habes [& qui lauda Matt.22
bant me] adulãtes in facie mea: Magiſter ſcimus quia verax es[aduerſus me iurabãt]

 id eſt,ab=

id eſt,abſentes in mortem meam conſpirabãt. Et hoc ideo fecerũt.[Quia cinerem tan-
quam panem manducabam]id eſt,quia peccarores pœnitentes mihi ſuauem cibum in C
corporabam[& potum meum]id eſt,eoſdem conuerſos vel alios iuſtos,quibus reficie-
bar in ſiti humanæ ſalutis[cum fletu miſcebam]id eſt,ſociabam cum flentibus peccata
ſua. Et tota neceſſitas proceſſit.[A facie iræ indignationis tuæ] id eſt, ab irata facie tua,
Iacobi. 4 qua indignos nos iudicaſti videre faciem tuam,in qua eſt ſpes totius noſtri gaudij [qa
Iſai. 40. eleuans]prius luce immortalitatis[alliſiſti me] miſeria mortalitatis,quando[Dies mei
ſicut vmbra declinauerunt ] id eſt, facti ſunt inſtabiles & tranſeuntes ſicut vmbra [ &
ego ſicut fœnum arui]id eſt,virorem æternitatis amiſi,quam nunc peto, vt recuperem
quàmuis ego defeci.[Tu autem inæternũ permanes]id eſt,in te nihil defectiuum nihil
mutabile eſt[& memoriale tuũ].i.memorabilis miſericordia tua[in generatiõe] pſen-
ti eſt[&]id eſt,vſq;[in generationẽ]immortalem extendetur. Quæ illa?[Tu exurgens
domine]id potentiam tuã manifeſtans contra diabolum[ miſereberis Sion ] .i.eccle-
ſiæ militantis[quia tempus miſerendi eius]iam eſt,vt roboretur contra te ntationes &
tribulatiões[quia venit tempus].i.prope inſtat,quo totaliter in eccleſiã triumphantem
transferatur.[Quoniã placuerunt ſeruis tuis] Chriſtianis[lapides eius]id eſt,ſancti ec
Eccle. 10 cleſię,qui iuuant alios exhortatione,& oratione,&exemplo[& terrę eius miſerebũtur]
id eſt,animarũ ſuarum placentes deo.[Et]ſic[timebunt gentes]gentiliter viuentes pri
us[nomen tuum]vt illi ſeruiãt[& omnes reges terræ]id eſt,omnes qui ſe,& alios recte
Ephe. 2. regunt[gloriam tuã]id eſt,poteſtatem qua glorioſus es & metuendus. [Quia ædifica-
1. Cori. 15. uit dominus]per fundamentũ apoſtolorum& prophetarũ[Sion]id eſt,eccleſiam ſuper
na ſpeculantem [& videbitur in gloria ſua]cum tradiderit regnũ deo & patri. [Reſpe-
xit]oculo pietatis[in orationẽ humiliũ]qui ſuæ infirmitatis & fragilitatis miſeriã nõ
ignorant[& non ſpreuit precẽ eorũ] qui prius contẽpſit preces ſuperborũ.[Scribantur
hæc]ab orthodoxis & ſapientibus,non ab his qui legẽ dei nõ cognoſcunt,& ideo faci-
le in errorẽ dilabuntur,vt enuncientur[in generatiõe alt era]quę cõpleta ſunt in ędifica
tiõe Sion[& populus]adquiſitionis[qui creabitur]in fide,ſpe,& charitate[laudabit do
1. Pe. 2. minum]in ipſa Sion. Et vere[Quia proſpexit de excelſo ſancto ſuo ] id eſt, de Chriſto
Daniel. 9 ſctõ ſanctorũ,qui hic loquitur[dominus de cœlo] cœlorũ[in terrã aſpexit].i.ad humi- D
les qui ſe terrã & cinerẽ memorantur,ad quid?[Vt audiret gemitus compeditorũ]id eſt
pacienter deſiderantiũ futurum gaudiũ,adhuc cõpede mortaliatis aſtrictorũ[vt ſolue-
ret]à laqueis concupiſcentiarũ,vel a vincilis carnis[filios interemptorum]id eſt,ſequa
Galat. 5. ces martyrũ,qui carnẽ ſuam crucifixerunt cũ vitijs & concupiſcentijs.[Vt annunciẽt]
illi filij expediti à curis ſeculi[in Sion]id eſt in eccleſia quæ per ſpeculũ videt [nomen
1. Cor. 13. domini]id eſt,Ieſum in quo ſaluantur[ & laudẽ eius in Ieruſalẽ annuntient]ſcilicet ꝙ
Coloſſ. 3. habitatores eius laudabunt deum inęternũ Hoc gaudiũ permittitur,ſed quo fructu?[In
conueniendo populos in vnũ]id eſt,vt conueniant populi in vnitatẽ pacis,& in vincu-
lum charitatis[& reges eorũ]id eſt rectores hortentur eos,[vt ſeruiãt domino]nõ mũ-
1Cor, 1. do,non carni. Et vere ita fiet,quantũ ad electos,nã[Reſpondit ei] populus obediẽdo in
Iob. 14. bonis operibus[in via virtutis ſuæ]id eſt,in imitatione filij,qui eſt virtus patris,& dicit
[paucitatem dierũ meorũ]id eſt,quàm pauci & tranſitorij ſint præſentes dies mei[nun
tia mihi]id eſt,fac me diligenter conſiderare,ne terrenis rebus inordinate adhæreã. Et
vt hoc attendam,[Ne reuoces me]id eſt,nõ permittas me reuocari ab amore & deſide-
rio æternorũ[in dimidio dierũ meorũ]id eſt,vt adquieſcam mihi & contentus ſim de
imperfectione bonorũ pręſentiũ,ſed potius fac me indefeſſe laborare ꝑ diebus tuis,qui
permanẽt[in generatiõe]præſenti[&]dilatantur vſq;[in generationẽ anni tui]id eſt,
Annus dei æternitas eſt. vſq; in generationẽ æternam. Annus tuus æternitas eſt,ſed[Initio]ſcilicet temporis [tu
domine terrã fundaſti].i.materiã omniũ terreſtriũ[&opera manuũ tuarũ ſunt cœli]id
Gene. 1 eſt omnia corpora cœleſtia[Ipſi]ſcilicet cœli & terra[peribunt] ſecundũ formã quam
Lucæ. 21. nũc habẽt,quia cõflagratiõe ignis in melius mutabũtur. Loquit̃ hic de cœlo aereo [tu
autẽ permanes]omnino immutabilis[& omẽs]homines[ſicut veſtimentũ veteraſcẽt]
.i.ſecundũ ꝙ veſtimẽta ſcilicet fuerũt ſecũdũ ꝙ corpora ſeneſcũt,&ſecundũ ꝙ tranſito
1. Cor. 15. rij ſunt.[Et ſicut opertoriũ]vetus,qud homo deponit ad corrigendum [mutabis eos]
de corruptibilitate ad incorruptiõem[& mutabũtur]quidã glorioſe,quidã ignominio
ſe:toẽs tamẽ ſtatũ accipiẽt immutabilẽ,boni in bono,mali in malo. Illi ita[tu autem idẽ
ipſe es]



A ipſe es ]nunc qui fuiſti ab æterno & eris ſine fine [ & anni tui ] æterni & inuariabiles
[non deficient]id eſt,non habent tranſitum per tempora , ſed ſunt ſine tempore. [ Filij
ſeruorum tuorum] id eſt,imitatores apoſtolorum[habitabũt]poſt iſta tempora in illis
annis non deficiẽtibus[& ſemen eorum]id eſt,ſequaces ſanctorum in generationibus
ſuccedentibus[in ſeculum dirigetur]id eſt,vſq; in futurum ſeculum dirigentur,ad appe
tendum hæreditatem tuam.

## ¶Pſalmi CII. Enarratio.

BEnedic anima mea domino]Soliloquia vocatur hic pſalmus , quia fidelis anima
ſibi ipſi loquitur & hortatur ad gratiarum actionem. Benedic anima mea dño, red
dendo gratias de beneficijs collatis[& omnia quæ intra me ſunt] id eſt, omnes virtutes
ſpirituales,quas ex eius dono habeo,benedicite [nomini ſancto eius]Ieſu,qui interiora
pręcordia animę meę quadã mirabili dulcedine,amoriſq; ſuauitate & feruore repleuit.
[Benedic anima mea dño]iterum admonet,inſinuans ſe magna & multa beneficia re-
cepiſſe,pro quibus ſe ſcit nunq̃ ſatis poſſe laudare[& noli obliuiſci omnes retributiones
eius]peccati remiſſionis,& quia ſæpe retribuit tibi bona pro malis.[Qui propitiatur]id
eſt,miſeretur[omnibus iniquitatibus tuis]ſcilicet originalibus & actualibus[qui ſanat
omnes infirmitates tuas]nunc in ſpe,poſtea in re perfecte.[Qui redimit ] ſanguinis ſui
precio [de interitu] id eſt, de morte æterna[vitam tuam] id eſt , te viuum in corpore & Iohan. 10.
anima nũc in anima,& in iudicio corpus cũ anima reformabitur[qui coronat te] poſt Roma. 5.
legitimum certamen dat tibi gloriam ęternam[in miſericordia]non tuis meritis[& mi Philipp. 3
ſerationibus]in effectu omnes tuas delens miſerias.[Qui replet]id eſt,ſatiat [,in bonis] Iaco. 1
æternis[deſiderium tuum]quod ſolummodo de diuinis eſt,qa quo ardentius deſidera- Titum. 3
ſti,eo capacior beatitudinis eris. Talia enim ſunt cœleſtia bona,ꝙ non poſſunt obtineri, Deũ non deſiderat
niſi à deſiderante ea. Nemo autem deum deſiderat, qui aliud quàm ipſum deſiderat: qa qui aliud deſiderat
non vult eſſe particeps cordis noſtri,aut habebit totum,aut totũ relinquet[ renouabitur 1 Cor. 10.
vt aquilæ]colliſa peccati vetuſtate ad petram,id eſt,Chriſtum[iuuentus tua]quam pec Matt. 25.
cando perdidiſti,dierum malorũ inueteratus.[Faciẽs miſericordias dñs ]id eſt,diuerſa Luc. 19
talenta ſeruis ſuis diſtribuens[& iudicium omnibus iniuriam patiẽtibus]id eſt,non re-
linquens peccata impunita,quæ cõmittuntur aduerſus ſanctos & ſeruos,impios arguẽ-
B tes.[Notas fecit vias ſuas]in quibus neceſſario eſt incedendũ,docens per ſacras ſcriptu
ras[Moſi]id eſt,rectoribus populorũ[filijs Iſrael]id eſt,quibuslibet iuſtis deum per fidẽ
cernẽtibus[voluntates ſuas]id eſt,qd velit & quid nõ velit,notũ fecit per rationem natu
ralem,& per pręedicationẽ,& exhortationem. In hoc ergo patet,ꝙ eſt[Miſerator]remit Thren. 3.
tens miſerias[& miſericors dominus]perducens ad gaudium [longanimis ] id eſt, diu Sapien. 11
expectans ad pœnitẽtiam[& multum miſericors]benigne ſuſcipiens pœnitentes.[Nõ
in perpetuum iraſcetur]id eſt,nõ exercebit vindictam irremediabilem in toto humano Pctõrib. deus non ſemp cõminabit̃.
genere [neq; inæternũ cõminabitur]id eſt, non intentabit minas æternas per ſcriptu-
ras,imo poſt modicum tempus ſentient mali ignẽ gehennæ,quẽ nunc eis dominus mi-
natur in verbis ſcripturæ. Veruntamen [ Non ſecundũ peccata noſtra]originalia[fecit Matth. 25
nobis]iudicando ita ſtricte,ſicut meruimus [neq; ſecundum iniquitates noſtras]id eſt,
peccata noſtra actualia[retribuit nobis]quia ſi ſic feciſſet,ſtatim damnaſſet nos. Et vere
non retribuit nobis ſecundum peccata noſtra.[Quoniam ſecundum altitudinem cœli
à terra ]id eſt,quanto altius eſt cœlum terra[corroborauit miſericordiã ſuam ſuper ti-
mentes ſe ] id eſt,miſericorditer roborauit gratiam ſuam in omnes qui timent eum , vt
nolint eum offendere pro vita nec morte.[ Quantum diſtat ortus ab occidente ] id eſt, Rom. 8
quanta eſt diſtantia inter lucem & tenebras,tantum diſtare nos fecit factos filios lucis
à nobis in quantum fuimus filij tenebrarum , oriente in nobis iuſtitia & occidentibus Epheſ. 5.
peccatis [longe fecit à nobis inquitates noſtras]id eſt,tanto altiores nos fecit à ſordibus
iniquitatum noſtrarum , vt nunquam iterum conueniamus. Loquuntur hic ſoli ele
cti , quia omnes reprobi ſemper portant ſecum iniquitates ſuas. [Quomodo miſere-
tur ] id eſt,quàm paterno affectu [pater]carnalis[filiorum]delinquentium,ita [ miſer-
tus eſt dominus]non omnibus,ſed [timentibus ſe] caſto timore non ſeruili [quoniam
ipſe cognouit]per ſimplicẽ notitiam[figmentũ noſtrũ]id eſt, q̃ fragili vaſe cooperti ſu
mus,ſcz carne,quæ prona eſt ad malũ,ſed oportet refrenari.[Recordatus eſt].i.non o-
bliuiſcitur [quoniã puluis ſumus]id eſt,lutea materies,inſtabilis ad omnem impulſum Gene. 3
tentationis[homo ſicut fœnum]virorem amittens virtutis , æſtu tribulationis vel pro- Gene. 1
ſperitatis

Proſperitas hominis flori comparatur.

ſperitatis expoſitus [dies eius] vt felicitas præſens,in qua gaudet[ tanquam flos agri]
ad horam virens & amabilis, ſed ſtatim marcens & defluens [ſic] id eſt,eo modo quo C
flos agri [efflorebit] homo in hac vita momentanee,quia hodie extollitur,& cras non
inuenietur.[Quoniam ſpiritus pertranſibit in illo] id eſt, vita ſua erit tranſiens, & non
permanens,donec exeat ab illo[& non ſubſiſtet]per ſe poſt exitum,ſed diſponente deo
in gloria vel in pœna erit in perpetuum[& non cognoſcet]id eſt,non approbabit [am-
plius locum ſuum]id eſt,corpus ſuum,vel mundum iſtum in quo voluptatibus & auari
tiæ ſeruiebat,qa lugebit ęternaliter ſe luſiſſe tẽporaliter.Non ſic de amantibus deũ, quia
[Miſericordia autẽ dñi ab æterno]præfinita[& vſq; inæternũ]permanſura eſt[ſuper ti
mentes eum]timore filiali.[Et iuſtitia illius]id eſt,retributio iuſtitiæ illius[in filios filio
rum].i.in electos homines electorum imitatores,vel in bona opera,bonorũ operũ pro
ductiua,& exhibita[his q ſeruant teſtamentũ eius] id eſt,præcepta eius,ſicut optimum
theſaurũ.[Et memores ſunt mãdatorum eius].i.ſemper habẽt ea in memoria[ad faciẽ
dum ea].i.ad implendũ perſeueranter. [Dñs in cœlo].i.in aëre parauit[ſedẽ ſuam].i.
Sapien. 5 iudicia ſua fieri[& regnum ipſius]id eſt,omnes perfecti q ſunt principaliter regnãtes in
[omibus dominabitur]quia iudicabũt nationes & dñabuntur populis,id eſt,omnibus
Prædicatores verbi dei, angeli dicũtur. iniquis,q hic dñabantur illis:bonis vero non dñabuntur prælatione,ſed dignitate ordi
nis,quia ſemper excellentiores erunt.[Benedicite dño omnes angeli eius]id eſt,prędica
tores & doctores,q eſtis nuncij diuinæ voluntatis,laudate deum de ſalute noſtra, & qui
eſtis[potentes virtute] ad ſupportandum aduerſa[facientes verbum illius]id eſt, præce
Matth.5. ptum,nõ tantum docẽtes,vt ſic ſitis idonei[ad audiẽdam vocem ſermonum eius]id eſt,
Cõtra quoſdam prædicatores per quos audiantur ſermones eius,qa qui bene docet & male viuit, non eſt idoneus per
quem deus prædicetur[Benedicite dño omnes virtutes eius]id eſt, aggaudete ei & vos
1.Pet.4. ſancti,per quos deus ſigna ſua oſtendit[miniſtris eius]id eſt,vos ſacerdotes qui in alijs
gratiarum diſtributiones miniſtratis[qui facitis voluntatẽ eius]id eſt,pro implenda vo
Coloſſ.3. 1 Cor.10. luntate eius facitis bona,quæ facitis[ Benedicite domino omnia opera eius]id eſt,omes
qui quocunq; modo per eius operationem aliquid boni facitis,nihil vobis,ſed totã glo-
riam ei date[in omni loco dñationis eius]quia vbicunq; dñatur,ibi benedicatur. Nam
etiam ſi ſint mali,diuinæ tamen militant voluntati[benedic anima mea dño] quod in D
principio poſuit,hoc in fine concludit,vt tota eius vita in laude dei ſit.

## ¶Pſalmi CIII. Enarratio.

BEnedic anima mea dño]o anima mea lauda dñm tuum.Et merito laudandus eſt,
quia[dñe deus meus magnificatus es vehemẽter]id eſt,magnus innotuiſti in ope-
ribus tuis plus q̃ dici poteſt.[Confeſſionẽ]id eſt,confitẽtes totaliter peccata ſua[& dolo
rem]id eſt,iuſtos & decoros virtute[induiſti]id eſt,feciſti tibi veſtem regiam[amictus]
Epheſ.5. id eſt,ornatus[lumine].i,ſanctis & mundis qui filij ſunt lucis[ſicut veſtimẽto] vnde di
Iſaiæ.49. citur de illis:His omnibus ſicut veſtimentento veſtieris. Tu,dico,ſic veſtitus.[Extendẽs
cœlũ]id eſt,aperiẽs ſcripturas per doctores[Sicut pellem]id eſt,tam faciliter [qui tegis
aquis]id eſt,ſpiritualibus ſententijs[ſuperiora eius]id eſt altiora myſteria,ſcilicet præce
Actuũ.1. pta charitatis.[Qui ponis nubẽ].i.doctrinã fidei & amoris[aſcẽſum tuũ]per quẽ aſcen
damus ad te,vel qa in nube aſcendiſti [q ambulas ſuper pẽnas vẽtorum].i.qui excedis
excellentes virtutes,& contẽplationẽ animarũ ſanctarũ:vel hoc dicitur, qa plus diligis
animas,q̃ ab eis diligeris.[Qui facis angelos tuos ſpiritus].i.ſpiritus tibi aſſiſtẽtes,quã-
Matth.1 do vis,facis nuncios tuæ volũtatis[& miniſtros tuos]facis[ignẽ vrentẽ].i.ſpiritu feruẽ-
tes & immẽſæ dilectionis ardore iubilãtes.[Qui fundaſti terrã] .i.eccleſiã[ſuper ſtabili
tatẽ ſuã].i.ſuper ſtabile fidei fundamentũ[nõ inclinabitur]ab ipſa ſtabilitate[ in ſecu-
lum ſeculi].i.ſemper permanebit ſtabilis.[Abyſſus].i. profundi in malitia [ſicut veſti-
Iſaiæ.49. mentũ amictus eius].i.& illis ornabitur cũ ad ipſum cõuerſi fuerint perfecte[ſuper mõ
tes]id eſt,eminentes in contemplatiua vita[ſtabunt]id eſt,perdurabunt [aquæ]gratia-
rum,ſed quo ordine erunt amictus tuus?quia[ Ab increpatione tua] id eſt, te increpãte
& redarguente conſcientias eorum[fugient]à vitijs ad virtutes[ à voce tonitrui tui ] id
eſt,à terribili comminatione ignis æterni[formidabunt] ne pœnam illam incurrant.
[Aſcendunt montes]id eſt, tumentes ſuperbia, apud ſe mundanam altitudinem appe-
Matt.11. tunt[& deſcendunt campi]quia tuam humilitatem diſcentes faciunt fructum iuſtitiæ,
& hoc [in locum quem fundaſti eis ] id eſt, prout quiſque locum proprium habet ex
te.[Ter-



A te. [ Terminum] id eſt,modum[poſuiſti]vt in eo perſiſtãnt[quem non trangredien- Lucæ.9
tur]id eſt,non præteribunt,ne ille modus ſit longior aut vehemẽtior q̃ opportunum ſit Phil.3.
[neq; conuertentur]retro reſpicientes ad ſeculũ[operire terram]id eſt,vt operiant iterũ
eccleſiam terrenis ſordibus:quod fit dum Chriſtiani nominetenus in eccleſia nõ ceſſant
peccare.[Qui emittis fontes]id eſt,ſpirituales doctrinas[in cõuallibus].i.in humilibus
mente & corpore[inter mediũ montium].i.inter duo teſtamenta[pertranſibunt aquæ]
doctrinarũ ad contionẽ prædicatorum,vt humiles & ſitientes irrigẽtur.[Potabunt] de
illis fontibus[omnes beſtiæ agri].i.omnes peccatores ad Chriſtũ cõuerſi[expectabunt
onagri].i.deſpicabiles mundi & honorabiles dei refici illis aquis[in ſiti ſua].i.ſecundũ Iohan.4
deſideriũ ſuũ,non adhærentes turbulẽtis aquis huius vitæ. [Super ea] .i.ſuper altitudi-
nem mõtium,id eſt,teſtamẽtorum[volucres cœli habitabũt].i.innitẽtur ſpirituales cœ
leſti contẽplatione gaudẽtes[de medio petrarum].i.de cõcordi authoritate ſanctorum
[dabunt voces]prædicationis.[Rigans]ſcilicet deus pater[mõtes].i.apoſtolos[de ſupe Fõs Chriſtus dicit.
rioribus ſuis].i.de Chriſto q eſt fons ſuperior[de fructu operũ tuorum] collecto in mõ
tibus te operãte[ſatiabitur terra].i.homo humilis & iuſtus ,terra dico.[Producens fœ-
num].i.vilem & carnalẽ delectationẽ[iumẽtis].i.beſtialibus hoĩbus,q male viuunt[&
herbam].i.tẽporalia ſubſidia[ſeruituti hoĩm].i.his q ſecundum rationẽ viuentes,mini
ſtrant ſpiritualia.[Vt educas panẽ]verbi dei[de terra].i.de prædicatoribus [ & vinum] 2.Cor.9
id eſt,doctrina fortis[lætificet cor hoĩs]id eſt,mẽtes humanas inebriet, vt terrenorũ o-
bliuiſcantur.[Vt exhilaret faciẽ].i.hilarem faciat mẽtem[in oleo].i. in lætitia ſpiritus
ſancti,vt eroget quod habet cũ charitate[& panis]ſacramentalis [cor hominis confir-
met]in veritate fidei & morum.[Saturabuntur]illo pane[ligna campi]id eſt, prius ſte-
riles poſtea fructificantes[& cedri Libani].i.ſublimes populi in mundo [quas planta-
uit]Chriſtus in fide[illic]id eſt,in ramis facultatũ earũ[paſſeres].i.ſancti mundi quorũ Phili.3
conuerſatio in cœlis eſt[nidificabunt].i.ſuſtentationẽ ſuam habebũt ad tẽpus. Et quã
uis de bonis diuitum viuant,tamẽ [Herodij domus]id eſt,Chriſti q rapit ad ſe,quoſcũ-
que viderit ſaluãdos [dux eſt eorum]qa non errant ab vnitate fidei & charitatis: Sed ſe
B quuntur recto inceſſu duces eccleſiæ nullo terrenæ voluptati adhærẽtes , nam [montes
excelſi ceruis]id eſt,eminentiora præcepta reſeruantur amatoribus ſupernę contempla 1.Cor.10.
tionis[petra]id eſt,Chriſtus [refugium]per puram cõfeſſionem[erinacijs]id eſt,malis Matt.25.
peccatorũ ſpinis obſitis.[Fecit lunam]id eſt,eccleſiam[in tẽpore]id eſt,per totum tem- Malac.4
pus vſq; ad finem permanſurã[ſol]id eſt,Chriſtus ſol iuſtitiæ[cognouit].i.approbauit Ephe.5
[occaſum ſuum].i.mortem ſuam pro ea ſumptam.[Poſuiſti tenebras]id eſt, continge
re permiſiſti tenebras vitiorũ in multis,q Chriſtianos ſe dicunt[& facta eſt nox]erroris
& nequitiæ inuoluens eos,& ſic dum non vident ducuntur ad ignem æternum, vnde[in Malitia excæcati ad ignẽ æternũ ducuntur.
ipſa]ſcilicet nocte [pertranſibũt] ad pœnas[omnes beſtiæ ſyluæ]id eſt,omnes peccato
res mundi,q beſtialiter viuunt,nõ ſecundũ rationẽ.Quę ſunt illæ beſtię?[Catuli leonũ]
id eſt,ſequaces tyrannorũ [rugientes].i.perſequẽtes,vel dæmones tẽtantes [vt rapiant]
fideles in eccleſia ad ſuam ſectam[& quærant à deo]qa nihil niſi deo iubẽte, vel permit- Iohan.15
tente facere poſſunt[eſcam ſibi]id eſt,quos ſibi incorporent.Iſti ſic rapere conantur,ſed Mar.16 Iſa.40
reſtringetur malitia eorũ,quia [Ortus eſt ſol ] id eſt,Chriſtus reſurrexit à mortuis[&]
ſic[congregati ſunt]fideles in vnitatem fidei[& in cubilibus ſuis collocabuntur] id eſt,
præuaricatores redibunt ad cor,& nõ amplius huc illucq; per vanas cogitationes diſcur
rentes.[Exibit homo]qui prius erat occultus[ad opus ſuum] bonum oſtendendum,vt
luceat coram hominibus ad gloriam dei patris [ & ad operationem ſuam ] id eſt,bene Matth.5
operari non ceſſabit[vſq; ad veſperam]id eſt,vſq; ad finem vitæ , poſtea enim habebit Apoc.14.
requiem à labore. [ Quàm magnificata ſunt opera tua domine ] à ſapientibus & ſeruis
tuis,& merito,quoniam[omnia]ſcilicet opera tua[in ſapiẽtia feciſti]licet ſtulta videan- 1.Cor.1
tur inſipientibus[impleta eſt terra].i.eccleſia[poſſeſſione tua].i,fidelibus quos tu poſſi
des.[Hoc mare magnũ]id eſt,mundus plenus peccatoribus[& ſpatioſum].i.longe late Aĩalia varia huius mũdi deſcribũtur.
que diffuſum[manibus]id eſt,operibus diuerſis [illic reptilia].i.vitia latẽter ſubrepẽtia
[quorum non eſt numerus].i.ſine numero,qa nemo nouit quot vitijs ſeducũtur hoĩes.
Illic & [Animalia puſilla cũ magnis].i.motus beſtiales magni & parui [illic naues] id
eſt,eccleſiæ circumactæ fluctibus tentationũ[pertrãſibunt]nõ immergẽtur.Ibi & [Dra
co iſte].i.tortuoſus ſerpẽs, q deuorat immiſericorditer,quos ſibi attrahit fraudulenter, Apoc.12.
[quem for-

Iacob.1

[quem formaſti]id eſt,feciſti in flagellum[ad illudendum ei] id eſt, vt ei illudatur à victoribus tentationum,quia hoc ſecutum eſt,nam putat nocere ſanctis,& eis prodeſt, & C in hoc ei illuditur[omnia] creata [à te expectant]quia non eſt alius, à quo ſit expectandum quicquã [vt des illis eſcam]id eſt,vnicuiq; quod ſibi competit [in tempore] ſuæ creationis,vel renouatiõis.[Dante te illis]quod naturaliter & ſecundũ gratiam cupiũt [colligent]dona naturalia vel gratuita[aperiente te manum tuam]id eſt, tuæ plenitudinis munificentiã[omnia] quæ implenda ſunt[implebũtur bonitate] ſpiritualium gratiarum.[Auertente autem te faciem]id eſt,ſubtrahente beneficium tuæ gratię[turbabũtur]timore horribili de pœna imminente[auferes ſpiritũ eorum , & deficient]à virtute & bono opere[& in puluerem ſuum reuertentur]id eſt,ita inſtabiles & leues erunt ad omnem ventum tentationis,ſicut fuerunt ante gratiam acceptam.Sed tunc [ Emitte ſpiritum tuum]in corda eorum per internam inſpirationem[& creabuntur]id eſt, iterum recreabuntur donis ſpiritus ſancti et virtutibus[&]ſic[renouabis]per gratiam infuſam [faciem terræ]id eſt,ſtabilitatem mentis.[Sit gloria domini in ſeculum ] id eſt,ſemper glorificetur in operibus ſuis,& ſic[lætabitur dominus in operibus ſuis]glorificatus , & tunc placebunt domino hi,qui ſunt creati per eum in nouitate vitæ.[Qui reſpicit terrã] id eſt,terrenorum amatores [& facit eam tremere] id eſt,de peccati conſcientia timere [qui tangit]interna inſpiratione[montes]id eſt,ſuperbos[& fumigant] id eſt, fundent lachrymoſam orationem.[Cantabo domino]id eſt,læto animo gratias ei referam [in vita mea]id eſt,per totam vitam meam,non ad horam [pſallam deo meo] id eſt, bene operabor ad honorem dei mei[quàmdiu ſum]in vita præſenti.Et ideo [ Iucundum ſit ei eloquium meum]id eſt,iucunda & accepta ſit ei mea gratiarum actio[ego vero delectabor in domino] ſi in eloquio laudis meę ego ipſe delectauero eũ.[Deficiant peccatores à terra]id eſt,à terrenis operibus,vt inualeſcant in cœleſtibus[& iniqui] qui præponunt creaturam creatori [ita vt non ſint] quod fuerunt,& ex hoc & alijs [benedic anima mea domino.

Gratia ſpũſſancti renouamur. Col.3

## Pſalmi CIIII. Enarratio.

D

C[Onfitemini domino]id eſt,laudate dominum [& inuocate nomen eius ] ſcilicet Ieſum,vos ei ſeruos non ficte,ſed vere exhibentes[annũciate]id eſt,prædicate [inter gentes]peccantes voluntarie[opera eius]quæ fecit pro reparatione humana. [Cantate ei]verbo,quia ore cantatur [& pſallite ei] id eſt,opere laudate eum, quia manibus pſallitur[narrate omnia mirabilia eius]quia omnia quæ dicitis de eo,mirabilia[laudamini in nomine ſancto eius]id eſt,ſic viuite,vt vita veſtra nomini eius conſentiens, laudem eius mereatur.[Lætetur cor quærentium dominum]non aliud, id eſt, ſeruite ei amore,non timore[quærite dominum]perfecto corde[& confirmamini]ſic quærendo [quærite faciem]id eſt,notitiam dilectionis eius,qua cognoſcitur[ſemper]id eſt,inceſſanter.Et vt hæc faciatis [ Mementote mirabilium eius quæ fecit]in hoc mundo pro ſalute hominum,& cogitate[prodigia eius] id eſt, ſigna procul dicentia aliquid aliud futurum[& iudicia oris eius]id eſt,quę figuratiuis locutionibus facięda indicauit.Et hoc facite,o [ Semen Abraham]id eſt,ſequaces in fide & virtute Abrahæ [ſerui eius] id eſt, illi ſeruiẽtes amore propter ſeipſum,& vos[filij Iacob]id eſt,imitatores Iacob in ſupplãtatione vitiorum[electi eius]id eſt,quem ipſe deus elegit,nam[Ipſe ]Ieſus[eſt dominus deus noſter]qui nos creauit[in vniuerſa terra]ſunt[iudicia eius]de quibuſdam eligendis,& de quibuſdam reprobandis.[Memor fuit in ſeculum]id eſt, vſq; ad tempus gratiæ[teſtamenti ſui]id eſt,promiſſionis factę,& memor fuit[verbi]ſcilicet abbreuiati,ſcilicet charitatis[quod mãdauit]per manſurũ[in mille generationes]id eſt,in omẽs vſq; ad finẽ mundi.[Quod]id eſt,quam promiſſionem[diſpoſuit]id eſt,promiſit[ad Abraham]dicens:In ſemine tuo benedicentur omnes gentes[&]memor fuit[iuramenti ſui] ad implendum illud, quod iurauit[ad Iſaac]de genere humano redimendo.[Et ſtatuit illud]id eſt,fidem operantem per dilectionem[Iacob]id eſt, luctantibus contra peccata[in præceptum]per cuius obedientiam ſaluaretur[& Iſrael ] id eſt, viris contemplatiuis,qui deum clarius vident[in teſtamentum æternum]id eſt,in confirmationem æternæ hæreditatis,ſcilicet in futuro habendę.[Dicens]loquendo per ſubiectam creaturam vel inſpirando[tibi dabo terrã Chanaam]id eſt,eiectis vitijs,faciam te poſſidere mentẽ tuam in pacientia,dominantem motibus illicitis,& dabo tibi [funiculum]id eſt , limi-

Cãtatur ore pſallitur manibus.

Abrahã Iacob. Roma.9

Iſa.10 Roma.9

Gene.22 Gala.5





A tem ſecundum dona gratiæ[hæreditatis veſtræ]id eſt, per quæ veniatis ad hæreditatem veſtram in cœlis, & eam cognoſcatis ibi ſtantes in gradu veſtro:hoc promiſit, [ Cum eſſent in numero breui]id eſt,quando breuis fuit numerus bonorum [ pauciſſimi & incolæ eius]id eſt,pauciſſimi cultores animarum ſuarum.[Et pertranſierunt ] bellantes contra peccata mortalia[de gente]vitiorum [ad gentem]virtutum,ſubiugando malos motus & adquirendo bona opera [& de regno] diaboli [ad populum alterum] id eſt, ad conſortium bonorum.[Non reliquit]in mentibus eorum [hominem nocere eis ] id eſt,peccatum quod poteſt eis nocere,nam omĩa extinguit[& corripuit]id eſt, redarguit [pro eis reges]id eſt,principes mundi ipſis iniuriantes,dicens [Nolite tangere]id eſt,nocere in corpore vel in anima [chriſtos meos]id eſt,ſanctos meos,quos vnxi oleo ſpiritus mei[& in prophetis meis]qui futura per me prædicunt,vel ſacras ſcripturas exponunt [nolite malignari]id eſt, maligni apparere,ſed magis benigni,qa poſſunt adiuuare vos.[Et]quia non obedierunt mãdato domini[vocauit]quaſi miniſtrum qui ſe iratum oſtendat [famẽ] verbi dei[& omne firmamentum panis]id eſt, panem confirmãtem cor hominis [contriuit]id eſt, annihilauit,vt dum doctorem veritatis non obtinẽt, omnes in ſuis prauitatibus ad tempus errent.[Miſit]id eſt,mitti permiſit [ ante eos] ad exemplum eorum,vt malum mali ſequantur [virum ] qui prius apparuit virtuoſus [in ſeruum]peccati[venundatus eſt Ioſeph]qui videbatur creſcere in virtutibus.[Humiliauerunt] id eſt,afflixerunt ſcilicet Aegyptij[in compedibus]id eſt, in vinculis peccatorũ [pedes eius]id eſt,affectus[ferrum pertranſijt animam eius]id eſt,dura neceſſitas, qua impotens erat reſiſtere malo [donec veniret]ad Chriſtum[verbum eius]id eſt,verbum doloris eius de peccato ſuo.Et ſic [ Eloquium domini]id ſacra ſcriptura [inflammauit eum]id eſt,fecit eum inardeſcere amore dei[&]tunc[miſit rex]id eſt,deus[& ſoluit eũ] à laqueis iniquitatũ,quos miſit[principes populorũ]id eſt, ſacerdotes qui ligant & ſoluunt[& dimiſit eum] à ſeruitute peccati,vt libere ſeruiret iuſtitiæ.[Conſtituit eum dñm domus ſuæ]id eſt,eccleſiæ rectorem fecit illum [& principem omnis poſſeſſionis ſuæ]id eſt,vt principaret fidelibus,qui ſunt poſſeſſio eius.Ad quid?[Vt erudiret principes eius]

Matt.22.

2.Reg.1 1.Par.16

Amos.8

Doctores veritatis, deus aliquando ſubtrahit

Matt.16.

Iohã.21

B docentes eos cautos eſſe de futura miſeria cauenda[ſicut ſemetipſum]id eſt,ſicut ipſe de hoc à deo eſt eruditus [& ſenes eius prudentiam doceret]quomodo prouiderent ſibi,ne in tormentis perirent.[Et intrauit]corporaliter mente tendens ad cœlum[Iſrael]id eſt, concio contemplatiuorum [ in Aegyptum] ad habitandum inter mundanos propter corpus ſuſtẽtandum [Iacob] id eſt,luctans contra peccata[accola]id eſt,inquilinus,hic non habens ciuitatem,ſed futuram inquirens,fuit[in terra Cham]id eſt,inter amatores mundi.[Et]quàmuis ſic habitarent,tamen deus[auxit populum ſuum vehementer ] id eſt,virtute vehente mentem ad ſuperna[& firmauit eum]fide et charitate,vt eſſet[ſuper inimicos eius]id eſt,vt ſuperior eſſet apud deum, & ſi inferior ad tempus videatur.Et ad augmentum meritorum.[Cõuertit cor eorum]ſcilicet inimicorum[vt odirent populũ eius]nõ malum ſuggeſſit,ſed bonæ famæ electorum reprobos inuidere permiſit[&]ſic [dolum facerent in ſeruos eius]præſentibus adulando , abſentibus detrahendo.[ Miſit Moſen]id eſt,ordinem bonorum prælatorum, qui ſunt aſſumpti de aquis cupiditatum huius mundi[ſeruum ſuum]ſeruientẽ ſibi amore iuſtitiæ,non timore pœnæ[& ipſum Aaron]id eſt,egregios ſacerdotes,qui ſunt eminentes in ſapientia,& fortes in bona vita [quem elegit]ad miniſtrandum ei. Vnde apoſtolus: Nemo ſibi aſſumat honorem , ſed qui vocatur à deo,tanquam Aaron,hos mittens ad prædicandum. [Poſuit in eis verba ſignorum ſuorum]id eſt,mandata,in quibus cuſtodiẽtibus ea multa ſigna oſtendit [& prodigiorum ſuorum]id eſt,maiorum mirabilium [in terra Cham]id eſt, quæ fiebant in hoc mundo coram oculis peccatorũ,vt vel ſic conuerterentur,ſed in nolentibus conuerti.[Miſit tenebras]id eſt,cæcitatem mentis in mundanos[& eos]reprobos [obſcurauit]non electos,quia in eis lux gratiæ refulſit[non exacerbauit ſermones ſuos]id eſt, acerbos non reddidit, ſed compleuit & miraculis confirmauit. [ Conuertit aquas eorum]ſcilicet mundanorum[in ſanguinem] id eſt, ſpiritualem delectationem in carnalem mutauit[&]ſic[occidit piſces eorum]id eſt,fidem quæ ſine bono opere eſt mortua: ſicut piſcis ſine aqua.[Et dedit terra eorum ranas]id eſt,terrenum cor eorum vanam,et luteam protulit loquacitatem[in penetrabilibus regum ipſorum]vt ipſa vanitas etiã rectores penetraret.[Dixit & venit cynomia]id eſt,mus caninus, qui nec parentibus nec

Heb.11

Mali exercitio ſunt bonis.

Heb.5

Iſa.6

Iacob.2 Exod.7

prælatis obediunt[& cinifes]id eſt,detractiones quibus alios rodunt[in omnibus fini- C
bus eorum]eos inuoluentes nō in vna parte ſolum.[Poſuit pluuias eorum grandinē]
id eſt,doctrinam,qua anima eorum in bono proficeret,poſuit errorem,qui eos contun
dendo cruciaret[ignem conburentem in terra eorum]id eſt, luxuriam omnes inflam-
mantem.[percuſſit vineas eorum]id eſt,nobiliores tempeſtate vitiorum occidit [& fi-
culnea eorum]id eſt qui ſuauiorem fructum afferre videbātur [lignum finium eorum
Exodi.10 contriuit]id eſt,duram impœnitentiam principum detruſit in infernum.[Dixit] id eſt,
non contradixit[& venit locuſta]id eſt,vana gloria [& brucus] id eſt, vētris ingluuies
[cuius non erat numerus]quia non poſſunt à nobis numerari,quot homines iſta duo
ſubdunt ſibi.[Et comedit]ſcilicet hoc vitium[omne fœnum terræ eorum]id eſt,omne
pabulum animæ,& comedit [omnem fructum terræ eorum]id eſt,& opus bonum[de-
Exod.12. ſtruxit.]Et[ percuſſit omne primogenitum in terra eorum]id eſt iuſtitiam,quæ eſt cla-
riſſima virtus,crudelis iniquitas deiecit[primitias omnis laboris eorum]id eſt,gratiam
ſpiritus ſancti,pro qua primitus eſt laborandū.[Et eduxit eos]ſcilicet electos de hoc
mundo[cum argento & auro]id eſt,cum bono opere & fulgore contemplationis diui-
næ[& non erat in tribubus eorum infirmus]quia omnes iuſti per gratiam dei ſanantur
[Lætata eſt Aegyptus in profectione eorum]id eſt, amator mundi gaudet de receſſu
2.Corin.6 amatoris cœli,quæ enim eſt conuentio Chriſti ad Belial?[quia incubuit timor eorum
Exod.13. ſuper eos]id eſt,quia odiunt repræhendi ab eis de malefactis ſuis. [ Expandit nubem]
id eſt,dulce refrigerium ſupernæ conſolationis præſtitit eis[in protectiōem eorum ] ab
æſtu tribulationis[& ignem]diuini amoris[vt luceret eis]id eſt,fulgeret in mētibus eo
rum[per noctem]horrendā,id eſt,morte,quando mali horribiliter turbantur. Sed pri-
Exod.16. us.[Petierunt]paſtum animæ ſuæ[& venit coturnix]id eſt,corpus Chriſti acceperunt
Iohan. 6. in cibum[pane cœli]id eſt,dulcedine cœleſti[ſaturauit eos]id eſt,mentes eorum.[Diru
Num.20. pit petrā].i.Chriſtū ad mortē cruciari permiſit[&] ſic[fluxerūt aquę]gratiarū[abierūt
Petra Chriſtus. in ſicco flumina]ſpiritualia ad irrigationem cordium aridorum. Et hæc impēdit eis.
Gene. 22. [Quoniam memor fuit verbi ſancti ſui]id eſt,promiſſionis inuiolabilis[ quod habuit
ad Abraham puerum ſuum]id eſt,quod in Abraham & ſemine eius diſpoſuit implen-
dum.[Et eduxit populum ſuum]de tenebris huius mūdi[in exultatione] exteriori [& D
Ioſ.3. electos ſuos in lætitia]interiori.[Et dedit illis]eductis de corpore mortali[regiones gen
Iſai.14. tium]id eſt,ſedes cœlicas,à quibus dęmones expulſi ſunt[& labores populorum]id eſt
requiem æternam,quam angeli apoſtatantes in ocio amiſerunt,electi homines per la-
borem [poſſederunt]ſed quo labore?[Vt cuſtodiant iuſtificationes eius ] id eſt, præce-
pta iuſtificantia[& legem eius]id eſt ſpiritualem intellectum in litera requirant.

### ¶ Pſalmi CV. Enarratio.

COnfitemini domino]peccata veſtra:vere enim pœnitere deū laudare eſt[quoni-
Iudith.13 am bonus]cōfitentibus[quoniam in ſeculum miſericordia eius]id eſt,quàm diu
Iohan. 9. hoc ſeculum durat,poteſtis confitētes miſericordiam eius inuenire.[Quis loquetur po
tentias dñi?]id eſt,ſufficiet narrare omnia quæ dominus potenter fecit,aut quis [audi-
tas faciet]proxmis[omnes laudes eius]id eſt,omnia in quibus eſt laudādus. Et hęc nō
poſſumus plene,tamen[Beati qui cuſtodiunt iudicium]id eſt,iudicant ſeipſos accuſan
do[& faciunt iuſtitiam]deum de bonis & donis ſuis laudando[in omni tempore] pro-
1.Ti.2. ſperitatis & aduerſitatis.Et vt hoc modo beati ſimus.[Memento noſtri domine] pater
Matt, 17. [in beneplacito populi tui]id eſt in mediatore,qui tibi beneplacuit,& propter quem po
pulus tibi placebit[viſita nos in ſalutari tuo]id eſt,in Chriſto per eum nos tibi reconcili
ando.Quo fructu?[Ad videndum in bonitate electorum tuorum] id eſt, vt videamus
nos eſſe in ea gratia virtutum,in qua ſunt electi tui[ad lætandum]id eſt,vt lætemur [ in
lætitia gentis tuæ]id eſt,in ea ſpe,in qua ſolummodo gens tua lætatur [vt lauderis cum
hęreditate tua]id eſt,inde laudabilis eſt hęreditas tua,ꝙ te laudabit ſine fine.Nos autem
vt hæreditas tua efficiamur,humiliter confitemur.[Peccauimus cum patribus noſtris]
in cœlum & coram te [iniuſte egimus]erga proximum[iniquitatem fecimus ] defen-
Iudith.7. dendo peccata noſtra.Nam[Patres noſtri iu Aegypto]id eſt in amore huius mundi cō
uerſati[non intellexerunt mirabilia tua ] quæ oſtendiſti propter illorum ſaluationem
non fuerunt memores multitudinis miſericordiæ tuæ,qua genus humanum reperare
voluiſti.Recitantur hæc peccata patrum,vt erubeſcant nequam filij,à quibus nō receſſe
runt.[Et



runt.[Et irritauerunt]ſcilicet increduli[aſcendentes in mari]id eſt, ſuſcipientes perfe
A ctam pœnitentiā.Vnde dicitur, magna velut mare contritio tua[mari rubro] id eſt,in Thre.2.
fide paſſionis Chriſti[&]tamen[ſaluauit eos]pœnitentes[propter nomen ſuum]glori
ficandum,non propter meritum illorum[vt notam faciant potētiam ſuam] qua potēs
eſt quantumcunq; peccatori,& pœnitēti,omnia dimittere peccata. [Et increpauit] vel Miſericordia dei magna.
increpuit [ mare rubrum]id eſt,aſperitatem amaram pœnitentiæ reſtrinxit,poſtquam
perfecte pœnituerunt[& exiccatum eſt]ab humore doloroſo, propter ſuauitatem con
ſcientiæ,quia ſecura mens quaſi iugū conuiuium[& deduxit eos in abyſſis ] id eſt, per Prou. 15.
ſcrutabili dulcedine ęterni amoris ſicut[in deſerto]id eſt,ſicut poſſibile eſt,hoīem dedu
ci in hoc mundo viuentem.[Et ſaluauit eos de manu odientium]id eſt,de poteſtate dæ
monum[& redemit eos]ſcilicet qui eum ſic diligūt,ꝙ propter eum omne malum relin
quunt[de manu inimici,]ne diabolus aliquid in eis inueniret.[Et operuit] id eſt, dele- Exod.14.
uit[aqua]perfectę contritionis[tribulantes eos]id eſt,vitia,quæ maxime homines tri-
bulant,& pro quibus tribulantur[vnus ex eis non remanſit]id eſt,nec vnum peccatum
poſt perfectam pœnitentiam remanet ad puniendum. [ Et crediderunt verbis eius ] id
eſt,promiſſis[& laudauerunt laudem eius]id eſt,liberationem ſuam laudabiliter factā,
ſed tamen vt pro aliquibus recidiuantibus loquar.[Cito defecerunt]id eſt,breui tempo
re in laude dei ſteterunt,quia per ſucceſſiones temporum receditur à timore[obliti ſunt
operum eius]id eſt,prærteritorum beneficiorum[& non ſuſtinuerunt]id eſt,non expe-
ctauerūt[cōſilium eius]quo eos decreuerat plene liberare,ſi perſtitiſſent in bono propo
ſito.Multi enim quia non cito quando ipſi velint,reuelatur eis gaudium amoris,recidi-
uant & peiores fiunt.Et ſic illecti illecebris & delectabili ſpecie mundi.[Concupierunt
concupiſcentiam]id eſt,rem concupiſcibilem,vt libidinem cum mulieribus & ſaturi-
tatem ventris[& hoc in deſerto]id eſt,dum deberent eſſe quaſi abiecti à mundo, per cō
temptum eius,ſicut deſertum ab hominibus eſt derelictum [ & tentauerunt deum ] id
eſt,cum dolo petierunt cibum animæ,cum magis concupiſcerent delectationem carna Exod.17.
lem:hac tentatione dei fere omnes homines decipiuntur[in inaquoſo]id eſt,in via ari- Num.11.
da ſine humore gratiæ cœleſtis.[Et dedit eis petitionem ipſorum]id eſt,nō negauit eis, Lucæ.11.
B quod petebant[& miſit ſaturitatem in animas eorum]id eſt,permiſit eos ire in peſſima Proſperitas mundi malū
deſideria animarum ſuarum,vt ſe ſaturarent voluptatibus mundi, quod eſt infallibile ſignum
ſignum reprobationis, quando deus non caſtigat hominem volentem peccare. [Et] in homine.
tūc [irritauerunt]id eſt,ad irā prouocauerunt[Moſen in caſtris]id eſt,Chriſtū reſiden
tem in cœlis[& Aaron]id eſt bonos prælatos[ſanctū domini]id eſt,à domino ſanctifi-
catos.[Aperta eſt terra] malignantium ſcilicet infernus[& deglutiuit Dathan ]id eſt, Ezech.16 Exod.16.
obſtinatos in malo[& operuit]ſcz infernus ſuper congregatiōem ſchiſmaticā [Aby-
ron] id eſt,murmurantes contra dñm & impatiētes contra prelatos.[Et exarſit ignis]
cupiditatis & diſſenſiōis[in Synagoga]id eſt,in congregatione malorum.Nunc enim
mali Chriſtiani ſpiritualiter faciunt,quod tunc perfidi Iudæi corporaliter fecerunt [flā
ma]vindictę[combuſſit peccatores]id eſt,inuoluit omnes in peccato ſuo moriētes.[Et Exod. 32.
fecerunt vitulum]conflatilē[in Oreb]id eſt,in ſiccitate,id eſt,vanitate,& pompam mū Vitulum carnis amatores erigunt.
di ſibi proponunt ad amandum,quam igne concupiſcentiæ carnalis conflant [ & ] ſic
[adorauerunt ſculptile]id eſt,imaginē terrenę voluptatis,quam ipſi ſibi fingunt & crea
tori ſuo anteponunt.[Et mutauerunt gloriam ſuam]id eſt,cultum veri dei, qui eſt glo
ria omnibus colentibus eum in virtute[in ſimilitudinem vituli comedentis fœnum]id
eſt,vt fierent ſimiles indomitis,& laſciuis q nō niſi beſtiales delectatiōes habēt.Ecce mi
ſerabilis mutatio,& quanta miſeria inde ſequatur,attende.[Obliti ſunt deum]id eſt,iu
dicia dei non aduertunt[qui ſaluauit eos]quando perire incœperunt fluctibus iſtius ſe
culi[qui fecit magnalia in Aegypto]id eſt,magna laude digna,vbi excęcauit reprobos, Roma.9.
& illuminauit electos[mirabilia in terra Cham]mirabiliter ordinans perſecutiōes per
uerſorum ad ſpirituale commodū iuſtorum[terribilia in mari rubro]vbi ſerui dei per-
tranſeunt & ſerui diaboli ſubmerguntur,ſic ianua ad vitam mors iuſtis eſt,iniuſtis ve- Mors iuſtis eſt ianua vitæ malis vero mortis æternæ.
ro ad mortem æternam introitus eſt.[Et dixit]deus[vt diſperderet eos]qui faciunt vi-
tulum à conſortio bonorum [ſi non Moſes]id eſt,communio ſanctorum ſolum deum
adorantium[electus eius]ad hoc electorum[ſtetiſſet]id eſt,perſeueraſſet[in cōfractio
ne]id eſt,in contritione cordis gemens & orans pro populo [ in conſpectu eius]id eſt,

non hominibus,ſed ſoli deo placere cupiens,ad hoc autem ſtetit. [ Vt auarteret iram C
eius ] ab eis,quamꝰ [ ne diſperderet eos ] id eſt , penitus deleret demergẽs in infernum
[ & ] vt placaret eum ab indignatione ſua erga eos , quia [ pro nihilo habuerunt ter-
ram deſiderabilem ] id eſt,terram viuentium peruipendunt,& terræ morientium toto
Iſai.64. poſſe adhærent. Et [ Non crediderunt verbo eius ] quo promittit ſe daturum terram
deſiderabilem diligentibus ſe [ & murmurauerunt in tabernaculis ſuis]quando affligũ
tur [ & non exaudierunt vocem domini]vt reſipiſcerent à crimine, & ceſſarent à mur-
muratione. [Et] ideo [eleuauit manum ſuam ]comminantem [ ſuper eos ] propter
ſcelus illorum quæ eſt comminatioꝰ[ vt proſterneret] id eſt,occideret [eos in deſerto ]
Num.14. ita vt non perueniant ad terram deſiderabilem,id eſt, paradiſum. [ Et vt deijceret ſe-
Paradi- men eorum in nationibus] id eſt,ſequaces eorum puniret cum paganis [ & diſperderet
ſus terra eos in regionibus]id eſt,vagos eos permitteret eſſe ſub dominio dæmonum. [Et] me
deſidera- rito hæc contingent illis,quia[initiati ſunt Belfegor]id eſt,ſeruire & ſacrificare incœpe
bilis. runt Satanę,qui eſt rex ſuper omnes filios ſuperbię[&comederunt ſacrificia mortuorũ]
Iob.41. id eſt,ſe ſolummodo delectabant in operibus mortalibus,quæ ſunt ſacrificia dæmoni-
bus. [Et irritauerunt eum in adinuentionibus ſuis ]id eſt,in vanis & voluptuoſis luſi-
bus, quos ſibi adinueniunt. Ecce quot mala perpetrant falſi Chriſtiani,& tamen dicunt
ſe ſecuros,ſed certi ſint ꝙ non,nam ſequitur[& multiplicata eſt in eis ruina] ſcilicet a-
Num.25. nimarum occiſarum morte æterna. [Et]quamuis ita ſit apud illos,tamen[ſtetit ] ſine
Ephe.6. lapſu mortifero[Phinees]id eſt,ordo ſanctorum exhortatorum [ & placauit ] deum vl
ciſcendo facinora per arma ſpiritualia ,ſcilcet, prædicando,hortando,& reprȩhendẽdo,
ac orando[& ceſſauit quaſſatio]quia per prædicationem & exemplum bonorum , pec-
catores ſolent conuerti,& tunc ceſſat quaſſatio animarum. [Et reputatum eſt ei ad iu-
Matth.5 ſtitiam]id eſt,ex hoc iuſti ſunt,ꝙ in ſe zelo dei ardent,& exterius verbo & exemplo lu-
cent[in generatione]pręſente[& generationem]ſubſequentem[vſqꝫ in ſempiternum]
quia ſine fine propter ſuam iuſtitiam placabiles erunt deo.Iſti ardent & lucent,non ta-
Iohan.5 men omnes conuertunt.Nam [Et]poſt prædicationem ſanctorum[irritauerunt eum
Num.20. ad aquas contradictionis]bonum conſilium deſerendo & malum ſequendo [ & vexa- D
tus eſt Moſes]id eſt,Chriſtus legiſlator [propter illos]id eſt,propter peccata illorum
[quia exacerbauerunt ſpiritum eius ] id eſt, ſpiritum ſanctum in quantum in ſe eſt,ſibi
Epheſ.4 acerbum reddunt,impugnantes veritatem . [ Et] Chriſtus [diſtinxit in labijs ſuis]
id eſt, loquẽdo manifeſtam faciet diſtinctionem inter bonos & malos [& non diſperdi-
derunt] Chriſtus & imitatores eius de Aegypto [ gentes quas dixit dominus illis ] id
1.Tim.2. eſt, de quibus voluntas dei fuit vt ſaluarentur,non vt perderentur. [Et] cæteri diſper-
ſi[commixti ſunt inter gentes]id eſt,delectabili ſpeciei ſe coniungunt,cœleſtia contem
nentes [&] ſic [ didicerunt opera eorum ] id eſt,adulteria , & fornicationes, cum ſuper-
Ephe.5 bia commiſerunt [ & ſeruierunt ſculptilibus eorum ] id eſt , auaritiæ , quæ eſt idolo-
rum ſeruitus [ & factum eſt illis in ſcandalum ] id eſt, vt alios ſcandalizent. [ Et im-
molauerunt filios ſuos ] id eſt, opera ſua [ & filias ſuas ] id eſt, cogitationes ſuas [ dæ-
monijs] id eſt, ad ludibria dæmoniorum. [ Et effuderunt ſanguinem innocentem]
id eſt,innoxium laborem per malam intentionem effundunt [ ſanguinem filiorum
Mat.6,23 ſuorum & filiarum ſuarum]id eſt,operum & affectionum[quos ſacrificauerunt ſculpti
libus Chanaan] id eſt,vanæ gloriæ iſtius mundi.[ Et interfecta eſt terra] id eſt, homo
[in ſanguinibus]id eſt,in peccatis[& contaminata eſt in operibus eorum]propter ma-
lum exemplum[& fornicati ſunt]cum dęmonibus,relinquendo verum ſponſum Chri
ſtum[in adinuentionibus ſuis]id eſt,in vanitatibus,quas ſibi adinuenerunt. Et propter
hæc & alia [iratus eſt furore domini ] id eſt, pœna interminabili ſe vindicat [ in ple-
bem ſuam]id eſt,in his,qui deberent eſſe plebs ſua [ & abominatus eſt hæreditatem ſu-
am ]. i. populum immunditia & iniquitate plenum à ſe eiecit.[Et tradidit eos in manus
Matth.25 gentium ] id eſt, gentiliter viuentium , ad affligendum eos [ & dominati ſunt eo-
rum ] ſcilicet dæmones [ qui oderunt eos ] vt cum eis perpetuo crucientur. [ Et tri-
bulauerunt eos ] ad diuerſa vitia impellendo [ inimici eorum ] ſpirituales & corpo-
rales [ & humiliati ſunt ] id eſt , afflicti [ de manibus eorum ] id eſt, de poteſtate [ſæ-
pe liberauit eos ] quàmuis indigni eſſent , quia [ Ipſi autem exacerbauerunt eum ]
id eſt, acerbum eis fecerunt [ in conſilio ſuo ] in quo prauitati conſentiunt [ & ] ideo
humiliati



A [humiliati ſunt in iniquitatibus ſuis]id eſt,cum ſe iniquos fuiſſe cognoſcerent. [Et vi-
dit,cum tribularentur]intollerabilibus miſerijs[& audiuit orationem eorum]adiuuãs
eos & eripiens a malis.[Et memor fuit teſtamenti ſui]noui,in quo promittit æternam Matt.19.
hęreditatem diligentibus ſe,ipſo teſte,&[pœnituit eum ſecundum multitudinem miſe-
ricordiæ ſuæ]id eſt,miſeriam mutauit in miſericordiam.[Et dedit eos] reuertentes ad
ſe [in miſericordias]id eſt,miſericorditer eos liberauit.Sicut multæ ſunt miſeriæ,ſic di
ci poſſunt miſericordiæ,quæ liberant hominem à miſerijs [ in conſpectu omnium qui
ceperant eos]vt ab illis amplius non vexarẽtur.[Saluos fac nos domine deus noſter ] à
peccato & à pœna peccati[& congrega nos de nationibus ] quæ te amare nolunt. [ Vt
confiteamur nomini tuo ſancto]id eſt, vt laudemus nomen tuum , per quod ſancti ſu-
mus[&] ſic[gloriemur]æternaliter[in laude tua]id eſt,in hoc ꝙ tu es laus noſtra, dicen
tes.[Benedictus]id eſt,bonus eſt dictus[dominus deus Iſrael]id eſt , populi Chriſtiani
à ſeculo præcedente[& vſqꝫ in ſeculum]ſuccedens[& dicet omnis populus:fiat fiat] id
eſt,omnis creatura aggaudeat laudi conditoris.

## ¶Pſalmi CVI. Enarratio.

C Onfitemini domino]ore & opere[quoniam bonus]id eſt, ſuauis eſt ad guſtan- Pſalm.38
dum,his qui perfecte eum confitentur[quoniam in ſeculum miſericordia eius]
permanebit.[Dicat]confeſſionem laudis[qui redempti ſunt à domino ] ſanguine ſuo,
nam[quos redemit de manu inimici]id eſt,de poteſtate diaboli[de regionibus]diuerſa
rum ſectarum[congregauit eos]ad vnitatem fidei.[A ſolis ortu]id eſt,fulgore tempo-
ralis proſperitatis[& occaſu]id eſt,à nocte aduerſitatis[ab aquilone ] .i. à frigore inſi-
delitatis[& mari]id eſt ab amaritudine libidinis & iniquitatis , hi prius. [ Errauerunt Hebr.13,
in ſolitudine]id eſt,quãdo ſoli erãt ſine deo[in inaquoſo]id eſt,in mentis ariditate gra Gala.4
tia carentis,propter quod[viam]regiam[ciuitatis habitaculi]per quam irent ad ſuper-
nam Ieruſalem[non inuenerunt]errantes,quia à ſolis recte euntibus inuenitur.[Eſuri Deus in
entes & ſitientes]id eſt,beatitudinem in temporalibus bonis quærebant,in quibus nun temporalibus bonis non inuenitur.
quam inuenitur,& ideo[anima eorum in ipſis]ſic deſiderantibus[defecit]prę tędio,ſci
B ens ſe non poſſe conſequi quod optat.[Et tunc clamauerunt ad dominum ]verum do-
ctorem[cum tribularentur]id eſt,cum errore ignorantiæ tentarentur[ & de neceſſita- Amos.8.
tibus eorum]id eſt,de pænuria panis interni,quod eſt verbũ dei[eripuit eos]quaſi qua- Deute.8.
dam violentia.[Et deduxit eos]ab errore[in viam rectam]quæ eſt charitas[vt] per eã Matt.4.
[irent in ciuitatem]cœleſtis [habitationis] quæ eſt habitatio recte viuentium . Igitur Charitas via regni
[Confiteantur domino miſericordiæ eius]id eſt,pariant confeſſionem laudis effectus
miſericordiæ dei[& mirabilia eius]exhibita & oſtenſa[filijs hominum]idem faciant.
[Quia ſatiauit animam inanem]id eſt,vacuam à dulcedine diuina[& animam eſurien
tem]panem qui de cœlo deſcendit[ſatiauit bonis gratuitis & internis.[Sedentes in te- Iohan.6.
nebris]id eſt,quieſcentes in peccatis[& vmbra mortis]id eſt,in ignorantia,quæ ſequi- Lucæ.1,
tur multos ad mortem æternam[vinctos in mendicitate]id eſt , in mala conſuetudine,
non conantes ad correctionem[& ferro]id eſt,in difficultate rumpendi vincula pecca-
torum ſuorum.Et merito hęc patiuntur.[Quia exacerbauerunt eloquia domini]id eſt Iohan.6.
acerba & importabilia dixerunt dei præcepta[& conſilium altiſſimi ] quod relinquere Matt.19.
mundum conſulit[irritauerunt]id eſt,euacuauerunt & vacuum & irriſorium putaue-
runt.[Et]ideo[humiliatum eſt]id eſt,afflictum[in laboribus]id eſt,in anguſtijs & mi-
ſerijs pœnæ & culpæ[cor eorum]impotens effectum ad bonum exequendum[& infir
mati ſunt] vt ſuam malam conſuetudinem abijcere non valerent[ nec fuit qui adiuua-
ret].i.nec ſcientia,nec potentia affuit eis.[Et tunc clamauerunt ad dominum ]qui ſo-
lus ſcit & poteſt[cum tribularentur]id eſt,cum tantis miſerijs vexarentur[& de neceſſi Conſuetudo praua neceſſitas vocatur.
tatibus eorum]id eſt, de difficultate , & mala conſuetudine quæ neceſſitates dicuntur,
quia ea peccatores vitare non poſſunt,niſi miſericordia dei[liberauit eos]ſua bonitate.
[Et eduxit eos de tenebris interioribus,quæ ducunt ad tenebras exteriores [ & vmbra
mortis]id eſt,de ignorantia,quæ eſt cauſa mortis,vmbroſis hominibus[vincula eorũ] Matt.22.
id eſt,malam conſuetudinem qua homo ligatur in ſeruitute diaboli [ dirupit ] vt bene
poſſent operari.[Confiteantur]ergo[domino miſericordiæ & mirabilia eius filijs ho
minum]id eſt,miſericordiæ eius laudabiles,& mirabiles hominibus exhibitę , pariant

 confeſ-

confeſſionẽ laudis.[Quia contriuit portas ęreas]id eſt,difficultatem bene agendi,& du C
Sapien. 1 ritiã cordis in malo,quę impediunt Chriſtũ intrare,deſtruxit[& vectes ferreos confre-
git]id eſt,repagula prauitatis remouit.[Et]ſic[ſuſcepit eos]ſicut medicus infirmos ad
curandum,vt liberentur[de via iniquitatis eorum]id eſt,de errore & difficultate[pro-
pter iniuſtitias enim ſuas humiliati ſunt]id eſt, in hoc humiliãtur & ſuſceptorem ha
Cognitio peccati initium eſt ſalutis bent,ꝙ iniuſtitias cognoſcunt. Cognitio enim peccati initium eſt ſalutis. Et tamen
poſt tanta beneficia,acedia tentantur,quæ viris etiam magnæ pœnitentiæ vocet quan
doq;.Nam [Omnem eſcam]ſpiritualem [abominata eſt anima eorum]id eſt,faſtidi-
Acedia etiã bonos vexat. uit[& appropinquauerunt vſq; ad portas mortis]in tantũ,vt deſperarent de ſalute ſua
more ægrotantiũ,qui nec cibum ſumere valẽt,nec retinere. [Et clamauerunt ad dñm]
medicum ſuum[cum tribularentur] acedia tentarentur[& de neceſſitatibus eorum]id
Matt. 9. eſt,de faſtidio verbi dei,& de vanis cogitatiõibus,quod inuiti patiebãtur[liberauit eos]
ſed quo ordine? [Miſit verbum ſuum] in corda eorum per internam inſpirationem
[&]ſic [ſanauit eos]dum in verbo delectarentur,& ſanando[eripuit eos de interitioni
bus eorum] id eſt,de ignorantia & faſtidio,quibus mali intereunt,& in his [Confite
antur domino miſericordiæ eius]id eſt,homines,qui miſericordias dñi ſentiunt,laudẽt
deum[& mirabilia eius opera filijs hominũ]ſint materia laudis.[Vt ſacrificẽt ſacrifici-
Eccle. 15. um laudis]id eſt,vt tales ſint,à quibus velit laudari imperpetuum,quia non eſt ſpecio-
ſa laus in ore peccatoris [& annuncient].i.prædicent[opera eius]de creatione, & repa
ratione humana [in exultatione].i.cum mẽtis iucunditate,hilares de ſpe ſalutis.[Qui]
ſcilicet veri prælati & prædicatores[deſcendunt]de ſublimitate contemplationis [ma-
re]id eſt,contemperantes ſe ſubditis,vt & ipſi ſaluentur[in nauibus].i.in fide,ſpe,& cha
ritate eccleſiæ,ſine quibus mergerentur in aquis voluptatum [facientes operationem]
id eſt, exercentes pędicationem [in aquis multis] id eſt,in multis populis, vt fiant ho-
Lucæ. 5 minum piſcatores. [Ipſi]ſcilicet doctores[viderunt]id eſt,intellexerunt[opera domi
ni]excellentius quam alij[& mirabilia eius]id eſt,iudicia admiratione digna[in pro-
fundo]id eſt,in perturbatiõe humanorũ actuum,quibus nihil profundius & imperſcru
tabilius in creaturis. [Dixit]id eſt,permiſit ſcilicet deus[& ſtetit]id eſt,durauit[ſpiri- D
tus procellæ]id eſt,motus tentationis[& exaltati ſunt fluctus eius].i.acceſſus ſunt aug-
mentati.Vnde [Aſcendunt]rectores[vſq; ad cœlos]id eſt,nunc præſumunt de ſe, &
de ſubditis tanquam ſint cœli[deſcendunt vſq; ad abyſſos] id eſt, nunc deſperant,tan-
quam ſint in profundiſſimo vitiorum:hi ſunt fluctus circundantes eos [&] ideo [ani-
ma eorum]non habens requiem[in malis tabeſcebat] id eſt, propter mala ſua à bonis
faciendis deficiebat.[Turbati ſunt]nihil certũ habentes,quod teneant[& moti ſunt ſi-
cut ebrius]à recto ſtatu mentis ſuæ alienati[& omnis ſapientia eorum].i. omnis regu-
la regendi[deuorata eſt] ab inſipientia ſua.[Et clamauerunt ad deum]affectu & deſide
rio[cum tribularent̃]id eſt,cum tanta mentis miſeria vexarentur [& de neceſſitatibus
eorum]id eſt,de illis perturbationibus moleſtis [liberauit eos]tanquam periclitantes,
perducens ad portum.[Et ſtatuit procellam eius].i.importunã perturbationem[in au
ram]id eſt,in ſuauem tranquillitatem[&]ſic[ſiluerũt fluctus eius]id eſt,motus tentatio
Matt. 8. Marc. 4. num,& facta eſt tranquillitas in mari.[Et]tunc[lætati]rectores[quia ſiluerunt] id eſt,
pacatæ ſunt illę impugnationes [& deduxit eos in portum voluntatis eorum] id eſt,
in quietem cordis deſideratam.[Confiteantur domino miſericordiæ eius] id eſt,ergo
pariant confeſſionem laudis tam multiplices miſerationes dei [& mirabilia eius filijs
hominum]id eſt,pręlatis & ſubditis facta:quater enim tentabant̃,& quater clamabant,
& liberabãtur. Congruũ ergo fuit,vt totiens ad laudem dei hortarẽtur,qui eius ſola mi
Titum. 3 ſericordia non ſuis meritis liberati ſunt.Et vt[exaltent eum in eccleſia plebis]id eſt,prę
dicent eum bonum & immenſum in cõuentu populorum[in cathedra ſeniorum]id eſt
in regimine prælatorum,vel in dignitate perfectorum qua iudices ſtatuuntur [laudent
eum]id eſt,hoc eius laudi eſt tribuendum,non illis.Nam[Poſuit flumina in deſertum]
id eſt,ſuperbos pręſumentes de ſe,qui emiſerunt fluenta doctrinæ,deſeruit[exitus aqua
rum] id eſt, excedentes populo qui metas humilitatis poſuit[in ſitim]id eſt,aridos eſſe
permiſit per carentiam gratię ſpiritualis[Terrã fructiferam]id eſt,animam quæ fructi
Aridus q̃ gratia ca ret, dicit̃. ficare ſolet in virtutibus[in ſalſuginem]id eſt,in ſterilitatem [à malitia]id eſt, propter
malitiam habitantium in ea, id eſt, malarum & præſumptuoſarum cogitationum,
quæ habi-



tant in ſuperba anima. Econtra [Poſuit flumina in deſertum] id eſt,
A animam prius derelictam, nunc humiliatam & excultam [in ſtagna aquarum] id
eſt, abundantiã cœleſtium chariſmatum [& terrã ſine aqua]id eſt,prius ſiccos ſine gra-
tia [in exitus aquarum] id eſt,vt ab illis doctrinæ procederẽt,quæ alios irrigarent.[Et
collocauit illic] id eſt, in eorum doctrina [eſurientes] ſcilicet iuſtitiam & panem ver- Matth. 5.
bi [conſtituerunt ciuitatem] id eſt, eccleſiam [habitationis] extra quam non eſt ſe- 1. Petri. 3.
cura habitatio hic, ſed in ea militantes,per ſpem inhabitant ſupernam ciuitatem. [Et Roma. 8.
ſeminauerunt agros] id eſt, homines illis prædicantibus,ſemen verbi dei conceperunt Philip. 3.
[& plantauerunt vineas] id eſt, electos fide & opere [& fecerunt] ſeminati agri [fru-
ctum natiuitatis] id eſt, nouitatis nouum hominem induti. [Et benedixit eis] id eſt,
auxit eos in virtutibus [& multiplicati ſunt] numero,ita vt rumperetur rete[& iumen Coloſ. 3.
ta eorum] id eſt, idiotas in fide [non minorauit] imo meliorauit.[Et pauci facti ſunt] Lucæ. 5
comparatione illorum qui ſunt reprobi [& vexati ſunt] illi fideles [à tribulatione ma-
lorum] illata ab his qui ſunt mali [& dolore]quo dolent peccatores eſſe præciſos à cor-
pore Chriſti, quod eſt eccleſia. [Effuſa eſt contentio] id eſt,emiſſa eſt ira dei [ſuper Eccleſia corpus
principes] id eſt, ſuper omnes male principatum tenentes [& errare fecit eos] id eſt, Chriſti ẽ.
permiſit[in inuio]id eſt, per deuia diuerſorum errorum [& non in via] ducti ſunt,
quia corrigi noluerunt. [Et] iſtis ſic errantibus [adiuuit pauperem]id eſt,humilem ſe
cognoſcentem [de inopia] interna & externa [& poſuit ſicut oues] id eſt, mites, pa-
cientes lacte doctrinæ & lana bonæ conuerſationis, quæ veſtit & operit abundantes
[familias]id eſt,congregationes iuſtorum. [Videbunt recti]profectum bonorum,& Oui boni cõparan
defectum malorum[& lætabuntur]in iudicijs dei[& omnis iniquitas]id eſt,omnis ini- tur.
quus [oppilabit os ſuum] id eſt,tacebit non habens, quid dicat contra iuſtitiam dei.
[Quis ſapiens & cuſtodiet hæc] id eſt,ſi quis eſt ſapiens,prædictas tentationes habebit Iob. 22
in memoria[&]ſic[intelliget miſericordias domini]id eſt, liberationes domini miſeri-
corditer impenſas generi humano.

## ¶Pſalmi CVII. Enarratio.

B
PAratum cor meum deus]voluntate in ſuſcipienda obedientia [paratum] eſt [cor
meum]in opere perficienda [cantabo]deuotione dulciſona e cœlis data [& pſal- Gloria noſtra
lam]id eſt,operabor [in gloria mea]id eſt,in intuitu gloriæ meæ,quæ eſt Chriſtus. Et Chriſtus.
ad hoc complendum.[Exurge]à torpore[pſalterium]id eſt,caro mea nunc rationi con
ſentiens,& quandoq; glorificanda. Vel ſic:exurge pſalterium,id eſt,o anima mea diui-
na ſapiens,te erige ad ſolum conditorem deſiderãdum[& cythara]id eſt,caro humana
patiens opprobria,conforma te rationi.Et quaſi reſponderet ipſe ſibi[exurgam dilucu-
lo]id eſt,recedente nocte culpæ & oriente luce iuſtitiæ: hoc faciam, & nunc [Confite- Mala. 4
bor tibi in populis dñe]id eſt,omnes cogitationes & affectiones meas,parabo tibi lauda
tores[pſallã tibi in gentibus]id eſt,bonas operationes ad tuum honorẽ dirigam.[Quia Coloſ. 3
magna ſuper cœlos miſericordia tua]id eſt,multum miſericors es ponendo myſterium
reconciliationis noſtræ ſuper intellectũ angelorum & ſanctorũ[& vſq; ad nubes] id eſt
peccatores fœcundandos [veritas tua] id eſt, veritas fidei peruentura eſt, vt complua-
tur ariditas terreni cordis.[Exaltare ſuper cœlos deus].i.o Chriſte te altũ & immẽſum
oſtende,ſuper omẽs creaturas ſpirituales[&]ita[ſuper omnẽ terram gloria tua]appare
bit in cuius cõparatione omĩs alia gloria luctus eſt:& hoc facis[vt liberentur]à ſeruitute Roma. 8
corruptionis[dilecti tui]ab æterno prædeſtinati,& ideo [Saluũ fac dextera tua].i. po- Matt. 25.
nendo me ad dexteram tuã facias ſaluum[& exaudi me]ad te iugiter anhelantem, & te
ſolum petentem,nam [deus] pater [locutus eſt in ſancto ſuo].i.in homine quem ſan-
ctificauit,dicens: [Exultabo & diuidam] id eſt,exultanter in partem meam aſſumam
[Sichimam]id eſt,electos populi Chriſtiani,qui iugum dñi portant. Sichimam enim Matt. 11.
diuidit,quando iuſtos ab iniuſtis ſecernit[& conuallẽ tabernaculorũ].i.eos q deo vidẽ-
tur humiliter militare[dimetiar]alios aſſumendo,alios relinquẽdo: qa omnes nõ ſunt Lucæ. 17.
ſicut apparẽt.Sed q ſunt eius?audi[Meus eſt Galaad].i.multitudo perfecte pœnitentiũ
qui non reſpiciũt amplius ad mundũ amandum,q ſunt veri teſtes Chriſti[meus eſt Ma
naſſes]id eſt,ſancti & perfecti contemplatiui,qui obliuionẽ habent rerum terrenarum
[& Ephraim]id eſt,fructificantes in virtutibus,ſunt[ſuſceptio capitis mei]id eſt,in ipſis
meum

meum caput reclino, quod ipſi libenter ſuſcipiunt, quia ſine ira & ſuperbia viuunt.
[Iuda rex meus] id eſt, confeſſores ſunt rectores meorum [Moab] id eſt, valde mali, C
Iohan.8 qui ſunt ex patre diabolo [lebes ſpei meæ] id eſt, excoquentes rubiginem vitiorum me-
orum hominum, quod eſt cauſa ſpei maioris, quia patientia ſpem operatur. Vox Chri-
ſti in perſona ſua & ſuorũ. [In Idumeam] id eſt, vſq; ad amatores terrę, qui non niſi terre
Rom.5 na ſapiunt [extendam calciamentum meum] id eſt, euangelium meum, vel cognitionē
humanitatis dei [mihi alienigenæ] id eſt, ex hoc alieni à me [amici facti ſunt] id eſt, recō
ciliati. [Quis deducet me in ciuitatem munitam?] id eſt, in eccleſiam ex om̃ibus ſanctis
congregatam, & ornatam [quis deducet me vſq; in Idumeam?] id eſt, vt etiā peccatores
ſint pœnitentes & inhabitem inter eos. [Nónne tu deus] id eſt, non eſt alius niſi tu pater
deus noſter [qui repuliſti nos?] ab honore, & gaudio huius mundi [& non exibis deus
in virtutibus noſtris] id eſt, non apparebis manifeſte, oſtendens noſtras virtutes per mi-
racula: Sed magis latens in nobis, permittis nos tribulari, & opprobria multa pati, & di
Chriſtus in ſuis ſā ctis tribu latur. cunt nos ſanctos non eſſe, & ideo indignos imitatione, quia nō facimus miracula: & tu
ſcis domine deus, ꝙ totum deſiderium, amor ac ſtudium noſtrum tu es: vnde ſi non
exis in virtutes noſtras, ſaltem [Da nobis auxilium de tribulatione] quam patimur, &
fac vt ipſa tribulatio nobis ſit conſolatio, quia inferentibus erit cruciatio [quia vana] id
Iſaiæ.40. eſt, tranſitoria [eſt ſalus hominis] temporaliter viuentis. Nam quicquid alij dicant, [In
1.Iohan.2 deo faciemus virtutem] id eſt, in deo virtuoſi erimus, quia dum humanum auxilium re
ſpuimus, intus eſt fortitudo noſtra non foris [& ipſe ad nihilum deducet] id eſt, pro ni-
hilo faciet nos reputare [inimicos noſtros.]

## ¶ Pſalmi CVIII. Enarratio.

DEus laudem meam ne tacueris] quaſi diceret Chriſtus: Manifeſtum fac me eſſe fi-
Eccle.28 lium tuum. Iudæi non ceſſant à blaſphemia, & tu nō ceſſes à laude mea: quia ſum-
Roma.1. ma laus eſt eſſe filius tuus [quia os peccatoris] manifeſte exprobrantis [& os doloſi] id
eſt, occulte detrahentis & palàm blandientis, hi ſunt maledicti adulatores [ſuper me a-
Matt.22. pertum eſt] vt me ſuperarent, apertum loquendo tenent. [Locuti ſunt aduerſum me D
lingua doloſa] dicentes: ſcimus quia verax es [& ſermonibus odij circundederunt
me] id eſt, qui doloſe blandiebantur, eruperunt in vocē odioſam, crucifige [& expugna
uerunt me] colaphizando & ſpuēdo [gratis] id eſt, propter ſuam maliciam ſine cauſa.
Iohan.7 [Pro eo] ꝙ feceram [vt me diligerent detrahebant mihi] ſeducit turbas [ego autem]
Luc.23 non reddidi malum pro malo, ſed [orabam] Pater ignoſce ills. [Et poſuerunt aduer-
ſum me mala pro bonis] id eſt, mortem pro vita, pœnam pro gloria [odium pro dile-
ctione mea] qua eos dilexi. Mali faciunt, ſicut frenetici inſurgentes in medicum ſuum.
Sapien.2. Et ideo [Conſtitue ſuper eum peccatorem] id eſt, fac antichriſtum participem illo-
Mali Chriſtiani attendant. rum, qui nolunt me regnare ſuper ſe [& diabolus ſtet à dextris eius] id eſt, præponant
opera diaboli operibus Chriſti. Hæc prophetia omnes falſos Chriſtianos condemnat,
quia magis ſeruiunt creaturæ quàm creatori, & amplius diligunt humana quàm diui-
Matth.22 na. Et vere, nam [Cum iudicatur] ante tribunal æterni iudicis [exeat condemnatus]
id eſt, eijcietur in tenebras exteriores [& oratio eius] qua maledicit proximo, & pro ſo-
lis tranſitorijs orat [fiat in peccatum] id eſt, peccato plenum eſt, quia non offertur per
Chriſtum. [Fiant dies eius pauci] id eſt, à dignitate, quam indignus detinet, proſcriba-
tur in breui [& epiſcopatum eius] id eſt, honorem quam habet [accipiat alter] id eſt, qui
eſt alterius vitæ, ſcilicet bonæ & ſanctæ. [Fiant filij eius] id eſt, imitatores ſcelerum eius
[orphani] id eſt, ſine deo tutore [& vxor eius] id eſt, plebs ſubdita, ſit [vidua] amiſſa po-
Maledictiões Iudæ & omniū malorum. teſtate, & gaudio temporali tanquam viro. Hæ ſunt maledictiones Iudæ proditoris &
plebis Iudaicæ & omnium malorum Chriſtianorum: & ideo ad illos exponendo refe-
rimus pro magna parte, vt ingemiſcant. [Nutantes] id eſt, inſtabiles [transferantur]
de malo in peius filij eius, id eſt, peruerſi ſequaces peruerſorum [& mendicent] cum fa-
Matt.25. tuis virginibus, quando non proderit [& eijciantur de habitationibus ſuis] id eſt, amit-
tant ſe & ſua. [Scrutetur fœnerator] id eſt, iuſtus iudex, qui ſuum quærit cum vſura [o-
mnem ſubſtantiam eius] id eſt, quæcunq; fecerunt in vita ſua, vt recipiant duplicia pro
Apoc.18. omnibus ſuis [& diripiant alieni] id eſt, rapiant maligni ſpiritus [labores eius] quia & ſi
quid boni fecerunt, non in deo theſaurizauerunt, qui ſolus conſeruat. [Non ſit illi ad-
iutor] ad



A iutor] ad vitam æternam [nec ſit qui miſereatur pupillis eius] id eſt, his, à quibus patroci
nium dei ſublatum eſt: ſemper ſint vagi & profugi. [Fiant nati] id eſt, ſucceſſores eius [in
ſua prauitate [in interitum] id eſt, ad hoc naſcantur, vt intereant [in generatione vna] id
eſt, in hac generatione præſenti [deleatur nomen eius] vt non inueniatur in regenera-
tione glorioſa. [In memoriam redeat iniquitas patris eius] cuius imitator eſt, vt
non tantum imputentur ei peccata actualia, ſed etiam originalia [in conſpectu do-
mini] id eſt, in diuina punitione [& peccatum matris eius] id eſt, mulieris meretricis, Apoc.17.
quæ inebriat omnes gentes vino mundanæ delectationis [non deleatur] ſed ſemper
cruciabitur. [Fiant contra dominum] ſemper per proprium & alienum peccatum [&
diſpereat de terra] viuentium [memoria eorum] domino vindicante [pro eo ꝙ non eſt Iaco.2.
recordatus facere miſericordiam] quia deus non vult miſereri eis, id eſt, quia immiſeri- Eccle.30
corditer perſequentes caput & membra non recordantur miſereri animæ ſuæ. [Et] me
rito [quia perſcutus eſt hominem inopem] ſine ope mundi [& mendicum] qui dixit: Da Iohan.4.
mihi bibere [& compunctum corde] id eſt, flētem & compacientē alienis miſerijs [mor- Lucæ. 19
tificare] id eſt, morti tradere. [Et dilexit maledictionem] id eſt, delectabatur maledicere
blaſphemare, & exprobrare electos [& veniet ei] ſcilicet maledictio, qa maledictus eſt
à deo [& noluit benedictionem] id eſt, promiſſam iuſtis hæreditatem [&] ideo [elonga-
bitur ab eo] in tantum, ꝙ nunquam appropinquabit. [Et induit maledictionem ſicut Impijſima ledictiōe induētur.
veſtimentum] id eſt, in tantum præualebit maledictio in reprobis, vt etiam exteriora eo
rum inuoluat, quia corpora eorum ardebunt in inferno [& intrauit ſicut aqua in interio
ra eius] id eſt, in animam eius maledictio penetrabit, in qua cum corpore cruciabitur ſi-
ne fine. Hæc in futuro operabitur in eis maledictio, ſed in præſenti quid? [& ſicut oleum
in oſſibus eius] id eſt, eo ꝙ ſatiſfactum eſt nunc voluntati eorum, videntur in interiori
ſuo robore quaſi oleo deliniti. [Fiat ei ſicut veſtimentū quo operitur] id eſt, ipſa maledi
ctio ſic ab ipſo ametur, vt inde in cōſpectu hominū glorietur [& ſicut zona qua ſemper
præcingitur] vt ſemper ad malefaciendum ſit exortus: ſicut qui ſemper præcingitur, ad
miniſtrandum eſt paratus. [Hoc opus eorum eſt] id eſt, ſic merentur [qui detrahunt mi
B hi] id eſt, derogant bona mea [apud dominum] tanquam ei placita ſit detractio: Non Iohan.9
eſt hic homo à deo, &c. [& qui loquuntur mala aduerſus animam meam] non creden- Iohan.10
tes, ꝙ Chriſtus habuit poteſtatem animam ſuam ponere & iterum eam ſumere. [Et tu
domine domine] magnus affectus exprimitur [fac mecum] id eſt, cum meis benigne
[propter nomen tuum] glorificandum [quia ſuauis eſt miſericordia tua] id eſt, ſuaues 2.Cor.3
efficit conſcientias pœnitentium. [Libera me] reſuſcitando [quia egenus] id eſt, ex hu-
manitate, tuo auxilio egens [& pauper ſum ego] id eſt, mihi inſufficiens [& cor meum
conturbatū eſt intra me, cū dicerē: Nunc cōturbata eſt anima mea. [Sicut vmbra, cū de- Iohan. 17
clinat ablatus ſum] id eſt, ſicut vmbra declinante ſit nox: ſic declinante vmbra morta-
litatis meæ ſit ablatio vitæ meæ, id eſt, mors ſecuta eſt [& tunc excuſſus ſum] id eſt, Zach. 13
diſcipuli mei excuſſi ſunt, id eſt, diſperſi me percuſſo [ſicut locuſtæ] id eſt, ad mo-
dum locuſtarum inſtabiles facti, quando excutiuntur à veſtimento. [Genua mea]
id eſt, fortiores mei [infirmata ſunt] id eſt, defecerunt [à ieiunio] dum ſubtrahere- Iohan.6
tur illis panis vitæ [& caro mea immutata eſt] à mortis ignominia, in gloriam im-
mortalitatis [propter oleum] id eſt, vt ſpiritus ſanctus daretur credentibus. [Et e-
go] in electis meis [factus ſum opprobrium illis] incredulis & falſis Chriſtianis [vide-
runt me] id eſt, meos deſpicabiles huic mundo [& mouerunt capita ſua] id eſt, men-
tes ſuas ad amorem mundi, nolentes viam ſequi paupertatis. [Adiuua me domine de- Ephe.6
us meus] id eſt, meos ſeruos mihi ardenter adhærentes in certamine triplicis belli poſi-
tos [ſaluum me fac] id eſt, meos in gloria æternitatis [ſecundum miſericordiam tuam]
qua pro ſalute eorum me incarnari voluiſti. [Et ſcient, quia manus tua hæc] id eſt,
ꝙ ego ſum manus, per quam operaris humanam ſalutem [& tu domine feciſti eam] Manus dei.
id eſt, me manum tuam ſecundum humanitatem, ſecundum diuinitatem genitus eſt Lucæ.1
Chriſtus, non factus. [Maledicent illi] ſcilicet reprobi, ſed maledictio in caput eo- Iſa. 53
rum conuertetur [& tu benedices] ſeruis tuis. Non nocet maledictio impij, vbi ad-
eſt benedictio dei [qui inſurgunt in me] id eſt, in meos [confundantur] id eſt, erubeſcēt
cū erraſſe ſe cognouerūt [ſeruus autē tuus] id eſt, tibi vere obediens [lætabitur] victorē ſe
cernēs, & inimicos deiectos. [Induātur q detrahūt mihi, pudore] pro detractiōe ſua, qa
mendaces

Diplois. mendaces inuenientur[& operiantur]niſi reſipiſcant[ſicut diploide] id eſt, intus & fo-
ris. Diplois enim eſt genus pallij duplicis [confuſione ſua] id eſt, in contritione corpo- C
ris & animæ. Iſti ita, ego autem. [Confitebor domino]confeſſione laudis [nimis in ore
meo]id eſt, in iubilo laudifluo, à ſonora deuotione: in quo tanta delectatione affectus
ſum, ꝙ exprimere non poſſum [in medio multorum]id eſt, in conuentu ſanctorum lau
dabo eum. Et vere laude dignus. [Qui aſtitit]paratus ſuccurrere[à dextris]vt bona quę
facit, pro æterna beatiudine faciat [pauperis] id eſt, contemptoris mundi, id eſt, illi qui
fuit adiutor[vt ſaluam faceret à perſequentibus]id eſt, mundo, carne, & diabolo tentan-
tibus animam meam.

## ¶Pſalmi CIX. Enarratio.

Matt. 22. DIxit dominus]pater[domino meo]filio[ſede à dextris meis]id eſt, interim in oc-
Heb. 10. culto mihi regna coæqualis. [Donec ponam] id eſt, manifeſte ſubdam [inimi-
1. Cor. 15 cos tuos]ſuperatos & damnatos[ſcabellum pedum tuorum]. Hoc dictum eſt inſtar ty
rannorum captorum, qui ſubduntur pedibus regum, quos incarcerat & ſuſpendit: ſic
fiet de reprobis qui nunc impugnant Chriſtum, nolentes ſubijci præceptis dei. Sed tunc
ſubijcientur pœnis inferni. ſed prius [Virgam virtutis tuæ]id eſt, potentiam regni tui
Iſa. 28 [emittet dominus ex Sion]id eſt, faciet prædicari de Ieruſalẽ, quia inde cœpit Chriſtus
Ephe. 2 euangelizare, & cum hoc factum fuerit [dominare in medio inimicorum tuorum ] id
eſt, Iudæorum & gentilium in lapidem angularem conuenientium, vt de inimicis fiant
amici. Et merito dominaberis, quia [Tecum principium]id eſt, ego tecum ſum pater
Iohan. 1 tuus ad ſubijciendos inimicos [in die virtutis ſuæ] id eſt, in claritate diuinitatis tuę [in
Gene. 22 ſplendoribus ſanctorum]id eſt, cum ſpiritu ſancto, qui ſanctos clarificat ſplendoribus
Heb. 7 cœleſtium gratiarum[ex vtero]eſſentiæ meæ[ante luciferum]id eſt, ante tempora [ge-
nui te]tu ergo vere es deus ab æterno. [Iurauit dominus]pater immobiliter[& non pœ
nitebit eum]id eſt, non mutabit ſententiam[tu es ſacerdos inæternum ] ad interpellan-
Sacerdos dum pro nobis, delens ſacrificium vetus, & inſtituens nouum, orans & offerens inæter
æternus. num, non ad tempus vt Aaron. ſed[ ſecundum ordinem]id eſt, dignitatem & ritum ſa-
ẽ Chriſt. cerdotalis ordinis[Melchiſedech]quia ſine principio & ſine fine, vt ille, cuius principiũ D
& finem ſcriptura tacet. [Dñs]filius qui eſt[à dextris tuis]poſitus [confregit]id eſt, con
fringet[in die iræ ſuæ]id eſt, in die iudicij[reges]id eſt, omnem gloriam mundi, in qua
mali reges ſe delectant mundi amatoribus in infernum detruſis, & tunc [Iudicabit in
Infernus nationibus] id eſt, iudicium faciet in malis[implebit ruinas]angelorum ex electis[con
terra mul quaſſabit capita]id eſt, extollentiam ſuperborum humiliabit[in terra multorum]id eſt
torũ dicit̃ in inferno, quo multi vadunt. Et vere ſic faciet, quia [De torrente in via bibit]id eſt, tur
bulentam aquam humanę miſeriæ ſuſtinuit [propterea exaltabit caput] ſuper omnes
in patria.

## ¶Pſalmi CX. Enarratio.

1Cor. 10 COnfitebor tibi domine ]id eſt, laudabo te [in toto corde meo]id eſt, in tota mentis
meæ deuotione, & hoc[in conſilio iuſtorum]quod eſt non quærere quæ mea ſunt
ſed quæ Ieſu Chriſti [ & congregatione]id eſt, vidẽtibus hominibus, vt meo informẽ-
tur exemplo. [Magna opera dñi]ſiue illuminet, ſiue purget, ſiue exerceat, ſiue parcat[ex
Daniel. 9 quiſita in omnes voluntates eius]id eſt, ſi exquiratur voluntas eius in ſingulis operibus
iſtis. [Confeſſio]id eſt, ꝙ quis recte confiteatur fœditatem ſuam [& magnificentia ] id
eſt, ꝙ ex ipſo fiat iuſtus[ opus eius]eſt non hoĩs[& iuſtitia eius]id eſt, retributio iuſtitiæ
[manet in ſeculum ſeculi]id eſt, æterna eſt. [Memoriam fecit mirabilium ſuorum ] id
Exod. 16. eſt, nõ eſt oblitus cõplere in veritate, quod prius mirabilibus ſignificauit figuris, & ideo
Pſalm. 77 [miſericors]in præfinitione[& miſerator dominus]in exhibitione[eſcam]id eſt, panẽ
qui non perit, in manna præfiguratum[dedit timẽtibus ſe]id eſt, qui à malo declinant.
[Memor erit in ſeculũ teſtamenti ſui]id eſt, promiſſionis manſuræ vſq; in ſeculũ futurũ
[ virtutem operum ſuorum ] id eſt, incarnationis, reſurrectionis, & aſcenſionis, quæ vir-
tuoſos viros faciunt[annunciabit populo ſuo] credituro in illum. [Vt det illis hæredita-
Roma. 9. tem gentium ] id eſt, gentes vomere diſciplinæ excolendas coniungat electis de Iu-
dæis, quia [ opera manuum eius veritas & iudiciũ] id eſt, quos elegit in veritate pro-
miſſa, miſericorditer elegit: & quos reprobat, iuſte non prædeſtinatos reprobat. [Fide-
lia omnia mandata eius ] quia obedientes eis non fraudantur vita æterna [ cõfirmata in
ſeculum



A ſeculum ſeculi]non tranſitoria ſicut fuerunt mandata carnalia: ſic tamen, vt ſint [ facta
in veritate & æquitate]id eſt, ſimplici corde non duplici, hoc enim eſt æquum pro gau- 1. Tim. 2.
dio cœleſti. [ Redemptionem ] id eſt, mediatorem [miſit dominus populo ſuo ] vt per Ierem. 31
eum eius populus efficeretur[mandauit]id eſt, per eum commẽdauit [inæternum teſta
mentum ſuum]id eſt, nouum manſurum vſq; ad finem mũdi. [Sanctum]id eſt, iuſtos
ſanctificans[& terribile]id eſt, peccatores terrens[nomen eius]Ieſus, & hoc inde proba Eccle. 1
tur, quia[initium ſapientiæ]id eſt, vt cœleſtia ſapiat [ timor domini] quo homo timet
offendere deum [Intellectus]huius timoris eſt[bonus]id eſt, vtilis[omnibus faciẽtibus
eum]id eſt, facientibus ea quæ timor dei ſuadet: & vere, quia[laudatio euis ]id eſt, ſic fa
cientis[manet in ſeculum ſeculi]quia laudabiles inæternum faciet intelligentes & o-
perantes.

## ¶Pſalmi CXI. Enarratio.

BEatus vir]nunc in ſpe[qui timet dominum]timore filiali. Compẽdioſa via ad cœ Timor
lum eſt ſanctus timor, quia [in mandatis eius]implendis[volet nimis]id eſt, vehe dei via re
menter erit conſtans. [Potens in terra]viuentium[erit ſemen eius]id eſt, opus eius ma- gni.
gnificam remunerationem habebit in cœlo, nam[generatio rectorum]id eſt, ſequaces
ſanctorum, qui nulla terrena ambitione incuruantur[benedicetur] id eſt, benedictioni 2. Cor. 1
bus æternis dotabitur. [Gloria]id eſt, teſtimonium bonæ conſcientiæ[& diuitiæ]ſapiẽ-
tiæ & prudentiæ[in domo eius]id eſt, in corde[& iuſtitia eius]id eſt, merces iuſtitię[ma
net in ſeculum ſeculi]id eſt, in ſeculum futurum conſequẽs hoc ſeculũ præſens. Et prius
[Exortum eſt in tenebris]huius vitæ[lumen]id eſt, ſol iuſtitię Chriſtus deus noſter: nõ Malac. 4
omnibus, ſed[rectis]qui toto deſiderio ad deum eriguntur[miſericors]peccata remittẽ
do[& miſerator]dona cuſtodiendo[& iuſtus]peccata puniedo. [Iucũdus homo]id eſt, Lucæ. 6
deo placet[qui]exemplo capitis ſui [miſeretur]alijs ignoſcendo[& commodat ] vtilia Matt. 19.
miniſtrando à deo recepturus cẽtuplum[diſponit ſermones ſuos in iudicio]id eſt, qui iu
dicat à ſeipſo eſſe implendum, quod alijs imperat faciendum, & vere iucundus[quia in
æternum non commouebitur]à ſtabilitate ſui iudicij, vel ab amore dei, nam [ In memo
B ria æterna erit iuſtus]cui dicetur: venite benedicti[ab auditione mala]ite maledicti [ nõ Matth. 25
timebit]ſecurus de regno. [Paratum cor eius]ſine obliuiõe[ſperare in domino]in qua-
cunq; tribulatione fuerit[confirmatũ eſt eius]ita ꝙ nec proſperis extollitur, nec aduer-
ſis ſuperatur [ non commouebitur]à firmitate patientiæ[donec deſpiciat inimicos ſu-
os]deuictos. [Diſperſit] bona ſua temporalia[dedit pauperibus]id eſt, indigentibus[iu
ſtitia eius manet in ſeculum ſeculi]id eſt, retributio iuſtitiæ eius qui fecit alij , quod ſibi Matth. 7.
vult fieri[cornu eius]id eſt, excellentia meriti ſui[exaltabitur in gloria]cœleſti, quia in Tobiæ. 4
carne viuens, non ſecundum carnem militauit. [Peccator videbit]ipſum exaltatum [& 2. Cor. 10.
iraſcetur]ſibi ipſi de ſera pœnitẽtia, cum ſe viderit damnatum[dẽtibus ſuis fremet]præ Sapien. 2.
dolore affectum exprimens iraſcentis[& tabeſcet]inuidia felicitatis alienę, & tunc[deſi
derium peccatorum]quo voluptatem & vanitatem quęrunt[peribit]id eſt, in perpetuã Iſaiæ. 49.
pœnam mutabitur, quia fœno areſcente notum eſt ꝙ flos non vireſcit, ſed euaneſcit.

## ¶Pſalmi CXII. Enarratio.

LAudate pueri dominũ]id eſt, innocentes & paruuli malitia, non ſenſu[laudate no 1. Cor. 14
men domini]Ieſum, vos obedientes ei voce & opere, vt vox non diſcordet à mori-
bus, & materia laudis ſitis alijs, dicentes: [ Sit nomen domini ] Ieſus [ benedictum ]
à bonis ſeruis benedicatur bonus dominus [ex hoc nunc]id eſt, ex præſenti momento
[&]ſine vlla procraſtinatione [vſq; in ſeculum ]æternum, & tunc maior erit laus eius,
quàm nunc eſt. [A ſolis ortu vſq; ad occaſum]id eſt, ab omnibus mundi partibus[lau
date nomen domini]id eſt, conueniant in laudibus Chriſti. Et merito, quia [ Excelſus
ſuper omnes gentes dominus]cuius ſublimitas omnem altitudinem ſanctorum exce- Heb. 7.
dit [ &ſuper cœlos gloria eins] id eſt, angelos excellit in gloria . [ Quis ſicut dominus
deus noſter, qui in altis habitat] id eſt, in viris contemplatiuis in virtute ſublimibus, in
quibus quadam ſpirituali prærogatiua manet[humilia reſpicit] id eſt, eis qui ſe humi- Lucæ. 18
liant miſeretur[in cœlo]faciẽs eos ſeminare cœleſtia[& in terra:]& diſpẽſare bene ter-
rena, per contemptum terrenorum. [Suſcitãs à terra].i. à cupiditate terrena & ab amore
mũdi [ inopẽ]q nõ cõfidit in ope mundi, ſed ſolius dei[& de ſtercore].i. de immũditijs
carnis &

Matth. 5 carnis,& de corpore mortali vt ea reputet tanquam ſtercora, ne inquinetur in illis [eri-
gens pauperem] ſpiritu, ad hoc [Vt collocet eum cum principibus] id eſt, faciat ſocium C
Mat. 19 & conciuem angelorum [cum principibus populi ſui] qui cum eo ſeſſuri ſunt in iudicio
id eſt, cũ prophetis & apoſtolis, qui ſpiritualiter præfuerunt populo dei. [Qui habitare
facit ſterilem] id eſt, animam prius ſine bono opere [in domo] id eſt, in vnitate ſancto-
rum, & facit [matrem filiorum] ſpiritualium [lætantem] de fœcunditate ſibi collata.

## ¶ Pſalmi CXIII. Enarratio.

Exodi. 13 IN exitu Iſrael de Aegypto] id eſt, populi credentis dum exiret de tenebris infidelita-
tis paſſibus fidei [domus Iacob] id eſt, illorum qui vitijs obluctantur [de populo bar-
baro] id eſt, de conformitate illorum, qui vitijs ſordebant, tunc [Facta eſt Iudæa ſancti
Iohan. 1 ficatio eius] id eſt, per confeſſionem ſanctificauit eos, & ſic [Iſrael] fuit [poteſtas eius] id
eſt, contemplantes deum ab ipſo poteſtatem acceperunt, vt fierent filij dei. [Mare] id
eſt, mundus [vidit] id eſt, hæc intellexit [& fugit] ab omnibus impedimentis [Ior-
danis] id eſt, cor eorum qui ad amanda terrena deſcenderant [conuerſus eſt retrorſum]
id eſt, ad amorem æternorum. [Montes] id eſt, apoſtoli cæteris præminentes [exultaue-
runt vt arietes] id eſt, vt duces dominici gregis [& colles] id eſt, minores ſancti [ſicut a-
gni ouium] id eſt, ſicut imitatores apoſtolorum. [Quid eſt tibi mare ꝙ fugiſti?] apoſtro
phe ad greges [& tu Iordanis quia conuerſus es retrorſum?] id eſt, vnde hanc gratiam
2. Corin. 3 habuiſtis, penſate, quia non eſt ex vobis ſed ex dono dei. Et vos [Montes qui exultaſtis
ſicut arietes] vt tanto honore potiamini, datum eſt vobis [&] vos [colles] vt exultaretis
[ſicut agni ouium] formoſi, tenelli, & amabiles, nam [A facie] id eſt, à cognitione [domi
Roma. 9. ni mota eſt terra] id eſt, terrena conſcientia [à facie dei Iacob] cuius vult miſerentis, quẽ
vult indurantis. [Qui cõuertit petrã] id eſt, ſeipſum q durus videbatur [in ſtagna aqua-
rum] id eſt, in permanentia doctrinarum [& rupem in fontes aquarũ] id eſt, gratiarum
Iohã. 7. 4. ſalientium in vitam æternam, vt de eo manarent. Vel rupem, id eſt, duritiam ſuam in
fontes ſoluit aquarum, id eſt, in intellectum ſcripturarum. [Non nobis domine] id eſt
non noſtris meritis [non nobis] id eſt, nec noſtris viribus aſcribantur iſta beneficia [ſed
Daniel. 9 nomini tuo] Ieſu [da gloriam] laudis. Et hoc [Super miſericordia tua] gentibus oblata D
[& veritate tua] Iudæis promiſſa [nequando] id eſt, ne aliquando [dicant gentes] id
eſt, vt completa miſericordia & veritate amputetur gentibus occaſio dicendi [vbi eſt de-
1. Cor. 3 us eorum?] cum in promptu habeamus, quid dicere nos poſſumus. [Deus autem noſter
in cœlo] id eſt, in ſanctis animabus latẽs [omnia quęcunq; voluit fecit] quod ipſi de dijs
ſuis nullo modo dicere poſſunt niſi mentiantur, nam [Simulacra gentium] ſunt [argen
tum & aurum] id eſt, creatura non creator, & [opera manuum hominum] id eſt, factura
Sap. 15 non factor. [Os habent & non loquentur] id eſt, ſimilitudinem habẽt ſenſualium linea
mentorum, non ipſa officia [oculos habent] pictos [& non videbunt] ſi bene vel male a-
gant cultores eorum. [Aures habent & non audient] laudes vel improperia ſua [nares
habent & non odorabunt] quale ſit ſacrificium eis oblatum. [Manus habent & non pal
pabunt] quia inſenſibiles ſunt [pedes habent & non ambulabunt] quia motu vitæ carẽt
[non clamabunt in gutture ſuo] vt irrationabilia ſimulacris meliora oſtendantur, quę
ſentiunt, & viuunt. [Similes illis fiant] id eſt, inſenſibiles, muti, ſurdi, & cæci [qui faciunt
ea] ad colendum [& omnes qui confidunt in eis] vt ea præferant rationali creaturæ.
[Domus Iſrael] id eſt, multitudo fidelium [ſperauit in domino] nõ in illis, & ideo [adiu-
tor eorum] in bonis [& protector eorum] à vitijs [eſt. Domus Aaron] id eſt, conuerſatio
bonorum ſacerdotum [ſperauit in domino] non in ſimulacris, & ideo [adiutor eorum]
in agone mundi huius [& protector eorum eſt] à malis in morte. [Qui timent dominũ]
id eſt, vniuerſaliter omnes timentes timore filiali [ſperauerunt in domino] non in ali-
qua vanitate, & ipſe [adiutor eorum] in omni bono opere [& protector eorum eſt] in
quacunq; tribulatione. [Dominus memor fuit noſtri] peccata noſtra dimittendo [& be-
nedixit nobis] profectum in virtutibus largiẽdo. [Benedixit domui Iſrael] id eſt, ad me-
liora prouocauit [benedixit domui Aaron] vt boni rectores haberent, vnde gregem pa-
ſcerent. [Benedixit omnibus qui timent dominum] id eſt, eos de virtute in virtutem ire
fecit [puſillis cum maioribus] id eſt, omnibus iuſtis ſiue ſint in meritis magni ſiue parui
[Adijciat dominus] gratiam pro gratia, quia in Chriſtum crẽditis [ſuper vos] fideles de
Iudæis [ſuper vos] fideles de gentibus [& ſuper filios veſtros] id eſt, imitatores veſtros
qui iuſti



A qui iuſti eſtis [Benedicti vos à domino] qui filium eius amatis Ieſum Chriſtum [qui fe- 1. Cor. 7
cit cœlum] id eſt, virgines quæ habent cœleſtem conuerſationem [& terram] id eſt, con Virgines cœlo, coniugati terræ cõparantur.
iugatos qui terram fœcundant. Magnos fecit cœlos, ſed [Cœlum cœli domino] id eſt,
ſupremum cœlum domino Ieſu ſeruauit, quia caput Chriſti deus [terram autem] id
eſt, eccleſiam [dedit filijs hominum] id eſt, apoſtolis ſucceſſoribus prophetarum, vt ſint
prælati & principes in ea. [Non mortui] in peccatis [laudabunt te domine] laude acce- 1 Cor. 11.
ptabili [neq; omnes qui deſcendunt in infernum] id eſt, in profundum vitiorum vel tor
mentorum. [Sed nos qui viuimus] vita naturæ, & gratiæ [benedicimus domino] de bo
nis nobis ab eo collatis, non ad horam: ſed [ex hoc nunc] id eſt, ab hoc inſtanti [& vſque
in ſeculum] ſine fine permanſurum.

## ¶ Pſalmi CXIIII. Enarratio.

DIlexi] id eſt, ad placendũ deo, dilectionem intellexi eſſe principium [quoniam ex-
audiet dominus vocem orationis meæ] qua oro veniam peccatorum. Vel ſic con-
tinua: quoniam, id eſt, quia, dilexi, ideo exaudiet: ſcio enim ꝙ per dilectionem perueni-
tur ad ſpem. Et vere exaudiet, [Quia inclinauit aurem ſuam mihi] id eſt, dedit mihi gra
tiam credere diuinitatem eius, mihi inclinatã in aſſumpta humanitate [& in diebus me-
is] id eſt, miſeriæ meę [inuocabo] ſuadente fide, ſpe, & charitate. Et neceſſe eſt inuocare,
quia [Circundederũt me] vndiq; impugnantes [dolores mortis] id eſt, tentationes, quę Roma. 7.
peccata pariunt, quæ ſunt dolores mortis [& pericula inferni] id eſt, proſpera huius vitę,
quæ valde periculoſa ſunt, quia multos ad infernum trahunt [inuenerunt me] ſe ample-
ctentem & gaudentem in eis. Sed tandem deo inſpirante, [Tribulationem & dolorem Diuitiæ cruciant animum
inueni] in eis latere, quia cũ labore adquiruntur, cũ amore tenentur, & cum dolore amit
tuntur: & quod peius eſt, extrema gaudij eorum luctus occupat infernalis [&] hoc co- Prou. 14.
gnito [nomen domini inuocaui] id eſt, faciendo me ſeruum ſibi, feci eum dominum mi
hi, vt repellat iſtas miſerias & faciat me omnia mundi proſpera deſpicere, & nulla ad-
uerſa pro eius amore formidare, dicens: [O domine libera animam meam] tantis per-
plexitatibus & anguſtijs inuolutam: vt tẽtationes ſuperem, & te ſicut vis & iubes inceſ-
B ſanter amem, quia [miſericors] in remittẽdo [& iuſtus] in puniendo [& deus noſter] Ie-
ſus Chriſtus [miſeretur] peccatoribus etiam per flagella. Et vere, nam [Cuſtodiens
paruulos dominus] id eſt, pauperes ſpiritu, vt grandes faciat hæredes, quos de vana ſu- Matth. 5.
perbia ad humilitatem perduxit. Superbi enim magni ſunt in oculis proprijs & valde
parui in oculis diuinis. Econtra humiles in oculis ſuis ſunt parui & ſublimes in oculis
domini. Experto credite [humiliatus ſum] id eſt, afflictus [& liberauit me] quia illa af- Tribulatio ſuperbis eſt pœnæ æternæ initiũ.
flictio non tam fuit pœnalis, q̃ medicinalis: quod ſolis humilibus contingit: ſuperbis
enim non prodeſt, ſed eſt initium pœnæ æternæ. Et cum liberata es. [Conuertere ani-
ma mea in requiem tuam] id eſt, toto poſſe ad deum te conuerte, in quo ſolo eſt tibi re-
quies vera: alioquin laborabis in æternum [quia dominus benefecit tibi] te liberans, tu Roma. 6. Iacob. 1
tibi male feciſti te in multas miſerias demergens. Et merito ad ipſum me conuertam,
[Quia eripuit animam meam de morte] id eſt, de mortalibus peccatis, quæ occidũt a-
nimam [oculos meos à lachrymis] id eſt, à cauſa lachrymarum: ſcilicet, vt deflenda
non agerem [& pedes meos] id eſt, affectus [à lapſu] id eſt, à venialibus: & ſic diſpoſi-
tus & ductus in præſenti vita. [Placebo domino in regione viuorum] cantando ei can- Apoca. 21
ticum laudis æternæ in cœlo, vbi nemo moritur.

## ¶ Pſalmi CXV. Enarratio.

CRedidi] habens eundem ſpiritum, quem habuerunt prophetæ & apoſtoli. Vox
eſt iuſtorum tribulatorum pro veritate [propter quod] id eſt, quia credo & ſpiri- Deut. 8
tum dei habeo, audacter [locutus ſum] id eſt, nolui negare cibaria ſpiritualia conſeruis,
& propter hoc verbum dei [ego autem humiliatus ſum] id eſt, multa paſſus ſum [ni-
mis] id eſt, vltra vires meas ab iniquis. Et [Ego] attendens inſufficientiam meam [di-
xi] .i. apud meipſum deliberaui me peiora meruiſſe, & hoc [in exceſſu meo] id eſt, quã-
do mente excedo ad ſuperna contemplanda [omnis homo] in carne viuens [mendax]
vel ore, vel opere, id eſt, peccator ad vanitates de ſe defluens. Et in hoc exceſſu etiam di-
xi. [Quid] dignum [retribuam domino pro omnibus] bonis ſuis [quæ retribuit mi-
hi] id eſt, malis meis, hoc reſtat interim, ꝙ [Calicem ſalutaris] id eſt, tribulationem

Roma.5. quæ inſertur[accipiam]id eſt, libenter ſuſtinebo, & quaſi cum delectatione guſtabo: C
2.Cor. 4. quia ſalutem operatur, quem ipſe prior pro me guſtauit[&]in hac[nomen domini in-
Matt.20. uocabo]id eſt, faciam ea quæ digna ſunt nomine Chriſtiano. Et non ſolum hoc faciã.
Sed & [Vota mea domino reddam]id eſt, deſideria cordis mei cum laude iucunda[co
Matt.10. rã omni populo eius]nõ timens eum confiteri coram hominibus, quia & ſi contigat in
de mori, gaudium eſt mihi, nam [preciosa] id eſt, valde cara[in conſpectu domini]
id eſt, in beneplacito Chriſti, quàmuis coram reprobis abiecta videatur [mors ſancto-
rum eius] id eſt, illorum qui ſunt firmi pro fide & charitate. Nam hęreticorum & ob
Hęreticorũ mors corã deo vilis. ſtinatorum in ſuo ſenſu vilis eſt mors coram deo, & ſi pro veritate pati videantur.
Quod mihi non permittas accidere. [O domine] & merito [quia ego ſeruus tuus]
meipſum tibi offerens in ſimplicitate [ego ſeruus tuus] in quo ius habes dominij & vi
tæ & mortis [& filius ancillæ tuæ] id eſt, nomen tuum non habeo in errore. Sed in
vnitate matris eccleſiæ. Nam [Dirupiſti vincula mea] id eſt, carnales affectus, qui-
bus detinebar, ſeruiens mundo & carni [tibi ſacrificabo hoſtiam laudis, &] vt ad hoc
Oſeę.14. ſufficiam [nomen dñi inuocabo] id eſt, me ſeruum tibi in omnibus exhibebo. Iſte
Virtus iſtius verſus magna. verſus tantæ creditur eſſe virtutis, ꝙ ſi in fine vitæ trina confeſſione dicatur, peccata di-
centis dimittentur. Et ideo non immerito [Vota mea domino reddam]id eſt, me-
ipſum, quem ei deuoui [in conſpectu]exiſtens [omnis populi eius] id eſt, angelorum
Gal.4. & ſanctorum, & peruentus [in atrijs domus domini] id eſt, in amplitudine domus ęter
næ [in medio tui] id eſt, in communitate [Ieruſalem] id eſt, in ſuperna ciuitate, vbi
eſt viſio pacis ſempiternæ.

## Pſalmi CXVI. Enarratio.

LAudate dominum] id eſt, diuinis laudibus aſſiſtite o [omnes gentes] qui vocati
eſtis de præputio, vt luceat lux veſtra & glorificetur deus [laudate eum ]ore & ope
Matt.5. re [omnes populi] de circunſione. [Quoniam confirmata]ita ꝙ non poſſit infirma
Rom.11. ri [eſt ſuper nos] filios vnitatis & pacis [miſericordia eius] quaſi diceret: Sine pœni
Ephe.2. tentia ſunt dona dei & vocatio facta gentibus [& veritas domini]id eſt exhibitio pro-
miſſionis factæ Iudæis [manet inæternum] in hominibus ſaluandis. D

## Pſalmi CXVII. Enarratio.

Lucæ.18. COnfitemini domino, quoniam bonus] quia nemo bonus niſi ſolus deus per ſe
Matt.19. [quoniam in ſeculum miſericordia eius] id eſt, inæternum permanſura eſt repa
Marc.10. ratio humani generis. [Dicat nunc Iſrael: quoniam bonus ]id eſt, quod ego ſentio de
bonitate eius, ſentiant omnes per fidem deum videntes [quoniam in ſeculum miſeri-
cordia eius] & hoc profiteantur mecum boni ſubditi de Iudæis. [Dicat nunc domus
Aaron]id eſt, boni prælati de circuncisione aſſumpti[quoniam bonus] de cuius partici
patione boni ſunt [quoniam in ſeculum miſericordia eius]id eſt, vſque in finem mun
di reſeruatur ad conuerſionem Iudęorum. [Dicant nunc qui timent dominum]ex om-
ni gente, quia non eſt acceptor perſonarum deus [quoniam in ſeculum miſericor-
Actu.10. dia eius] quam omnes deum timentes ſentiunt. Et de eius bonitate certus ſum, quia
eam expertus. Quando? [De tribulatione inuocaui dominum] id eſt, de tentatione,
vt non prępualeret [& exaudiuit me in latitudine dominus]id eſt, dedit mihi cor dilata
Matth.7. tum ad amorem, ſine quo per arctam viam non currit quiſquam. [Dominus mihi ad
iutor]in pugna & in agone[non timebo] quia ſecurus de deo [quid] mali[faciat]id eſt
ingerat [mihi homo]quia non Chriſtum, ſed humum amat. [Dominus mihi adiu-
tor]in omni bono faciendo[&]ideo[ego deſpiciam inimicos meos]ſpirituales & cor-
porales, quia inferiores me iudicabo pro nihilo habens eorum ſuggeſtiones & iniuri-
as. [Bonum]enim[eſt confidere in domino] id eſt, ſpem liberationis habere in deo
[quam confidere in homine]comparatiue, quia maledictus homo qui ponit carnem
Iere.17. brachium ſuum. [Bonum eſt ſperare in domino]Ieſu in ipſo habendo ſpem & delecta
tionem[quam ſperare in principibus]id eſt, in angelis, qui tenent principatum in cœ-
leſti militia. [Omnes gentes]id eſt, reprobi[circuierunt me]ad perſequendum mem-
bra eccleſiæ[& in nomine dñi] ſuſtinebo[quia vltus ſum in eos]id eſt, hæc perſecutio
facta eſt pro noie dñi glorificando: qd inde conſtat, quia eos mihi incorporaui, nõ ipſi
me ſibi. [Circũdãtes opprobrijs circũdederũt me]factis contumelioſis nõ ſemel, ſed ſæ
pe[& in noie dñi]. i. ad nomẽ dñi glorificandũ in patientia mea[quia vltus ſum in eos]
diuino



A diuino poſt impugnationes ad Chriſtum conuertuntur. [Circundederunt me ſicut a-
pes]ſcilicet dæmones & mulieres, qui in facie oſtendunt delectationem & blandimen-
ta peccati, & poſt dorſum relinquunt aculeum perpetui tormenti [& exarſerunt ſicut
ignis in ſpinis] quia carnales quaſcunque mentes igne libidinis incẽdunt [& in no-
mine domini] tendam ad ſuperna, iſtis ſpretis [quia vltus ſum in eos] id eſt, victi ſuc-
cumbunt. [Impulſus] tentatione illorum [euerſus ſum] vt præ anguſtia tæderet Iob.10
me viuere [vt caderem] in peccatum delectabilis formæ [&] tunc [dominus ſuſcepit 1.Corin.1
me] id eſt, ſurſum tulit à malo conſenſu ad deſiderium conditoris, non permittens ten-
tari vltra id quod poſſum ſuſtinere. Et bene dico ſuſcepit, quia [Fortitudo]per quem 1.Cor.10.
fortis ſum ad reſiſtendum [& laus mea dominus] id eſt, gloria cordis mei, ne carnali a-
more illiciar [& factus eſt mihi in ſalutem]contra Adam, qui factus fuit mihi in ægri-
tudinem. [Vox exultationis] internæ[& ſalutis]bonæ conſcientiæ [in tabernacu-
lis iuſtorum] id eſt, in iuſtis deo militantibus. [Dextera domini] id eſt, filius dei[fe-
cit virtutem] dans de tentatione victoriam [dextera domini exaltauit me] in gloriam
de humilitate [dextera domini fecit virtutem] quam? [Non moriar] quàmuis pec-
cauerim, quia virtus domini iuſtificat pœnitentes [ſed viuam] reſurrectione prima[& Apoc.10
narrabo opera domini] quia ſaluat pœnitentem, damnat obſtinatum. [Caſtigans]
interius conſcientiam reprehendens [caſtigauit me dominus] flagello impiorum tri-
bulantium [& morti] gehennæ [non tradidit me]cruciandum, imo per hoc audeo di-
cere. [Aperite mihi portas iuſtitiæ]id eſt, ianuas vitæ, per quas iuſti intrant[ingreſſus
in eas] quia per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum dei[confitebor do Actu.14.
mino] id eſt, laudabo Chriſtum manifeſte [hæc porta] quia Chriſtus paſſus eſt, & ita Lucæ.24
intrauit in gloriam ſuam [iuſti intrabunt in eam] id eſt, omnes imitatores Chriſti, a-
mici huius mundi intrant per portam quæ eſt initium mortis æternæ. [Confitebor ti- Porta vitæ.
bi quoniam exaudiſti me] id eſt, hoc gratiæ tuæ aſcribam, ꝙ facis me victorem inimi-
corum meorum [&]ꝙ [factus es mihi in ſalutem] æternam. [Lapidem] confeſſio-
nis] id eſt, Chriſtum [quem reprobauerunt] id eſt, cui adhærere contempſerunt[ædi-
B ficantes] ſuas traditiones ſecundum deſiderium eorum [hic factus eſt in caput anguli]
id eſt, duos populos coniungens in ſemetipſo. [A domino factum eſt iſtud] id eſt, iſta Epheſ.2.
exaltatio lapidis angularis, nectentis duos parietes[& eſt mirabile in oculis noſtris] in
concorporatione circumciſionis & præputij, id eſt, Iudæorum & gentilium. [Hæc eſt
dies] qua eccleſia conſtituta eſt [quam fecit dominus]cæteris digniorem, & ideo [exul-
temus] exterius cum laude dei in bono opere [& lætemur] interius cum mentis iucun-
ditate[in ea]perſeuerantes per fidem & dilectionem. Et vt ego in ea non deficiam. [O
domine ſaluum me fac] peccata remittendo [o domine bene proſperare] id eſt, fac ita
proſperari nos, vt labor noſter inanis non ſit, & hoc dicamus [benedictus qui venit in
nomine domini]id eſt, qui non quærit gloriam ſuam, ſed laudem nominis Ieſu Chri-
ſti. [Benediximus vobis]o apoſtoli & ſancti [de domo domini]id eſt, de conſtitutione 1.Cor.10
eccleſiæ[deus] pater [dñs & illuxit nobis] id eſt, innotuit nobis per aduentum filij ſui
ad nos. Ergo [Conſtituite diem ſolennem] in cordibus veſtris ſabbatizando cum gau
dio ſpirituali, laudantes & iubilãtes in Ieſu, cum almiphonis odis & ardentiſſimo amo- Cordis ſynceri ſolennitas.
re [in condenſis] id eſt, in aſſiduis frequentijs diei ſolennis, eundo ad ſublimitatem di-
uinę contemplationis, & hoc eſt ire [vſque ad cornu altaris.]Et ita affectus vociferabo.
[Deus meus es tu] o Ieſu, qui ad homines veniſti [& confitebor tibi] non ero ingratus
tuæ gratiæ [deus meus es tu]qui crucifixus fuiſti à perfidis Iudæis[& exaltabo te]id eſt
altum & immenſum docebo. Et pro his omnibus. [Confitebor tibi, quoniam exaudi-
ſti me]laudabo te liberantẽ me, etiam vt alijs ſim exemplum [&] vere exaudiſti, quia
[factus es mihi in ſalutem] ter hoc verbum poſuit propter ſalutem conſcientiæ in hac
vita, & animæ in gaudio cœli, & propter corporis & animæ glorificationem in iudi-
cio. Ergo & vos & alij exemplo meo commoniti. [Confitemini domino] Ieſu[quo-
niam bonus] in ſe & nobis bonum faciens [quoniam in ſeculum] permanſura eſt
miſericordia eius.]

## Pſalmi CXVIII. Enarratio.

Et durat hic pſalmus vſq; Ad dominum cum tribularer. &c.

BEati immaculati in via]&c. Hic pſalmus centeſimus decimusoctauus de laude legis dei, inſtitutor eſt fidelium, paradiſus omniũ pomorum. Quanto in ſuperficie videtur apertior, tanto ſenſuũ ſubtilitate profuudior, ſimilibus verbis contextus, modo profitendo quod accepit, modo iterum eadem ſperando quæ meruit. Docetur etiam qua via ad beatitudinem tendemus, ſcilicet per fidei veritatem & morum honeſtatem. Non autem pars moralis ſcientiæ hic continetur, ſed tota plene & perfecte, quæ ad viam beatitudinis oſtendendam ſufficit. Vice tituli præponuntur ſingulis octonis ſingula Hebraicarum nomina literarum. C

Iohan. 14
Via ſine errore Chriſtus
Hebr. 12
Scripturas interpretantiũ diuerſitas

א Aleph] doctrina dicitur: vera autem doctrina eſt, qua deum & proximum didicit, & ex hoc fiunt. [Beati] hic in ſpe in futuro in re, hic q ſunt [immaculati] id eſt, qui viuunt ſine crimine [in via] id eſt, in Chriſto, qui eſt via ſine errore, extra quam viam nemo recte graditur [qui ambulant] id eſt, operantur, non ocioſe ſedentes, nec remiſſis manibus, nec diſſolutis genibus [in lege domini] id eſt in charitate. [Beati qui ſcrutantur teſtimonia eius] id eſt, quid nobis teſtetur per ſcripturas ſanctas: ergo, nõ ſunt beati, ſed magis ſuo ſenſu iudurati, q docere volunt alios quod ipſi neſciunt: cum a deo nec ſint inſpirati, nec ab hominibus docti: non iſti ſed ſcrutantes teſtimonia dei in charitate & propter charitatem [in toto corde] id eſt, perfecte [exquirunt eum] vt ipſe ſit ſui cordis poſſeſſor. Et vere ita eſt. [Non enim qui operantur iniquitatem] qui perſeuerant in ſuperbia & præſumptione, abientes poſt Satanam [in vijs eius] id eſt, in humilitate, patientia, & munditia, quibus ad ipſum peruenitur [ambulauerunt] quàmuis aliter ſibi videbatur: quia putãt ſe ſummos, cum inferiores ſint. Quod inde conſtat, quia [Tu mandaſti mandata tua cuſtodiri] ab omnibus [nimis] id eſt plene vſque ad ſanguinem, quia melius eſt mori, quàm vel minimo mandato contraire. Et cum ita ſit, ꝙ tam diſtricte iudicabis de cuſtodia præceptorum, & per me non ſufficio ad hæc. [Vtinam] te dante [dirigantur viæ meæ] & affectiones cordis mei, per quas venio ad te, ſi dirigantur [ad cuſtodiendas iuſtificationes tuas] id eſt, ad cuſtodiendum præcepta tua ſe cuſtodientes iuſtificantia. Et merito hoc deſidero. Quia [Tunc non confundar] & non erit ſuper me hoſtilis irriſio: Hic homo incœpit ædificare, & non poteſt conſummare [cum proſpexero in omnibus mandatis tuis] id eſt, cum me in eis tanquam in ſpeculo conſpicio, & ſi aliquod mandatum fregero, tunc inueniam, & confundar ab inimicis. Quod ne contingat. [Confitebor tibi] id eſt, laudabo te, cum me talem intellexero, qui non timeat hoſtes, & hoc [in directione cordis] id eſt, per hoc ꝙ cor meũ eſt directum ad te ſolum amandum & fruendum, & [in eo quod didici iudicia iuſtitiæ tuæ] id eſt, in eo ꝙ doctus ſum reprobare, quæ iuſto iudicio reprobas. Et directis iſto modo vijs meis. [Iuſtificationes tuas] id eſt, mandata tua quæ iuſtificant [cuſtodiam] integre, & ne deficiam [non me derelinquas vſque quaqꝫ] id eſt, millo tempore, quia qui dereliquiſti deuium, non derelinquas correctum.

1. Tim. 5.
2. Cori. 3.
Lucæ, 14.
D

Peccatũ homines cõfundit.

ב Beth] id eſt, confuſio de qua docet exire, ſcilicet de confuſione peccati, quod ſolum confundit hominem in conſpectu dei: & hoc faciat in adoleſcentia, in qua eſt tempus diſcernendi, nam.

In quo corrigit adoleſcentior] qui non mature nec ordinate ſe geſſit [viam ſuam?] malam & confuſione dignam: & reſpondet [in cuſtodiendo ſermones tuos] hæc enĩ eſt recta linea correctionis, implere quę pręcepiſti. Et vt pro me loquar [In toto corde meo] nullum locum relinquens aduerſario [exquiſiui te] non aliquid aliud, & ideo [ne repellas me à mandatis tuis] à mandatis tuis cuſtodiendis: ſicut repellis eos qui te corde toto nõ exquirũt. Et vere ſic ego feci, quia [In corde meo] quaſi in arca. Nota, ꝙ genus peccati eſt indignis ſecreta reuelare: q̊d quis facit, vel adulatione vt placeat, vel auaritia vt lucretur, vel iactãtia vt plura ſcire videatur, vel loquacitate incauta, dum ſine diſcretione volat verbum irreuocabile. Hæc ſecundum gloſam Lumbardi [abſcondi eloquia tua] ne reparentur à me per latrones inſidiantes [vt non peccem tibi] id eſt, vt memoria ſemper me reuocet à peccato. Et hoc non mihi, ſed tuæ bonitati

Coloſ. 3.

aſcribo



A aſcribo gratias agens, & dicens. [Benedictus es domine] laudatus à creatura, & à deo [doce me iuſtificationes tuas] vt illas impleam. [In labijs meis] id eſt, aperte [pronunciaui] alijs [omnia iudicia oris tui] id eſt, docui eos reprobare, quæ verbo tuo reprobanda iudicaſti. Quod vere patet, quia [In via teſtimoniorum tuorum] id eſt, in inflectione ſcripturarum, quæ te teſtantur [delectatus ſum] interna iucunditate [ſicut in omnibus diuitijs]. i. omnimodas diuitias mihi oſtendunt, in quibus delector. Ergo vere decipiuntur amatores mundi, qui bona temporalia diuitias putant, cum propheta dicat, ꝙ omnes diuitiæ ſunt in via dei, & ſic in via mundi nullæ ſunt. Et ideo [In mandatis tuis] implendis [exercebor] id eſt, totum ſtudium meum impendam [& conſiderabo vias tuas] quid iuſte, quid miſericorditer facias: quæ præmia bonis, quæ tormenta malis præpares. [In iuſtificationibus tuis meditabor] id eſt, in tuis præceptis erit meditatio mea, non in concupiſcentijs, vt caſtigem corpus meum, & ſic faciens [non obliuiſcar ſermones tuos]; ecce quantum horret confuſionem, qui tantam ſpondet correctionem.

Sap. 7
Diuitiæ invia dei ſunt.

ג Gimel] id eſt, retributio, ſcilicet viuificationis, quæ conuerſo debetur, qui dicit.

Retribue ſeruo tuo] non libero ſuo qui peccat ad placitum, quæ ſit retributio pœnitenti? [viuifica me] intus vt pleniorem conſequar iuſtitiam [&] ita [cuſtodiam ſermones tuos] eos implendo. Et vt hoc ſine errore faciam. [Reuela oculos meos] id eſt, illumina cor meum [&] tunc [conſiderabo mirabilia de lege tua] quia præcipis inimicos diligi, quod eſt mirabile, quando conſideratur, & poſtea vere impletur, ad quod faciendum idoneum me facio, quia [Incola ego ſum in terra] id eſt, peregrinus, non quærens hic manentem ciuitatem, ſed ad æternam tendo: quod non faciunt hi qui amant mundum, & non conſiderant mirabilem dilectionem dei, & ideo [non abſcondas à me] qui conſidero & impleo [mandata tua] per quæ redibo ad patriam. Ab illis mundi amatoribus abſcondis: ſed [Concupiuit anima mea] id eſt, ratio [deſiderare iuſtificationes tuas] id eſt, non in anguſtia, ſed cum ſumma delectatione implere deſidero, & hoc [in omni tempore] id eſt, continue in proſperis & aduerſis. Et bene, nam [Increpaſti ſuperbos] id eſt, inobedientes æternæ morti adiudicaſti, quia [maledicti] id eſt, maledictioni ſubiacent [qui declinant à mandatis tuis] id eſt, ab obſeruatione mandatorum tuorum, hi maledictione dei feriuntur, qui correpti non emendantur, ſed deteriorantur. Et ideo [Aufer à me opprobrium & contemptum] id eſt, fac me ita ſanum in conſcientia, & perfectum in vita, vt nihil probroſum vel contemptu dignum mihi obijci poſſit [quia teſtimonia tua exquiſiui] cognoſcere & implere. [Etenim ſederunt] id eſt, moram circa me fecerunt [principes] id eſt, dæmones quærentes ſubuerſionem meam [& aduerſum me loquebantur] mala ſuggerentes, quæ nocent animæ [ſeruus autem tuus] non illorum [exercebatur in iuſtificationibus tuis] mente & opere, non conſentiens prauæ ſuggeſtioni. [Nam & teſtimonia tua] id eſt, martyria te teſtificantia [meditatio mea eſt] eadem pati deſiderans [& conſilium meum] id eſt, conſiderata ratio eſt [iuſtificationes tuæ] implendæ à me, quaſi diceret, hoc eſt conſilium meum, vt impleam ea quibus iuſtificas hominem.

Matth. 5.
Lucæ. 6.
2. Cor. 5
Hebræ. 13
B
Iohan. 12

ד Deleth] id eſt, timor, ne ſic correctus & viuificatus fatigetur vſque ad deſperationem.

Adhæſit pauimento anima mea] id eſt, infimis cupiditatibus propter neceſſitatem carnis [viuifica me] id eſt, à terreno amore me penitus ſubleua, vt ambulem [ſecundum verbum tuum] non ſecundum carnem. [Vias meas enunciaui] id eſt, fœditatem viarum mearum confeſſus ſum [& exaudiſti me] quia in vera confeſſione omnia lauantur [doce me iuſtificationes tuas] quibus intellectis perfectam aſſequar correctionem. [Viam iuſtificationum tuarum inſtrue me] vt te doctore ſciam quo ordine & moderamine ad eam perueniam, non remiſſius nec intentius agens quàm iubes [&] ita edoctus [exercebor in mirabilibus tuis] id eſt, in dilectione inimicorum, quo præcepto nullum mandatum mirabilius habetur. [Dormitauit] id eſt, torpuit [anima mea præ tędio] acedia ſurrepente, & excutiendo omne tędium [confir-

Cõfeſſione vera omnia lauantur.
Matth. 5.
Lucæ. 6.



ma me]

ma me ] .i. da perſeuerantiā[in verbis tuis]exequendis. Et vt hoc fiat[Viā iniquitatis] C
qua receſſi à te[amoue à me]vt nunquam in ea ſim[& de lege tua]id eſt, fide operante
Gal. 5 per dilectionem[miſerere mei]id eſt iuſtifica me. Et vere miſereberis. Quia [Viam ve-
ritatis]quæ perducit ad patriam[elegi]præuentus gratia tua[iudicia tua]id eſt, quę pre-
mia iuſtis, quę tormenta impijs reſtant[non ſum oblitus]ea in memoria habens[Adhę-
ſi teſtimonijs tuis domine ] id eſt, ſermonibus qui te teſtantur, toto corde coniunctus
ſum, & ideo[noli me confundere]id eſt priuare ſpe mea, confunditur enim qui ſpe pri-
uatur. [Viam mandatorum tuorum cucurri]id eſt, non tantum dilexi, ſed remotis im-
pedimentis ſeculi, mandata tua perfecte impleui, & hoc non potui facere in omni tem-
Roma. 5. pore, ſed[cum dilataſti cor meum]per charitatem, vt & nocentes me diligerem.

He] id eſt, eſſe, quia in lege deſiderat, & hanc ſibi poni ne aberret, orat,
dicens:

Legem pone mihi domine]id eſt, Chriſtum[viam iuſtificationum tua-
rum]ſcilicet formam & regulam, quā non tranſgrediar, qui nobis factus eſt
via, id eſt, morum diſciplina: quia tibi amore ſeruitur non timore [ & exquiram eam
Iohan. 14 ſemper]proficiendo in ea vſq; ad perfectionem. [Da mihi intellectum]ſcripturarum,
quia per me ad hoc non poſſum attingere[&]ſic[ ſcrutabor legem tuam ] id eſt, myſti-
cos intellectus[& cuſtodiam illam in toto corde meo]id eſt, in tota mentis meæ deuotio-
ne. Et quia non recte poteſt intelligere, niſi homo ſtudeat implere quæ intelligit. Ideo
Ad intelligentiā ſcripturarum, qd requirat. [Deduc me]ita affectum ne aberrem[in ſemita mādatorum tuorum]id eſt, in arcta via
poſitum quæ ducit ad vitam, vt viles affectus carnales gladio ſpiritus occidantur: & me-
rito[quia ipſam]ſcilicet ſemitam arctam[volui]id eſt, ſponte amore tuo intraui illam,
non ſolum, quia timui. In qua vt perſeuerem [Inclina cor meum in teſtimonia tua]
id eſt, fac me humiliter velle vt ea propter ſe impleam, vt amem ea ſuper omnia quæ de
hac vita poſſunt adipiſci [ & non in auaritiam] id eſt, vt non faciam ea propter lucra
Matt. 7. Ephe. 6. Iohan. 10. Eccle. 1 temporalia, q̊d eſt mercenariorum. Et vt hoc liberius compleam [Auerte oculos me-
os] interiores ſcilicet cordis [ne videant vanitatem ] id eſt, ne attendant vanam glori-
am, & vanos ac falſos honores huius mundi, quos non quærit obſeruantia præcepto-
rum tuorum, ſed [ in via tua viuifica me]quia non viuit qui in ea non eſt, nec poteſt
quis viuificari niſi in illa. Quum vitam exquirenti[Statue ſeruo tuo eloquium tuum] D
quaſi intranſgreſſibilem terminum [ in timore tuo ] caſto, non in timore pœnæ. [Am-
puta opprobrium meum ] id eſt, illam probroſam intentionem meam [quod ſuſpica-
tus ſum]id eſt, quam de alijs ſuſpicabar tanquam tibi propter te non ſeruiant: hoc enim
quis ſuſpicatur in alio, quod ſcit in ſeipſo [ quia iudicia tua] quibus iudicas veritatem
amari propter ſe[iucūda ] id eſt, mentem iucundantia, vt autem prædictum opprobri-
um amputetur. [Ecce concupiui mandata tua ] implere propter te [ & ] ideo [ in
æquitate tua ] id eſt, in hac recta conſideratione æquitatis tuæ poſitum[viuifica me]vt
amplius in amore tuo ardeam.

Vau]id eſt, ipſe ſcilicet Chriſtus, quem ſingulare præſidium inuoco.

Et veniat ſuper me miſericordia tua domine ad obtinendam in bono per-
ſeuerantiam, in ſuperiorem rationis meæ partem ſit miſericors conſolator[ſalu-
tare tuum ] id eſt, ſaluatio tua [ ſecundum eloquium tuum ] id eſt, ſicut promi-
ſiſti afferentibus verbum tuum [Et] ita inſtructus [ reſpondebo exprobrantibus mi-
hi ] mala quæ ante conuerſionem meam commiſi [ verbum ] miſericordiæ diuinæ,
Roma. 8 quia vere pœnitentibus omnia dimittuntur[quia in ſermonibus tuis]id eſt, in promiſ-
Cōtra p̄ſumentes in ſcientijs proprijs. ſis tuis [ ſuperſperaui ] id eſt, magis ſperaui de illis, quàm timui de peccatis. [Et ne
auferas de ore meo verbum veritatis ] id eſt, non erubeſcam coram hominibus defen-
dere veritatem propter te [vſquequaque ] .i. nec vita nec morte. Nota ꝙ dicit verbum
veritatis, quia nonnulli pro deo volunt ſuſtinere verbum falſitatis, alijs credere no-
Hæretici dicuntur fœtentes martyres lentes quàmuis melius literatis: hi in ſenſu proprio ſunt indurati, & non poſſunt vin-
ci, ſed fugiendi tales. Si occidantur, quàmuis miracula faciant, tamen vt vulgus di-
cit, ſunt fœtentes martyres[ quia in iudicijs tuis ] id eſt, in flagellis iuſtorum [ ſuper-
Roma. 8. ſperaui ] ꝙ non ſunt condignæ paſſiones huius temporis ad futuram gloriam. [Et]
ideo [cuſtodiam legem tuam] id eſt, charitatem ſemper vſq; ad mortem [ in ſeculum]
in hac



in hac vita [& in ſeculum ſeculi ] id eſt, in cœlo, quia charitas hic incipit, & in futuro
A perficietur. [Et ambulabam ]id eſt, perſeuerabam[in latitudine ]charitatiuæ operatio-
nis late diffuſæ [ quia mandata tua exquiſiui ] quorum plenitudo eſt charitas, præ o- Rom. 13.
mnibus amaui. [ Et loquebar de teſtimonijs tuis]in authoritate ſcripturarum, quæ te-
ſtimonia tibi perhibent à veritate dicenda. [ Et meditabar ] id eſt, ſtudium meum ad-
hibui [ in mandatis tuis ] implendis [ quæ dilexi ] quia dulcia ſunt in ſe. [ Et leuaui
manus meas] id eſt, bona opera mea [ ad mandata tua quæ dilexi ] oſtendendo in me
impleta, vt neſciret ſiniſtra quid faceret dextera[& excercebar] ſine pigritia [ in iuſtifi-
cationibus tuis ] prædicandis & agendis. Matt. 6.

Zai ] duc te, vel huc, vel hic, quia de ſpe hic agitur.

Memor eſto verbi tui ] implendi [ ſeruo tuo] non peccati [in quo ] verbo
[mihi ſpem dediſti] id eſt, expectationem certam promiſſorum. [ Hæc ] ſci-
licet ſpes [ me conſolata eſt in humilitate mea ] id eſt, in deiectione & contem-
ptu [quia eloquium tuum ] id eſt, promiſſum pœnitentibus [ viuificauit me ] mortu-
um in peccato, prima reſurrectione. Ego viuificatus ſum, ſed [ Superbi ] id eſt, ino- Apoc. 20.
bedientes tibi [ inique agebant vſquequaque] id eſt, vſque ad mortem inique agunt, &
alios minis & blandimentis ad impietatem cogentes [ à lege autem tua non declinaui]
quàmuis ab impijs & ſuperbis tentarer, ſed [ Memor fui iudiciorum tuorum] in vaſa
contumeliæ, ad correctionem vaſorum miſericordiæ, quæ ſunt [ à ſeculo domine ] id
eſt, ab origine mundi [& conſolatus ſum ] ex lætis ſucceſſibus & proſperis poſt aduer- Roma. 9
ſa. Et propterea deſiderans alios in iſtam viam dirigi qui errant. [ Defectio tenuit me] Epheſ. 1.
id eſt, dolore contabui [ pro peccatoribus derelinquentibus legem tuam ] id eſt, volen-
tibus hic proſperari & in futuro inæternum cruciari: quod eſt contra doctrinam legis
dei, quæ docet nunc tribulationes pati, & poſtea in cœlo gloriari, quod & ego facio.
Nam [Cantabiles]id eſt, delectabiles quaſi cū cantico[erant mihi iuſtificationes tuæ] Iacob. 1.
id eſt, correctiones per flagella, quibus noſtri purgantur exceſſus, quamdiu differimur
à regno, & hoc eſt [in loco peregrinationis meæ] quia dum in corpore ſumus, peregri-
B namur à domino. [ Memor fui nocte ] id eſt, per totam vitam præſentem, quæ nox eſt 2. Corin. 5
reſpectu claritatis æternæ [ nominis tui ] Ieſu [ domine ] hoc cogitando in eo delecta-
tus ſum, vt non ſapiā quicquā niſi nomine Ieſu condiatur: omni enim ore indulcabitur
in quo retinetur, id eſt, dulcifluum reddit palatum cordis & oris dilectoris ſui, & men-
tem cogitantis ſe in canorum iubilum leuat, vt ſit ibi quaſi muſica in conuiuio vini[&]
ideo [ cuſtodiui legem tuam ] vt in bonis operibus meis nomen tuum glorificetur.
[ Hæc]ſcilicet cuſtodia legis [facta eſt mihi] per gratiam tuam[quia iuſtificationes tu- Eccli. 49.
as exquiſiui]id eſt, præcepta. Matth. 5.

Heth ] vita vel pauor, ſcilicet vt vitam conſequatur æternam, & ne impedia-
tur à bono ſperato pauet, quia beatus qui eſt ſemper pauidus. Nota octauam Prou. 28.
literam deſiderium octauæ, id eſt, reſurrectionis exponere. Inter omnia pro-
poſita.

Portio mea domine]es, ex qua, & in qua glorioſe, & beatus viuam, quam timens
amittere [dixi] id eſt, ſtatui firmiter [cuſtodire legem tuam ] id eſt, facienda facere, &
non facienda vitare. Quod quia precibus impetratur. [ Deprecatus ſum faciem tuam]
id eſt, videre te manifeſte facie ad faciem [ in toto corde meo] nullum aliud deſiderium
habens, & ideo [ miſerere mei] vt ab illo deſiderio nullatenus frauder [ ſecundum elo-
quium tuum] id eſt, iuxta promiſſum quo dixiſti: Manifeſtabo ei meipſum. Et vt ad
tam excellens gaudium obtinendum me idoneum facerem. [ Cogitaui vias meas ] id Iohan. 14
eſt, fœditatem actionum mearum interiorum & exteriorum mundare per pœnitenti-
am [&] ſic [ conuerti pedes meos ] id eſt, affectus meos [ in teſtimonia tua ] id eſt, ad
mandata tua cuſtodienda, quæ tuæ teſtificantur voluntati. Et hoc vere faciens. [Pa-
ratus ſum ] ad patiendum pro illis vſque ad mortem [ & non ſum turbatus ] quàmuis
impij, dæmones, & falſi fratres conturbare nitantur propoſitum meum [ vt cuſtodiam
mandata tua ] perſeueranter. [ Funes peccatorum circumplexi ſunt me ] id eſt, con- 1. Iohā. 2.
cupiſcentia carnis, & concupiſcentia oculorum, & ſuperbia vitæ, quibus peccato-
res ligantur, & in infernum deijciuntur, circunuallauerunt me tentantes me ligare,
ſed non perfecerunt [ quia legem tuam non ſum oblitus ] nominis tui Ieſu iugiter
memorans

memorans, in cuius memoria nemo legem obliuiſci poteſt. Nam[Media nocte] id eſt,
in maxima tribulatione[ſurgebam]id eſt,meipſum erexi[ad confitendũ nomini tuo] C
id eſt,ad laudandum nomen tuum Ieſum quo me ſaluaſti,& hoc feci[ ſuper iudicia iu-
ſtitiæ tuæ]id eſt,ſuper flagella correctionis tuæ. Et ita affectus.[Particeps ego ſum om-
nium timentium]quia qui eſt in charitate partem habet omniũ bonorum , quæ fiunt
Rom.12. in eccleſia[& cuſtodientium mandata tua]gaudens cum gaudentibus,& flens cum flen
tibus,non tamen de me præſumo. Sed[Miſericordia tua domine plena eſt terra ]longe
Prou.3. Apoc.3. lateq; diffuſa[&]ideo[iuſtificatiões tuas doce me] quia quem amas, arguis & caſtigas.
Heb.12 Thet] bonum vel excluſio impatientię,quia tendenti ad patriã aduerſa quę
imminent,bona videntur per patientiam,quæ excludit inutilem triſtitiam.
Bonitatem]id eſt,iucunditatem mentis[feciſti cum ſeruo tuo domine]
amaritudinem cum libero ſibi & ſeruo mundi,& hoc[ſecundum verbum tu
um ] id eſt,vt viuam ſicut promittis. Et ab hoc ne corruam[Bonitatem]qua perueniam
ad beatitudinem[& diſciplinam]qua omnes malos cohertiam motus,iræ,ſuperbię, cu
Doctor verus piditatis,libidinis,& gulæ[& ſcientiã]qua recte diſcernam inter bonum, & malum, &
meritorium & non meritoriũ[doce me]tu qui es verus doctor in corde hominis [ quia
Chriſtus. mandatis tuis credidi] ſcilicet illa te mandaſſe. [Priuſquam humiliarer ] per flagella
Ioh.13,15. [ego deliqui]peccando[propterea]flagellatus[eloquium tuum]id eſt,mandatum amo
ris,q̃d pręcipue pręcipis[ego cuſtodiui]correctus.[Bonus es tu]natura [ & in bonitate
tua]nõ in merito meo,vt bonitatẽ experiar[doce me iuſtificationes tuas]id eſt,doce me
Heb.12 diſciplinam tuam lætanter ferre,qua flagellas omnem filium quem recipis : ſed quæ
Prouer.3. eſt illa?[Multiplicata eſt ſuper me iniquitas ſuperborum]id eſt,malitia dæmonum vel
Apoca.3 reproborum multiplicata eſt,ad euertendum vires meas,ſed tamen[ego autem in toto
corde meo ſcrutabor mandata tua]faciens quod ipſa iubent, & non ceſſans ab eis. Et
tamen[Coagulatum eſt ſicut lac cor eorum]id eſt, induratũ eſt in malitia,econtra[ego
vero]non deceptus ab eis[legẽ tuam meditatus ſum]id eſt,emolliui cor meum ad intel
ligendum & agendum quod præcipit lex tua. Et ideo[Bonum mihi]aduenit[ quia hu-
miliaſti me]ſub iugo diſciplinæ tuæ[vt diſcã iuſtificationes tuas] .i.cognoſcam corre- D
ctiones tuas eſſe purgatorias immunditiæ meę[Bonum mihi lex oris tui]id eſt,vtile &
ſuaue magis mihi eſt viuere ea lege, qua præcipis [ ſuper milia auri & argenti ] id eſt,
Iohan. 8. quàm habere omne precioſum & deſiderabile huius ſeculi.
Apoc.12. Ioth]principium vel ſcientia,quia per ſciẽtiam humilitatis reuertar ad prin
cipium Ieſum Chriſtum.
Manus tuę]id eſt,cooperatio patris & filij & ſpiritus ſancti[fecerũt me ]
quantum ad animam[& plaſmauerũt me] quantũ ad corpus,ergo qui dedi
ſti corpus & animam[da mihi intellectum]id eſt,reforma me interius ad recte intelli-
gendum[vt diſcam mandata tua]& ſic doceam alios:contra illos qui volunt docere, &
nondum didicerũt.[Qui timent te]declinantes à malo[videbunt me]doctum ad infor
mandum ſe [& lætabuntur]imitantes conuerſationem meam[quia in verba tua] gau-
dium ineffabile promittẽtia [ſuperſperaui]id eſt,magis q̃ ſcio petere aut intelligere. In
quo me videbunt? in eo ꝙ[Cognoui dñe]te docente[quia æquitas]id eſt,æqua ſunt[iu
dicia tua] quibus humanum genus mulctaſti,& ꝙ[in veritate tua humiliaſti me]id eſt
quia iuſta eſt vindicta,quam infers pro peccato. Et quia me humilias iuſtitia. [Fiat
manus tua vt conſoletur me] in præſenti afflictione[ſecundum eloquium tuum] id eſt
promiſſum[ſeruo tuo]de cætero perſeueraturo.[Veniant mihi miſerationes tuæ]id eſt
liberatiões de multis miſerijs[& viuã]vera vita & æterna ,quo merito?[ qa lex tua ]quã
Adã neglexit[meditatio mea eſt]id eſt,ſtudiũ impendo ad implendũ eam. Et idem o-
pto inimicis meis[Confundantur ſuperbi]id eſt,erubeſcãt de ſuperbia & iniquitate ſua
[quia iniuſte iniquitatem fecerũt in me ]id eſt,ſine merito meo,bonis meis detraxerũt:
quicquid illi agant aut loquantur[ego autem exercebor in mandatis tuis ]cuſtodiendis
Rom.12. vt non reddam illis malum pro malo.[Conuertantur mihi]exemplo meo conformen
Deut.32. tur[timentes te ]caſto timore[& qui nouerunt teſtimonia tua] id eſt, quid de te teſtan-
tur eloquia ſcripturarum. Et vt me in hoc imitentur. [Fiat cor meum immaculatum]
Roma,5. id eſt,ſine macula permaneat,vt nihil niſi te attendat[in iuſtificationibus tuis] implen
dis & amandis[vt non confundar] à ſpe mea,quæ de te ſolo eſt.





A Caph ] incuruatus,quia vir ſanus longa militia feſſus iam præ nimietate de- Phi.1
ſiderij dicens ſe deficere in expectatione cœleſtis præmij, cupit diſſolui & eſſe
cum Chriſto. Vnde dicit:
Defecit]ab amore terrenorum ſuſpirãs[in ſalutare tuum]id eſt,in Chri
ſtum amandum,amplectendum,& plene fruendum [anima mea]amore languens [& Canti.5
in verbum tuum]id eſt,in impletionem verbi tendens [ſuperſperaui]gratiam pro gra- Iohan.1
tia.[Defecerunt oculi mei]interiores,ſcilicet intellectus & ratio [in eloquiũ tuum] non
ſufficienter intelligentes quod promittis[dicentes]præ magno deſiderio[quando con-
ſolaberis me?]perfecte educens me de iſtis miſerijs,quarum tædio afficior.[Quia ] iam
ardente in me charitate[factus ſum ſicut vter in pruina]id eſt,refrigerata eſt ſenſualitas
mea ab æſtu vitiorum per rorem gratiæ ſpiritus ſancti,& in hoc[iuſtificationes tuas]id
eſt , ea quæ præcipis ad iuſtitiam [ non ſum oblitus ] nec in proſperis nec aduerſis.
[ Quot ſunt dies ſerui tui?] id eſt, quàm longi & laborioſi ac multi videntur præſentes
dies his qui perfecto corde diligunt & tuam faciem videndam inceſſanter quærunt Phil.1.
[ quando facies de perſequentibus me iudicium?] id eſt, quàm tarda eſt dies qua finie-
tur iſta miſera perſecutio tentationum. Et hoc tędium eſt,ꝙ [ Narrauerunt mihi iniqui
fabulationes ] id eſt , vana & friuola & mendoſa huius mundi geſta & gaudia [ ſed ]
hæc[non] ſunt[vt lex tua]audienda & amanda,nam [ Omnia mandata tua veritas ] id
eſt,vera[iniqui perſecuti ſunt me]tentationibus blandis & aſperis [adiuua me ] ne ſuc-
cumbam.[ Paulominus conſummauerũt me in terra]id eſt,pene conſenſi prauis ſugge
ſtionibus eorum,quod ſi feciſſem,in terrenis ſordibus conſummaſſent me[ego autem]
quàmuis tam grauiter tentatus [non dereliqui mandata tua ] quia ratio non conſentit
malo,tamen [ Secũdum miſericordiam tuam viuifica me]id eſt,fac me ſemper viuum
& virtuoſum,ne quid mortiferum mihi contingat[&]ita [cuſtodiam]cum perſeueran
tia[teſtimonia oris tui]id eſt,præcepta quæ ore tuo ſanxiſti.
Lamet] id eſt,corde ſeruo vel cor ſeruitutis,quia talis toto amore ſeruit deo,
& dicit:
B Inæternum domine]abdicato apoſtata angelo[verbum tuum ] id eſt, Iſa.14.
obedientia præcepti tui[permanet in cœlo]id eſt,in angelis. [In generatio-
ne & generationẽ]id eſt,quãdiu ſuccedit generatio generationi[veritas tua]
in ſanctis eſt[fundaſti terram]id eſt,eccleſiam[& permanet] ſtabilis in fide,
quia [ Ordinatione tua]id eſt,ſecundum præfinitionem tuam [ perſeuerat dies ] id eſt, Matt.16.
intellectus ſole iuſtitiæ illuſtratus [quoniam omnia ſeruiunt tibi] id eſt,cœleſtia & ter- Mala.4.
reſtria tuis nutibus obediunt. Et vere omni ſtudio ſeruanda eſt obediẽtia tibi,quia [ Ni-
ſi ꝙ lex tua meditatio mea eſt]id eſt,niſi omnem ſolicitudinem legi tuę obſeruandæ ad-
hibuiſſem[tunc forte periſſem]id eſt,damnatus fuiſſem[in humilitate mea]id eſt,in af-
flictione quam merui. Et ideo [ Inæternum nõ obliuiſcar iuſtificationes tuas]id eſt,præ
cepta iuſtificantia quamdiu viuo habebo in memoria [ quia in ipſis viuificaſti me] id
eſt,in ipſorum obſeruatione,qui pro contemptu eorum & obliuione Adã, & omnes in-
obedientes mortificaſti. [ Tuus ſum ego]iure creationis,& redẽptionis,& ſeruitutis,vt 1.Cor.6
tibi,non mihi obediam:qui enim vult eſſe ſuus perit,& ideo[ſaluũ me fac]à vulnere pœ
næ & culpæ[quia iuſtificationes tuas exquiſiui]non meas voluntates impleui.[ Me ex-
pectauerunt peccatores]id eſt,tentantes inſidiabãtur lapſui meo[vt perderent me]id eſt
in perditionẽ irem cum illis,ſed inde liberatio[quia teſtimonia tua intellexi ] nam pec-
catores falſa pro veris perſuadent.[Omnis conſummationis] id eſt,contẽptus mundi Charitas
& patientię vſq; ad mortem[vidi finem]id eſt attendi qua intentione debeant amari ſci latũ mã-
licet,vt habeatur charitas,quæ eſt[latum mãdatum tuum]quæ eſt finis legis,& per quã datum di citur.
omnia mandata complentur[nimis]quia vſq; ad inimicum diligendum extenditur. Rom.13.
Men]viſcera vel ex ipſis,quia iſte cor ſeruitutis habens,legem dei ſe dicit Matth.5.
diligere & ſuper doctores intelligere.
Quomodo]id eſt,totis viſceribus[dilexi legẽ tuam]quæ dicit:Non
concupiſces[domine tota die] id eſt,continue [ meditatio mea eſt ] vt in- Exod.20.
telligam eam non in velamine literę, ſed ſpiritualiter.[Super inimicos meos]id eſt,plus
quam detractores & obloquutores[prudẽtem me feciſti mãdato tuo ] nam pro æternis
bonis,non pro temporalibus illud diligo[quia inæternum mihi eſt] id eſt, ad æternam

ſalutem mihi prodeſt.[Super omnes docentes me intellexi] id eſt,plus quàm veteris legis doctores,quia literæ nõ adhæſi[quia teſtimonia tua meditatio mea eſt]non perſun- C
ctorie ea legẽtis ſicut faciunt mercenarij,qui non legunt niſi pro mercede tẽporali,& cũ legerint faciunt quæ ſua ſunt.[Super ſenes intellexi ] id eſt, plus quàm phariſæi, qui ſapiẽtes videbantur[quia mãdata tua quæſiui]vt non eſſem trangreſſor illorũ: quod effectus iudicat,nam [Ab omni via mala]ſcilicet cogitationis,locutionis,& operis[prohibui pedes meos]id eſt,greſſus[vt cuſtodiã mãdata tua]& non irem poſt concupiſcẽtias meas non faciendo bonũ.[A iudicijs tuis non declinaui] id eſt,ab his quæ iudicas fieri [quia tu legem poſuiſti mihi]id eſt,regulã intranſgreſſibilẽ. Neq; hæc in anguſtia, ſed in ſumma delectatione profiteor, quia [Quàm dulcia faucibus meis] .i. palato cordis [eloquia tua]id eſt,verba ſacræ ſcripturæ[ſuper mel ori meo]id eſt,ſuper omnẽ dulcedinem corporalẽ delectant.Et hoc [A mandatis tuis intellexi]id eſt,à cõſuetudine mãdatorũ tuorũ didici[propterea].i.propter dulcedinẽ illorũ quæ magis ac magis dulceſcũt [odiui omnem viam iniquitatis]id eſt,omnem malam cogitationem,locutionem prauam, & operationem peruerſam,in quibus eſt omnis via iniqua.

In q̄bus eſt oĩs via iniqua. Eccle.18.

Nun] vnicus,quia ſic proficiens vnico dei verbo tribuit.

Lucerna pedibus meis verbũ tuum]id eſt,morũ diſciplinã habeo ex verbo tuo[& lumen ſemitis meis].i.arctioribus præceptis obſeruãtiam.[Iuraui & ſtatui]immobiliter[cuſtodire iudicia iuſtitię tuę]id eſt,reprobare quę reprobas dictante iuſtitia tua.Et ideo [Humiliatus ſum] id eſt,perſecutionẽ paſſus [vſquequaq; dñe] .i.omni genere flagellorum [viuifica me]dãdo patientiã in aduerſis [ſecundũ verbum tuũ]quo promiſiſti patientibus.[Voluntaria oris mei].i.ſacrificia laudis voluntarie oblata [beneplacita fac dñe].i.acceptabilia ſint in tuo beneplacito[& iudicia tua doce me]vt magis ac magis ſciã,quid ſit agẽdum & quid vitandum. Et ſit [Anima mea] id eſt,intẽtio ſalutis meæ[in manibus meis ſemper]id eſt,in operibus meis, vt ſim paratus aperire tibi,& offerre animam meam cum pulſaueris[quia legem tuam nõ ſum oblitus] id eſt,charitatem indefeſſe retineo. [Poſuerunt peccatores]id eſt,me carnaliter amantes [laqueum mihi] id eſt,lachrymas maternas, & lenocinia mulierum[&]tamẽ D
[de mandatis tuis non erraui] imo gladio ſpiritus affectus carnales occidi.[Hæreditate adquiſiui teſtimonia tua inæternũ]id eſt,ad hęreditatem æternam obtinendam,adhæſi mandatis tuis[quia exultatio cordis mei ſunt]& ſi corpus affligatur. [Inclinaui cor meum]id eſt,non in his gloriatus ſum tãquam ex me,ſed humiliaui cor meum[ad faciendas iuſtificationes tuas] ſine fictione [inæternũ propter retributionem] id eſt, propter retributionem æternam.

Oſeæ.14. Apoc.3. Mulierũ lenocinia laquei diaboli Epheſ.6.

Samech] audire vel firmatũ,quia audito,qui non odit patrem & matrem, ſecundum ꝙ à ſe corrupti, non ſecundum,ꝙ à deo facti,& inde à deo confirmatum ſe oſtendit, vt pro dilectione legis nullum excipiens, dicat.

Iniquos odio habui] in eo, ꝙ iniqui [legem autem tuam dilexi] qua præcipis & inimicos diligẽdos in eo quod ſunt,non in eo quod faciunt.[Adiutor meus] in pugna contra aduerſarios [& ſuſceptor meus es tu]ad mala euitanda[& in verbũ tuum] quod eſt de dilectione inimicorum,ſcilicet hominum qui nobis malum procurãt verbo,vel facto[ſuperſperaui] id eſt,ſpem ſpei addidi,quia eo magis de dei pietate ſperare poterit,quo bonum pro malo reddit,dicens [Declinate à me maligni] id eſt, diſcedite vos male igniti,qui malum pro malo redditis, & me veſtro exemplo reuocare à perfecta dilectione contenditis [&] ſic [ſcrutabor]liberius[mandata dei mei] vt non ſim tranſgreſſor in aliquo illorum. [Suſcipe me] o Chriſte ſequentem te [ſecundum eloquium tuum]id eſt,ſicut promittis ſuſcipere ſequaces tuos[& viuam]in te beate,vt [nõ confundas me ab expectatione mea]id eſt,non incurram confuſionem, qui glorioſam expecto conſummationem.Et ad hoc aſſequendum.[Adiuua me]interim tibi militãtem[& ſaluus ero]peracta militia[& meditabor]hac ſpe & intentione[in iuſtificationibus tuis]corpus meum caſtificãtibus [ſemper]id eſt,iugiter vſq; ad mortem.Et merito ſic faciã,quia[Spreuiſti].i.ſpe priuaſti [oẽs diſcedẽtes à iudicijs tuis]id eſt,recalcitrãtes contra diſciplinam tuam,& abijcientes iugũ tuũ,& iſti cõfundentur,& iuſte[quia iniuſta cogitatio eorũ]qua cogitãt cõtra ſtimulũ calcitrare,id eſt,mãdatis arctę vię nõ obedire.Hanc cogitationẽ nũc multi habent,dicentes.Non poſſumus facere pœnitentiam,

Lucæ.14. Matth.5. Lucæ.6 Rom.12. Prou.25. Deut.32. Actu.9. Matth.7. Cõtra illos q̄ dicũt ſe nõ poſſe facere pœnitentiam.





ſed facient coacti quando durior erit pœna vnius horæ q̄ eſſet hic viginti annorum. Et
A ideo [Præuaricantes]id eſt,tranſgredientes legem naturæ & legem ſcriptam, & morũ [reputaui omnes peccatores terræ]id eſt,omnes qui peccando terrenis deſiderijs adhærent[ideo]ne eſſem præuaricator[dilexi teſtimonia tua]id eſt,præcepta tuæ volũtati teſtificantia.Et vt hęc dilectio efficax ſit.[Confige]quaſi clauis[timore tuo]caſto carnes meas]id eſt,carnalia deſideria,vt non defluant,ſed refrenentur[à iudicijs enim tuis]iuſtis[timui]quia nemini parcis peccanti,& etiam quandoq; non peccantes grauiter affligis,vt probentur & glorioſius coronentur.

Nõ peccãtes quandoq; affligunt. Iacob.1.

Ain] oculus,id eſt,inter bonum & malum habeat diſcretionẽ,& dicat:

Feci iudicium]declinans à malo[& iuſtitiam]faciens bonum,ideo[nõ tradas me]id eſt,non cedam in eorum ſententiam[calũniantibus me] id eſt, qui dicunt me non rectam tenere viam.Illi errant,& tu [Suſcipe ſeruũ tuum in bonũ]gratiæ & gloriæ,quem putant deuolutũ in malum culpæ & pœnæ, & ſic[nõ calũnientur me ſuperbi].i.nõ timeã falſam calumniã diaboli et miniſtrorum eius,quia [Oculi mei]id eſt,oculi intentionis meæ[defecerunt]à ſe intendentes [in ſalutare tuũ].i.in Ieſum amandũ & videndũ[& in eloquiũ].i.in charitatẽ ſe dilatat,non curans de lucro mundi[iuſtitiæ tuæ]id eſt,quæ iuſtificat. [Fac cum ſeruo tuo] te fideliter timente[ſecundũ miſericordiã tuã]non ſecundũ iuſtitiam ſuam[& iuſtificationes tuas doce me]id eſt,quibus gradibus ad ſumma iuſtitiæ perueniã. [Seruus tuus ſum ego]non liber meus[da mihi intellectum vt ſciam teſtimonia tua] ſine errore ſpiritum viuificantia.[Tempus faciendi dñe]id eſt,implendi quod lex iubet ad honorẽ domini,quia[diſſipauerunt]reprobi in eccleſia non merito,ſed nomine tantum[legem tuam]abutendo ea dolo & nequitia.[Ideo dilexi teſtimonia tua]ſpiritualiter intellecta[ſuper aurum & topazion]id eſt,ſuper omnia quę ſunt maximi precij in hoc ſeculo. [Propterea]id eſt,propter gaudium quod in ſcripturis ſanctis inueni [ad omnia mãdata tua] lata & arta implenda[dirigebar]non declinans ad dexteram vel ſiniſtram[&]ſic faciẽs [omnem viam iniquam] .i. omne peccatum cordis,oris,& operis[odio habui]ſic iuſti
B diriguntur,errant omnes qui aliter ſapiunt.

Daniel.9 Prou.8. Arta & lata mandata.

Phe] error,cuius tam ſui q̄ calumniantiũ reminiſcens,ſed prius ponit ꝙ nõ diſſipanda ſed amanda ſit lex dei dicens:

Mirabilia teſtimonia tua domine ] vel quia digna admiratione ſunt, cum iubeant inimicos diligi,vel quia ſi ſolam literam inſpicias,quædã nihil vtile habere videntur[& ideo ſcrutata eſt ea anima mea]non ſecundum literam occidentem,ſed in eo ꝙ faciunt mirabiles obſeruantes ſe ſpiritualiter intellecta,nã [Declaratio ſermonum tuorũ]id eſt,manifeſta & vera expoſitio[illuminat]humã mentem ad cognitionem veritatis,vt non ſemper in vmbra iaceant [& intellectum] verum [dat paruulis]non ſenſu ſed malitia,id eſt,humilibus.Et vt intelligerem.[Os meum aperui]id eſt,auiditatem cordis mei ſicut ſitiens in æſtu[& attraxi ſpiritum ] deuotionis te inuocando in auxilium deſiderij mei[quia mandata tua deſiderabã] habere & ſeruare.Et ideo[Aſpice in me]id eſt,vide conatũ meum ad videndũ te[& miſerere mei]dando gratiam qua perueniã ad hoc,quod peto[ſecundũ iudiciũ diligentiũ nomẽ tuum] id eſt,habeã vitã æternæ gloriæ,ſecundũ quod iudicas te facturũ diligentibus nomen tuũ, interim [Greſſus meos]id eſt affectus[dirige]in beneplacito tuo,vt te ſequantur [ſecundũ eloquiũ tuũ]ſecundũ quod promiſiſti[& nõ dñetur mei oĩs iniuſtitia].i.nulla mala cõcupiſcẽtia præualeat. [Redime me à calũnijs hoĩm].i.fac me ſecurũ à falſis impoſitionibus criminũ,quæ fiunt ſæpe contra me,vt non timeã eas,quia ſuauis conſcientia iugiter gaudebit[vt cuſtodiam mandata tua]etiã inter ipſas calũnias,ſciens ꝙ non iudicium temerarium illorũ,ſed tuũ verũ ſtabit.Et vt hoc vere in me ſentiam.[Faciẽ tuam illumina ſuper ſeruũ tuũ]id eſt,hilarẽ & blandam ſuper me tibi ſeruientẽ oſtende,quam iratam & aſperam oſtendis ſuper illos ſeruos mundi, q̄ mihi falſum crimen imponunt [& doce me iuſtificationes tuas]ſecundũ perſeuerantiam:quas quantũ diligã, inde conſtat,ꝙ [Exitus aquarum]id eſt,riuos lachrymarum[deduxerunt oculi mei]qua cauſa? [quia non cuſtodierunt legem tuam]calumniantes.Ecce quãta eſt charitas, quæ etiam aduerſariorum luget peccata.

Matth.5. Lucæ.6. 2.Cor.3 Matth.11 1.Cor.14 Prou.15. Eccli.39. Facies dei bonis blanda malis aſpera.

Sade]id eſt,iuſtitię,quia quàmuis in peccatoribus ſit mihi deſolatio qui me C
calumniantur,in te tamen eſt conſolatio.Nam:
Iuſtus es dñe]& ego innocens,vnde lætari poſſum in retributione iu-
Roma.9 ſtitiæ[& rectum iudiciũ tuum]id eſt,neminem repellis niſi iuſto iudicio.Et
vere iuſtus,quia [Mandaſti iuſtitiam]id eſt,iuſta præcepta per nuncios facis [teſtimo-
nia tua].i.tuæ voluntatis[& veritatem tuã]id eſt,veræ tuæ fidei[nimis] .i. quæ excedit
noſtrã intelligentiã.Et quia tam eminentia.[Tabeſcere me fecit] id eſt, dolore marce-
ſcere[zelus meus] id eſt,indignatio,vel magnus amor,quo animas ab errore reuocare
ſtudui,& nõ potui[quia obliti ſunt verba tua inimici mei].i.q me odiunt,etiã tua verba
contẽnunt.[Ignitum eloquiũ tuum vehementer]ab effectu,qa animũ meũ igne amoris
tui vehementer inflammauit[&]ideo[ſeruus tuus]id eſt,tibi obediẽs[dilexit illud] tra-
ctus mira delectatione,pro qua dilectione.[Adoleſcentulus ſum ego]id eſt,puerilis ſen
ſus reputatus inter ſapientes mundi[& contẽptus]id eſt,iniurijs & probroſis verbis affe
ctus,& tamen[iuſtificationes tuas nõ ſum oblitus] id eſt, me tua gratia eſſe iuſtum non
mea iuſtitia recordor. [Iuſtitia tua] qua nos iuſtificas[iuſtitia inæternum]id eſt,valet
ad æternitatem nos perductura[lex tua]ſcilicet noua[veritas]non iam vmbra , pro cu-
ius amore.[Tribulatio & anguſtia inuenerunt me].i.nullam tribulationẽ vel anguſtiã
ſubterfugi,nam [mandata tua meditatio mea eſt]quia q dicit ſe in Chriſto manere de-
1.Iohã.2. bet ſicut ipſe ambulauit & ille ambulare.[Aequitas teſtimonia tua inęternum]id eſt, æ-
quum eſt vt caput ſequãtur mẽbra,quod tu ipſe teſtaris inęternũ prodeſſe,& ideo[intel-
lectum da mihi]teſtimoniorum tuorum[& viuam]inæternum.

Coph] concluſio concluditur homo neceſſitatibus mundi,quia periculis
vrgetur,ſed quid in concluſione dicendum ſit videt
Clamaui in toto corde meo]nõ tantum ſtrepitu labiorum[exaudi me
dñe]oppreſſione concluſum[iuſtificatiões tuas requirã]non meas volupta-
tes.[Clamaui ad te]qui ſolus vbiq; potes adiuuare [ſaluũ me fac] à miſerijs
quæ me concludũt[vt cuſtodiã mandata tua]id eſt,vt fiat in me quod me ve
lis facere.[Pręueni]multos qui ante me inccœperunt[in maturitate]id eſt,in perfecta cõ
uerſatiõe[et clamaui]magno deſiderio cordis te quærẽs[& in verbo tuo]quo promiſiſti D
gaudium æternum intendẽs[ſuperſperaui]quia promiſſiones tuę omne deſiderium ſu
Matth.6 perant.[Præuenerunt]inſidiantes mihi[oculi mei]interiores in contẽplatione [ad te]
Lucæ.11. ſciendum & amandũ[diluculo] id eſt,in primo ortu gratiæ[vt meditarer]cũ ſtudio &
intellectu[eloquia tua]ſcripta in lege & prophetis.Et ideo [Vocẽ meam audi]auferẽdo
pœnam peccati[ſecundũ miſericordiã]qua miſeris cõpateris [& ſecundũ iudiciũ tuũ]
quo iudicas pœnitentibus vitã dare[viuifica me]in anima vt in hac nunq̃ moriar,nam
[Appropinquauerunt perſequentes me iniquitati] id eſt,in tanto furore ſunt dilapſi ꝙ
Iohan.13 volunt inferre mortem carnis,& ideo[à lege autem tua]qua præcipis proximum eſſe di
ligendũ[longe facti ſunt]abeuntes in regionẽ diſſimilitudinis,ſed qui volũt pœnitere.
[Prope es tu dñe]ad remittendum quod male geſſerunt[& omnes viæ tuæ veritas]id eſt
præcepta tua vera ſunt & neminẽ fallunt.[Initio cognoui de teſtimonijs tuis] & hoc co
gnoui à primis inſtitutis tuis[quia inæternum fundaſti ea]id eſt,ꝙ neglecta mortem in
ferunt,ſeruata proficere nos facient ad æternitatem.

Colo.1 Res] caput.i.Chriſtus de cuius capitali virtute,quæ eſt hũilitas hic agitur.
Ephe.1 Vide humilitatẽ meam]quæ initium,& cuſtos eſt virtutũ & caput [&
Hũilitas eſt virtutũ cuſtos. eripe me]à tentationibus ne corruam per ſuperbiam[quia legẽ tuam] .i.o-
bedientiam tibi[nõ ſum oblitus]& ſi in aliquo exceſſero. [Iudica iudicium
meũ] .i.hic vre & ſeca ad cõmodũ meum,vt alibi nõ iudicer[& redime me]nihil in me
purgandum relinquens[propter eloquiũ tuum viuifica me]humilitatẽ obſeruantẽ qui
Rom.10. non obſeruantes mortificas,nam [Longe à peccatoribus ſalus] id eſt,à ſuperbis , qa de
ſua iuſtitia præſumpſerũt[& iuſtificationes tuas non exquefierunt]recte quia putabant
ſe eſſe aliquid.[Miſericordiæ tuę multę dñe]quia multipliciter miſeris miſereris[ſecun
Lucæ.18 dum iudiciũ tuum]quo humiles exaltas[viuifica me]vt amplius creſcã in virtute , quia
[Multi ſunt qui peſequuntur me]mortifera ſuadẽdo[& tribulant me] flagella inferen-
do[à teſtimonijs tuis]id eſt à mandatis te teſtificantibus[non declinaui]ſed potius do-
lui,quando [Vidi præuaricantes]id eſt,tranſgreſſores legis[& tabeſcebam] id eſt,dolo
re affici-



re afficiebar[quia eloquia tua non cuſtodierunt]ſed magis ſua praua deſideria impleue
A runt.[Vide quoniã mandata tua dilexi dñe]non tantũ in me ſeruando,ſed & in alijs ze
lando,& ideo[in miſericordia tua]non in iuſtitia mea[viuifica me] amore contẽplatio
tionis diuinæ.[Principium]id eſt,principalis intentio[verborum tuorũ veritas] vt im-
pleant quod promitttuut,quia [inæternum]ſunt[omnia iudicia iuſtitiæ tuæ]id eſt,præ-
mia iuſtorum & tormenta impiorum.

Sin] id eſt,ſuper vulnus,quia fundato in humilitate emplaſtrum eſt tribu-
latio,vera dicit:
Principes]id eſt,potentes huius ſeculi[perſecuti ſunt me gratis]quia
nihil eis nocui[& à verbis tuis formidauit cor meum]non à minacibus ver
bis principũ. [Lætabor ego ſuper eloquia tua]victor perſequentium me[ſicut qui inue
nit ſpolia multa]id eſt,inſtar eorũ qui multa ſpolia detrahunt hoſtibus. Et ad hoc faciẽ
dum.[Iniquitatẽ odio habui & abominatus ſum]id eſt,prorſus abhorrui[legem autem
tuã dilexi]implens eam amore non timore. [Septies in die]id eſt,non ingratus benefi- Laudem dicit Dauid deo ſepties ĩ die
cijs tuis,ſed illuminatus ſeptiformi gratia[laudẽ dixi tibi]id eſt,laudaui te ſine intermiſ
ſione horarũ determinatarũ.Vel[ſepties in die]id eſt,per totam vitã pręſentẽ,quę ſeptẽ
diebus agitur[ſuper iudicia iuſtitię tuæ].i.ſuper flagella quę iuſte incipiunt à domo dei.
Et quàmuis flagellemur,tamen [Pax multa]interna & externa, qa ſine murmuratione
ſuſtinẽt [diligentibus legẽ tuam] illis qui non diligunt legem tuã eſt multa impatiẽtia,
& longe diſtant ab alijs[& nõ eſt illis ſcandalum]quia continue & cũ lætitia portant iu
gum Chriſti.[Expectabã ſalutare tuũ dñe]quaſi diceret:ideo pacem habebã, qa flage- Matth.11
la mihi ad ſpem ſalutis prodeſſe ſentiebam[& mandata tua dilexi]non mea deſideria. Roma.5.
[Cuſtodiuit anima mea teſtimonia tua]ſicut precioſum theſaurum cordis[& dilexit ea Eccli.4.
vehementer]vt vſq; ad mortẽ certarem pro eis.[Seruaui mandata tua]noua[& teſtimo Ierem.11
nia tua]vetera[quia omnes viæ meæ in conſpectu tuo]id eſt,te teſte qui probas renes & Matth.5.
corda ꝙ opera mea facio coram te ad honorẽ tuum non vt ab hominibus videar.

Tau] ſigna vel errauit vel conſummauit.In vltimo enim octonario vt feli-
B citer cõſummetur orat,& vt reportetur ad caulas dicens:
Appropinquet deprecatio mea in conſpectu tuo dñe] id eſt,vicinior de
tur acceſſus,vt oratio mea attentius audiatur[iuxta eloquiũ tuum]quo dicis Prou.8.
diligentes me diligo[da mihi intellectũ]vt inſeparabiliter adhæream volũtati tuæ. [In
tret poſtulatio mea in cõſpectu tuo]à ſimilitudine legatorũ,qui admittũtur in cõſpectu
dñorum ſuorum[ſecundum eloquiũ tuũ]facientem [eripe me] à luto cõcupiſcẽtiarum
& vanæ gloriæ.[Eructabunt labia mea]de intima vena cordis[hymnũ] .i.laudẽ tuam Hymnus quid ſit.
cum canoro iubilo[cũ docueris me iuſtificationes tuas].i.cum doctus fuero in iuſtitia.
[Pronunciabit lingua mea eloquiũ tuũ]orando & adhortando [quia omnia mandata
tua æquitas]id eſt,in eis nihil iniquũ eſt, & ad dilectionẽ dei pertinet.[Fiat manus tua] 2.Cor.3
adiutrix[vt ſaluet me] à malo[quoniam mandata tua elegi]vt obediam eis:ad quæ ob Phil.2.
ſeruanda,vt ſufficiã dona perſeuerantiam,nam [Concupiui ſalutare tuum dñe]non va Finis omniũ eſt ſalus æterna.
nam ſalutem huius vitæ[& lex tua meditatio mea eſt]quia finis omnium eſt, ſpes ſalu-
tis æternæ,non felicitas huius temporis. [Viuet anima mea] vita gratiæ quàmuis cor-
pus affligatur [& laudabit te]& in flagellis [& iudicia tua] quæ fiunt ad purgationem
meam in pręſenti[adiuuabunt me]vt non crucier in futuro.[Erraui]in primis parenti
bus[ſicut ouis quæ perijt]deſerente ſe ſuo paſtore,& nunc [quære ſeruum tuum domi-
ne]id eſt,tibi obedientem reporta ad paradiſum,à quo erraui[quia mãdata tua nõ ſum
oblitus]ex eo tempore quo ſum inuentus.

¶Pſalmi CXIX. Enarratio.

AD dominum cum tribularer]&c.pſalmus iſte exiſtẽs canticũ,id eſt, laus & exulta
tio eſt graduum, id eſt,de gradibus,id eſt,virtutibus loquẽs. Et ſicut in templo Sa- Gradus quindeci.
lomonis quindecim gradus erant,per quos de primo tabernaculo ad ſecũdum vbi ſum
mus ſacerdos ſemel in anno introiuit aſcendebatur,ita per has quindecim virtutes ab il-
lis quindecim gradibus præfiguratas de hac præſenti eccleſia,quæ per primum taberna
culum præfigurata erat,ad cœleſtem patriam,quæ per ſecundum ſignificata erat,aſcen
ditur. Primus gradus eſt clamare ad dominum in tribulationibus.Vnde dicit [Ad do
minum cum tribularer]id eſt,cũ blandimentis vel deceptionibus ſeculi retraherer[cla-

 maui]

Lucæ. 9. maui voce & deſiderio[& exadiuit me]ne retro aſpicerem ad ea quæ reliquit ad ipſum C
Philip. 3. ergo clamaſſe quidam aſcenſus fuit,ſed quis clamor?[Domine libera animam meam
a labijs iniquis]id eſt, à minis iniquorum hominum ne ad talia timeat[& à lingua do-
loſa]quæ fallit ſub ſpecie conſulẽdi:& ſic periculoſior eſt quàm labium iniquum & ma
gis cauenda. Et in clamando o anima ita deliberaui dicens. [Quid detur tibi]id eſt, q̃d
conſilium[aut quid apponatur tibi]id eſt,quod exemplum[ad linguam doloſam?]re
pellẽdã vel deſtruẽdã,& reſpõdet.[Sagittæ potentis acutæ].i.verba dei corda hoĩm cõ
pungentia[cum carbonibus deſolatorijs]id eſt,cum exemplis perfectæ pœnitentiũ,qui
de mortuis reuixerunt,in quibus deſolant carnales cogitationes & affectiones,hæc mi
hi in hac peregrinatione ſunt neceſſaria,quia[Heu mihi]id eſt,dolor ineſt mihi & an-
xietas[quia incolatus meus prolongatus eſt]id eſt, habitatio mea in hac lachrymarũ
valle valde longa eſt vt mihi videtur,quam cupio ſecundum voluntatem dei toto corde
meo finiri,& ad culmen miſeriarum[habitaui cum habitãtibus cedar]id eſt, cum filijs
tenebrarum[multum]inter eos[incola fuit anima mea]id eſt,peregrina in regione diſ
Pax extra eccleſiam Chriſti non eſt. ſimilitudinis,tamen[Cum his qui oderunt pacem]id eſt,vnitatem eccleſiæ,extra quam
nõ eſt pax[eram pacificus]communicãs eis eccleſiaſtica ſacramẽta[cũ loquebar illis]
vt redirent ad vnitatẽ eccleſiæ & charitatem[impugnabant me gratis]id eſt,ſine meri-
to meo. Hi ſunt tyranni & prẹſumptuoſi,qui ſtatim cum aliqus dixerit eis veritatẽ,iraſ-
cuntur & impugnant dicentem.

## ¶Pſalmi CXXX. Enarratio.

LEuaui oculos meos]ſcilicet,cordis[in montes]id eſt,ad ſanctos contẽplando glo
riam eorum ad quam ſuſpiro,ſed[vnde veniet auxilium mihi] non à montibus,
quia non eſt ſpes mihi in illis ponenda,imo[Auxilium meũ à domino] monte monti-
um[qui fecit cœlum & terram]id eſt,ſpirituales & coniugatos. In hoc pſalmo aſcendit
de clamore ad fidem. Deinde ſermonem conuertit ad ſeipſum dicens.[Non det in com
motionem pedem tuum]id eſt,non ſinat cõmoueri ab aſcenſu[neq; dormitet]id eſt,nõ
permittat te pigritari[qui cuſtodit te]à perturbantibus aſcenſum tuum.[Ecce non dor
Roma. 6. Gal. 5. mitabit]id eſt non torpeſcet tanquam mortalem carnem portans[neq; dormiet] quia
vltra non moritur[qui cuſtodit Iſrael]id eſt,gaudẽtes de contẽplatione dei[Dominus D
cuſtodit te]in fide operante[dominus protectio tua]ab impugnatiõe malorum [ſuper
manũ dexteram tuam]vt omnia bona opera tua propter æternam gloriam fiant,& ſic
Matt. 6. neſciat ſiniſtra quid faciat dextera. Et ſic[Per diem ſol non vret te] id eſt, nõ errabis in
Chri diuinitate,vel in proſperis nõ ſuperbies[neq; luna per noctẽ]id eſt, nec errabis in
eccleſię vnitate,vel in aduerſis nõ murmurabis. Et vt hęc omnia complectar[Dominus
cuſtodit te ab omni malo]interiori & exteriori[cuſtodiat animã tuã dominus]ſecũdũ
ꝙ perſeuerantia exigit.[Dominus cuſtodiat introitũ tuũ]ne hoſtes vincãt in capite ten
tationis[& exitũ tuum]ne vincant in fine[ex hoc nunc].i.quę tuitio ex prẹſenti momẽ
to incipiat[& vſq; in ſeculũ]futurũ perueniat.

## ¶Pſalmi CXXXI. Enarratio.

LAetatus ſum] in ſpe[in his q̃ dicta ſunt mihi]à prophetis & apoſtolis. De certitudi
2. Cori. 5. ne eñ fidei modo ad ſpẽ æternoũ peruenit[in domũ domini]nõ manufactã in cœ
lis[ibimus]greſſu amoris,nã [Stãtes]id eſt,hac ſpe perſeuerãtes[erant pedes noſtri]id
eſt,affectus quibus itur ad te,non iã proni ad lapſum ,quia aperto cœlo oculo mentis ſu
Ephe. 2. pernos ciues contẽplamur[in atrijs tuis Ieruſalẽ]id eſt,in amplitudine cœleſtis curię,q̃
ingrediens nullas patitur anguſtias,& inde poteſt quis ſcire ſi illic ſteterit,quãdo cor ſu
um ab illo igne,qui eſt in empyreo,ardere ſenſerit, alioquin ſi adhuc frigidus eſt ibi nõ
Apoc. 21 dum fuit.[Ieruſalẽ]dico[quæ ædificatur]viuis lapidibus[vt ciuitas]fortiſſima & inui-
ctiſſima ad quã hoſtes accedere nõ poſſunt[cuius participatio]id eſt, Chriſti viſio quã
paricipãt omnes,qui in illa manẽt eſt eius,id eſt,de gratia Chri tendens [in idipſum].i.
in deũ.[Illuc eñ aſcenderũt]ad huius ciuitatis ædificationem gradibus virtutũ[tribus]
quæ ſunt [tribus dñi]à domino ſpiritualiter nati,non iterum iniquinati[& teſtimoni-
um Iſrael]id eſt,ſancti qui teſtantur ſe eſſe verum Iſrael videntes deum [ad confitendũ
nomini dñi] Ieſu id eſt,ad referendas laudes de ſua aſcenſione.[Quia illuc ſederunt ſe
Sancti ſedes dei ſunt des]id eſt,apoſtoli & perfecti viri [in iudicio]faciendo[ſedes ſuper domum Dauid]id
eſt,ſuper omnem familiam Chriſti,hinc patet quod maiores ſancti in eccleſia iudica-
bunt mediocriter bonos & malos. Sedes dicuntur quia ſunt throni dei in quibus qui
eſcit. Ergo vos qui iudicaturi eſtis. [ Rogate quæ ad pacem ſunt Ieruſalem] id eſt,
precibus



A precibus veſtris impetrate ea,quæ pertinent ad pacem ſupernæ patriæ obtinendam [&
abundantia]pacis[diligentibus te]o Ieruſalem,vt non concupiſcat caro aduerſus ſpiri- Gala. 5
tum.[Fiat pax]quam poſtulo[in virtute tua]id eſt,in ciuitate quę eſt ſpiritualis virtus Ie
ruſalem[& abundantia]amoris[in turribus tuis]id eſt,in eminẽtioribus electis,qui am
plius amore ardent,& extendũt dilectionem ad inimicos.[Propter fratres meos & pro
ximos meos]cõuertẽdos ad te [loquebar]id eſt,prædicabam[pacem de te]id eſt,de tua Matth. 5. Lucæ. 6
conuerſatione agens.[Propter domum domini dei noſtri]ædificandã in cœlo [quęſiui
bona tibi]id eſt,multitudinem bonorum ciuium ad te ſtudui congregare.

## ¶Pſalmi CXXII. Enarratio.

AD te leuaui oculos meos]ſcilicet interiores ad tuos direxi nutus, vt tibi intenti eſ-
ſent[qui habitas in cœlis]id eſt,in ſanctis qui cœleſtem habent conuerſationem.
Hic gradus clemẽtię eſt.[Ecce ſicut oculi ſeruorũ]timẽtium incurrere offenſam & amit Phi. 3
tere mercedem,intenti ſunt[in manibus dominorum ſuorum]vt vel retributionem ac-
cipiant,vel percuſſionem euadant.[Sicut oculi ancillę in manibus dominę ſuæ] alia ſi-
militudine idem dicitur[ita oculi noſtri]intellectus & ratio[ad dominũ deum noſtrũ]
id eſt,ad implorandam miſericordiam dei noſtri[donec miſereatur noſtri] educẽs nos
de miſerijs huius vitæ dicentes. [Miſerere noſtri domine]peccata dimittẽdo[miſerere
noſtri]dona augendo[quia multum repleti ſumus deſpectione] id eſt, à reprobis mul-
tum deſpicimur,quia quod videmus contemnimus,& ſperamus quod non videmus.
[Quia multum repleta eſt anima noſtra]ſcilicet deſpectiõe[opprobrium facta abundã
tibus]ſeculi proſperitate[& deſpectio ſuperbis]id eſt,de ſe prẹſumentibus. Quintus gra
dus eſt non præſumere de ſe & eſt ramus humilitatis.

## ¶Pſalmi CXXIII. Enarratio.

NIſi]hoc eſſet [ quia dñs erat in nobis] poſſeſſor cordis noſtri[dicat nunc]id eſt,in
dilate[Iſrael]videntes deum per fidem[niſi quia dñs erat in nobis]ſicut in templo
ſuo.[Cum exurgerent hoĩes]imaginẽ terreni portantes[in nos] perſequẽdos minis & 1. Corin. 3
blandimentis[forte]contigiſſet,ꝙ[viuos]id eſt,ſciẽtes ꝙ mala faceremus [deglutiſſent 1. Cor. 15.
nos]id eſt,nos incorporaſſent ſibi.[Cum iraſceretur furor eorum in nos]id eſt,cum mi
B narentur nobis mala verbo & facto[forſitan aqua]id eſt,trãſitus impetuoſus tribulatio
num [abſorbuiſſet nos]quaſi in ventre ceti,ſed adiuuãte Chriſto qui in nobis eſt. [Tor Ionæ. 2
rentem]id eſt,furentẽ impetũ perſequentiũ[pertranſiuit anima noſtra] vt nõ caperetur
ab eis[forſitan].i.putas,ꝙ[pertrãſiſſet anima noſtra]niſi eo adiutore[aquam]id eſt,per
ſecutionẽ[intollerabilẽ]quia ſupra vires noſtras.[Benedictus dñs].i. ſine fine laudetur
[qui nõ dedit nos in captionẽ].i.qui nõ permiſit nos cõſumi[dẽtibus eorũ].i.malignis
morſibus ſuis,nam [Anima noſtra ſicut paſſer]volãs ab imis deſiderijs[erepta eſt]à ſtre
pitu cõminationis gehennalis[de laqueo venantiũ ] id eſt,doloſis perſuaſionibus, quia
[Laqueus]id eſt,dulcedo mortalis illecebrę[contritus eſt]id eſt,pro nihilo reputata eſt,
quæ tamen nunc multos illaqueat[& nos]deo in omnibus obedientes non carni [libe-
rati ſumus]à malo culpæ & pœnæ,quia [ Adiutorium noſtrum]non in viribus noſtris,
ſed [in nomine domini] id eſt,in eo quod quæſiuimus gloriam nominis Ieſu non no-
ſtram[qui fecit cœlum & terram]id eſt,maiores & minores.

## ¶Pſalmi CXXIIII. Enarratio.

QVi confidunt in domino]id eſt,ſpem ſuam in eo ponũt. Gradus enim ſextus eſt
ſpes tẽporalis auxilij[ſicut mons Sion]id eſt,Chriſtus ex quo æternam pacẽ ſpe
culantur ſicut ipſe ſint,id eſt,imitatores eius,quia [non cõmouebitur inæternũ] à fidei
ſtabilitate[qui habitat in Ieruſalẽ]id eſt,cuius cõuerſatio in cœlis eſt.[Mõtes].i.ſancti Phili. 3
à terrenis ſubleuati[in circuitu eius].i.muniunt eam verbo & exẽplo[&] quia hoc non
ſufficit[dñs]eſt[in circuitu populi ſui]principale munimen[ex hoc nunc & vſq; in ſecu
lum]nõ ad horã,ſed ſemper.[Quia nõ relinquet dñs virgam peccatorũ].i.non permit-
tet dñium malorũ præualere[ſuper ſortem iuſtorũ].i.ad hoc vt iuſti perdant hæredita-
tem,quod ideo facit[vt non extẽdant iuſti ad iniquitatẽ manus ſuas]id eſt,non permit-
tat iuſtos ſuperari in tẽtatione.[Benefac domine]vt perſeuerent[bonis & rectis corde]
qui non zelant pacem peccatorum.[Declinantes autem in obligationes]id eſt, qui dece 1. Cor. 10
ptorũ adulationibus infatuari ſe permittunt[& adducet dñs cũ operantibus iniquitatẽ]
id eſt,adducentur in eandem pœnã quam paſſuri ſunt qui operãtur iniquitatẽ,& ecõtra
pax inter-

pax]interna & æterna dei erit[ſuper Iſrael] excedens intellectum videntis deum.

### ❡Pſalmi CXXV. Enarratio. C

Suauitatem æternam anima pia hic prælibat,
IN conuertendo.] Ego ita de virtute in virtutem aſcendens ad tantum profectum
perueni,& tantam conſecutus ſum gratiam, ꝙ prælibaui dulcedinem æternę ſuauita
tis,& vidi & attendi me talem qualis futurus eram poſt hanc vitam. Et merito in ſepti-
mo gradu oſtendit requiem & exultationem quam habet anima ſua,iam futura prægu
ſtans,quia per ſabbatum ſignificatur nobis requies quam habent animæ poſt exitum
Apoc. 14 præſentis vitæ,vſq; ad diem iudicij. Et vocatur iſte gradus prælibatio æternæ ſuauitatis
1.Cor. 15. [In conuertendo dominus captiuitatem Sion]id eſt, in ea ſpe qua ſperamus dominum
Roma. 5. commutaturum corruptibile hoc in incorruptionem[facti ſumus ſicut cõſolati]in præ
ſenti miſeria nondum plene,ſed ex hoc multum conſolamur. [Tunc]id eſt, cum læta-
mur in ſpe gloriæ filiorum dei [repletum eſt gaudio os noſtrum] id eſt, iubilo laudis
1.Cor. 15. canorę[& lingua noſtra]gaudio repleta eſt[in exultatione] laudum diuinarum[Tũc]
Sapie. 5. cum hoc mortale corpus induerit impaſſibilitatis gloriam[dicent inter gentes]id eſt mi
ſeros damnatos,quod[magnificauit dominus facere cum eis]id eſt,illos magnificos &
honorabiles fecit quos in terra deſpeximus,ecce nunc quomodo inter ſanctos ſors illo-
rum eſt. Et reuera ita erit quia[Magnificauit dominus facere nobiſcum]quicquid an-
tea commiſimus,quod exitus rei probat,nam[facti ſumus lætantes]nunc in ſpe ſtatim
erit in re. Et ideo.[Conuerte domine captiuitatem noſtram]id eſt,miſeriam huius exi
Roma. 8 lij[ſicut torrens]qui cito tranſit[in auſtro]vt abundantia noſtrę iniquitatis frigeſcente
Matt. 24. charitas congelata calore ſpiritus ſancti reſoluatur. [Qui ſeminant]bona opera[in la-
chrymis]deplorãtes mala iſtius exilij[in exultatiõe].i.in gloria corporis & animæ[me
tent]fructum immortalitatis.[Euntes ibant]id eſt,bona facientes proficiebant[& fle-
bant]quia adhuc miſeri erant[mittentes ſemina ſua]id eſt, indeficienter opera miſeri-
cordię exequentes.[Venientes autem]inde ad reſurrectionẽ aſcendentes [venient cum
exultatioone]non ſpei ſed iam rei[portantes manipulos ſuos] id eſt, gaudia præmio
rum ſuorum.

### ❡Pſalmi CXXVI. Enarratio. D

NIſi dominus]Iſte pſalmus medius deſignat quod omnes gradus præcedentes &
ſubſequentes ſunt Salomonis,id eſt,Chriſti quia non niſi per ipſum poſſunt con
1.Petri. 2. gregari,& vocatur ſolicitudo,[Niſi dominus ædificauerit domum]id eſt,niſi Chriſtus
ſuppoſuerit viuum lapidem viuo lapidi,id eſt, ſanctum ſancto[inuanum]id eſt,fruſtra
[laborauerunt qui ædificant eã]id eſt qui ædificare nituntur. Quia fruſtra laborat vox
Laboronis inutilis quem Chriſtus non cuſtodit. prædicantis niſi intus ædificet gratia ſpiritus viuificantis,nemo ergo ſibi arroget ædifi-
cationem domus dei,vel cuſtodiam,quia poſtquam fuerit ædificata.[Niſi dominus cu
ſtodierit ciuitatem]id eſt,eccleſiam in fidei veritate & morum honeſtate[fruſtra vigilat
qui cuſtodit eã].i.inutile eſt humanũ ſtudiũ. Et etiã[Vanũ eſt vobis ante lucẽ ſurgere]
Ephe. 2. .i.vos ſuperædificati nolite alio ordine exaltari quã Chr̃s lux vr̃a exaltatus eſt,q prius
Philip. 2. eſt humiliatus ꝙ̃ exaltatus,ſed[ſurgite].i.exaltari deſiderate[poſtꝙ̃ ſederitis]id eſt,cum
humiliati fueritis[qui]interim dum humiliamini [manducatis panem doloris] id eſt,
quibus eſt refectio, præſentes deflere miſerias magis quàm omnibus delitijs abunda-
re. Quia [Cum dederit dilectis ſuis] qui eum ſuper omnia dilexerunt [ſomnum] id
Præmiũ filiorum dei Chriſtus. eſt, mortem carnis [ecce hæreditas domini] hi dilecti ſunt qui poſſidentur à domino
[filij merces] eſt [fructus ventris] id eſt,gaudium & præmium filiorum dei eſt Chri
ſtus, qui fuit fructus ventris virginalis, ſed hæc hæreditas quomodo facta eſt? [Sicut
Lucæ, 1. ſagittę in manu potentis] ad vulneranda corpora [ita filij excuſſorum] id eſt, apoſto-
li & ſancti doctores filij prophetarum, quibus expoſitis geniti ſunt in fide, & hi miſſi
ſunt ad vulneranda corda hominum, vt fiant hæreditas dei. [Beatus vir qui impleuit
Lucæ, 9. deſiderium ſuum] id eſt,qui ſe illorum vitæ conformauit [ex ipſis] id eſt, ex doctrina
expoſitorum[non confundetur] id eſt,non erubeſcet ſermones dei[cum loquetur ini
micis ſuis in porta]id eſt,in manifeſto,dummodo non intrent in eum.

### ❡Pſalmi CXXVII. Enarratio.

BEATI omnes] beatitudine iuſtitiæ [qui timent dominum] caſto timore
[qui ambulant] id eſt, qui promouentur de bono in melius [in vijs eius]
id eſt,



A id eſt,in præceptis eius. Iſte gradus eſt charitas.[Labores manuum tuarum quia man
ducabis] id eſt, quia reficieris in futuro fructu bonorum operum,circa quæ nunc ma-
nus tuæ laborant[beatus es]expectans æternam requiem[& bene tibi erit] cum perue-
neris ad illam. Interim[Vxor tua]id eſt,caro tua[ſicut vitis abundans]id eſt,fructificãs Vxor.
& agens cibum qui non perit[in lateribus domus tuæ]id eſt,in illis qui adhęrent cõuer Iohan. 6.
ſationi tuæ.[Filij tui]id eſt,opera tua[ſicut nouellæ oliuarum]id eſt,pulchra pacifica,& Filij.
plena,pietate,& miſericordia erga Chriſtum[in circuitu menſæ tuæ]id eſt, in inten-
tione,& munimine cœleſtis refectionis ad quam ſedebis ſi vxorẽ & filios recte rexeris.
[Ecce ſic benedicetur homo]id eſt,ditabitur in præſenti & in futuro,nõ omnis,ſed[qui
timet dominum]ſicut caſta mulier virum. Aliqui volunt hunc pſalmum ad literam in Mulier caſta.
telligere,& hi minus ſapiunt quam oportet,quod patet per hoc quod ſequitur.[Benedi
cat tibi dominus]gratia ſpirituali[ex Sion]id eſt,ex eo quod non præſentia, ſed futura
ſpecularis,coniugati autem ecõtra faciunt,quia multo magis circa viſibilia quam inui- 1.Cori. 7.
ſibilia ſtudent[& videas bona Ieruſalem]id eſt,gaudia ſupernæ ciuitatis[omnibus die
bus vitæ tuæ] qui tunc erunt ſine interpoſitione alicuius noctis quia ſplendor æternæ
claritatis illumminabit te.[Et] ibi poſitus[videas filios filiorum tuorum]id eſt,bonos
imitatores bonorum operum tuorum,& videas[pacem]æternam[ſuper Iſrael]id eſt,ſu Apoc. 21.
per omne meritum videntium deum

### ❡Pſalmi CXXVIII. Enarratio.

SEpe expugnauerunt me]vox eccleſiæ,per omnes ætates mundi filios exemplo ſuo
exhortãtis ad patientiã[à iuuẽtute mea]id eſt,ex quo incœpi innouari mente[dicat
nunc Iſrael]id eſt quicunq; innouatus. Dicat nõ ſemel ſed ſępius.[Sæpe expugnauerũt
me]id eſt,reprobi me expugnare nitebantur[à iuuentute mea]quia nulla conuentio ve
teris ad nonum [etenim non potuerunt mihi] comparari noxia perſuadendo, & ego
vtilia prædicando. Et ideo[Supra dorſum meum]tanquam ſupra inſtrumentum exer
cendę malitiæ[fabricauerunt peccatores]id eſt,detractores & Tyranni, ſed non mihi,
B ſed ſibi nocuerunt[quia prolongauerunt iniquitatem ſuam]id eſt, duxerunt quaſi lon
gam reſtem peccatorum,peccata peccatis addendo,nam [Dominus iuſtus]non relin-
quens peccata eorum impunita[concidet ceruices peccatorum]id eſt,ſuperbiam repro-
borũ adnullabit[confundantur]ſera confuſione[& conuertantur retrorſum]ad poſte- Sapien. 5.
riora quæ dilexerunt videntes ea eis prodeſſe non poſſe[omnes qui] pro illis [oderunt
Sion]id eſt,eccleſiam cœleſtia ſpeculantem.[Fiant ſicut fœnum tectorum] id eſt, non
fiant firma radice creſcentes in voluptatibus ſuis,ſed euaneſcant & pro nihilo compu- Iſaiæ. 40 Matt. 13.
tentur vt fœnum quod in tectis domorum creſcit[quod priuſquã euellatur exaruit].i.
anteꝙ̃ zizania colligantur ad angelis meſſoribus, ipſi à pinguedine charitatis aruerunt Lucæ, 3.
[De quo]ſcilicet fœno per quod omnes mali ſignãtur[non impleuit manum ſuam] id
eſt,nihil de illo in manu habebit[qui metit]id eſt,congregat in horreum dei ſolos ele-
ctos [& ſinum ſuum] in quo abſcondendi ſunt iuſti a conturbatione hominum,iniu-
ſtos vero eijciet in tenebras inferni[qui manipulos colliget]id eſt,diuerſos ſanctos pro 1.Corin. 3
diuerſitate meritorum.[Et non dixerunt qui præteribant]id eſt,qui hanc viam leuiter
tranſeunt & ad cœleſte regnum ardenter tendunt[benedictio domini ſuper vos] id eſt,
nõ dederunt eis benedictionẽ, ſed increpationẽ,quia non conſentiunt nequitiæ eorum
[& non dixerũt benediximus vobis in nomine domini] quia opera veſtra iudicant ꝙ̃d Laudare non debet ſeruꝰ quod dominus reprobat.
vobis nomen dñi maledixit,& non debet ſeruus laudare quos dominus reprobat.[Sæ-
pe expugnauerunt]Iſte gradus vocatur conſtantia in charitate.

### ❡Pſalmi CXXIX. Enarratio.

DE profundis clamaui]iſte gradus vocatur vehemens expetitio diuinę gratiæ, qua
ſi diceret,poſitus in profunditatibus malorum non contempſi, Sed [De profun-
dis]vicijs meis & mihi quaſi imperſcrutabilibus cupiens eripi[clamaui]valido clamore
mentis vtpote à longe clamans[ad te domine]qui ſolus potes liberare, non aliud, ideo Aures dei, bonitas & miſericordia.
[domine exaudi vocem meam]vt ſentiam in effectu quod exauditus ſum. Et vt nullo
modo frauder ab illo quod peto.[Fiant aures tuæ]id eſt, bonitas & miſericordia[inten
dentes].i.ſicut intenſus orãdo ſum ita intẽſus eſto in audiẽdo in vocẽ deprecatiõis meę
quæ eſt

quæ eſt de venię petitione,vt omnia peccata dimittas,Nam[Si iniquitates obſeruaueris C
domine]id eſt,ſi obſerues ad plenam vindictam diſtricte iudicando [domine quis ſu-
ſtinebit?]te iudicem inferentem pondus pœnæ intolerabilis, ſed pœnitentium miſere
ris.[Quia apud te propitiatio eſt]id eſt,propitiator es eius qui ſe tibi ſacrificium offert
in caſtitate corporis,& deuotione mẽtis[& propter legem tuam]id eſt,quia miſeris mi-
1.Cori.9. ſereris,ꝙ tibi quaſi pro certa lege eſt,quam omnino non vis abrogare,dum hoc ſeculũ
durat[ſuſtinui te domine]id eſt,te ſaluatorem expectaui,caſtigans corpus meum,hæc
deo loquens conuertit ſermonem ad populum,vt eius exemplo excitentur,& dicit. [Su
Lucæ.6. ſtinuit anima mea in verbo eius]id eſt,in promiſſiõe eius continue ſperauit: dimitte &
dimittetur tibi[ſperauit anima mea in domino remuneratore.Et ideo[A cuſtodia ma
Marc.16. tutina]id eſt,à tempore dominicæ reſurrectionis quæ mane facta eſt [ vſq; ad noctem]
id eſt,ad finem mundi[ſperet Iſrael in domino]id eſt,omnis fidelis in eccleſia vnuſquis
que in tempore ſuo.Et merito[Quia apud dominum miſericordia]id eſt, peccatorum
remiſſio[& copioſa apud eum redemptio]quia non ab originalibus peccatis tantum,
Paradiſum pur⁹ intrabit. ſed & ab actualibus ſeruos ſuos fideles redemit,& hoc eſt quod ſubditur. [Et ipſe redi-
met Iſrael]id eſt,cœtum omnium iuſtorum purgabit [ ex omnibus iniquitatibus ſuis]
vt puri intrent paradiſum.

## Pſalmi CXXX. Enarratio.

DOmine non eſt exaltatum cor meum.]Cum ad tot & tãtos gradus virtutum pro
motus eſſem,nõ ſuperbiuit cor meum.Et vocatur gradus iſte humilitas [neq; ela
Superbia in oculis notatur. ti ſunt oculi mei].i. non oſtendi in corporis geſtu aliquã ſuperbiam,vane gloriãdo pro
his quæ habebam,in oculis enim ſolet notari ſuperbia. [Neq; ambulaui in magnis]id
eſt non placuit mihi excogitare de me magna,quando videbar mihi iacere[neq; in mi
rabilibus ſuper me]id eſt,nec arrogaui mihi gratiam faciendi miracula vel prophetan
Daniel.9 di,quorum opinio vires meas ſuperaret.Imo[Si non humiliter ſentiebam]id eſt,humi
libus conſentiens de viribus meis nihil præſumens[ſed exaltaui animam meam ] mihi
aſcribẽdo ꝗd dei eſt, [Sicut ablactatus eſt]perijt[ſuper matre ſua]id eſt,à matre abſtra
ctus qui adhuc eius lacte nutriendus erat[ita retributio in anima mea] id eſt, ita anima D
mea à gratia dei reſiliens,& de ſe præſumens ſuis cõatibus corruat,ergo[Speret Iſrael]
id eſt,omnis Chriſtianus meo exemplo[in domino]non præſumat de ſe[ex hoc nũc]
incipiens[& vſq; in ſeculum]ſpem ſuam porrigens.

## Pſalmi CXXXI. Enarratio.

1.Tim.2. MEmento domine Dauid]id eſt,o pater memento Chriſti mediatoris,vt obtinea-
mus per eum , quod noſtris meritis non valemus [ & omnis manſuetudinis ei-
Philip.2. us]id eſt, obedientiæ qua vicit crudelem diabolum & ſuperbum . Iſte gradus vocatur
cõformitas Chriſti.[Sicut iurauit domino]ſupple ita impleuit[ votũ vouit deo Iacob]
& reddidit,ꝙ[Si introiero in tabernaculum domus meæ]id eſt,deſeruiero tabernaculo
domeſticę carnis meæ[ſi aſcendero in lectum ſtrati mei]id eſt,ſi præſumpſero delecta-
tionem priuatę voluptatis.[Si dedero ſomnum oculis meis]id eſt,ſi in aliqua concupiſ
Cõtra inſtabiles. centia temporalium rerum mihi acquieuero[& palpebris meis dormitationem]id eſt,
ſi modo ſapiam modo deſipiam , ſicut faciunt inſtabiles qui nunc bonum nunc ma-
lum,nunc mundum & peccatum deſererẽ,nunc in mundo manere & peccare cogitãt.
[Et requiem temporibus meis]ſcilicet, dedero,id eſt,ſi ſurrepſerit & topor retardãs me
Iohan.14 a propoſito [donec inueniam locũ domino]id eſt , faciam meipſum locum domino in
quo maneat[& tabernaculum deo Iacob]in quo militãdũ eſt deo.Modo audiſtis vota
& iuramenta iuſtorum, qui Chriſto cupiunt conformari,qui hæc non implent iniu-
ſti ſunt,& non Chriſtũ ſed diabolnm ſequuntur,ſed quod in vouentibus & reddẽtibus
inuenitur in promptu eſt,quia[Ecce audiuimus eum]loquẽtem[in effrata]id eſt,in ſan
ctis ſpeculatoribus futurorum[inuenimus eum]operantem virtutes[ in campis ſyluę]
.i.in electis gentiũ ꝗ ſunt plani à vicijs & virides in radice charitatis [Introibimus in ta
bernaculum eius]id eſt,in vnitatem eccleſiæ in qua eſt militia ſuorum membrorum,in
2.para.6. qua & ipſe militauit[adorabimus]id eſt,Chriſtum diuino cultu venerabimur[in loco]
Ephe.5 .i.in eccleſia poſiti[vbi ſteterũt pedes eius].i.quo pręceſſerũt veſtigia operũ eius . Et vt
hęc faciamus. [Surge dñe].i.fer opẽ,vt poſſimus [in requiem tuam].i.vt reclines in no
bis caput tuũ[tu & Arca ſanctificationis tuę].i.tecũ ſurgat eccleſia tua quã ſanctificans
repoſuiſti



repoſuiſti in ea theſauros ſapientiæ,hæc inueniat requiem in te hic & in æternitate.[Sa
A cerdotes tui]qui in ea principaliter deberent ſanctam requiem habere[induantur iuſti-
tiam]id eſt,muniantur iuſtitia fidei[& ſancti tui]id eſt qui ſe mundos cuſtodiunt ad tu
um honorem[exultent] mori teſtimonio bonæ conſcientiæ. [Propter Dauid ſeruum 2.Cori.1.
tuum]id eſt,propter promiſſionem factam Dauid perficiens in electis ꝗd in eis cœpiſti
[non auertas faciem Chriſti tui]id eſt,non deſeras eos qui ſunt conformes imaginis fi-
lij tui.[Iurauit dominus]id eſt firmiter promiſit[Dauid veritatem]implere in Chriſto Roma.8
[& non fruſtrabitur eum]id eſt,non mẽtietur ei[de fructu ventris tui]id eſt, filium vir 2.Reg.7.
ginis de ſtirpe tua genitum[ponam ſuper ſedem tuam]id eſt,conſtituam regem iudai-
cę plebi ſpiritualiter præſidentem.Conuerſio ſermonis ad ipſum regem à patre.[Si cu-
ſtodierint filij tui teſtamentum meum]id eſt,ſi pactum quod mecum inierunt in bap-
tiſmo,inuiolabiliter ſeruauerint[& teſtimonia mea]euangelica[hæc quæ docebo eos]
ad conſeruandam conformitatem capitis ſui.[Et filij eorum]id eſt,ſucceſſores[vſq; in
ſeculum]id eſt,quàm diu ſeculum durat[ſedebunt ſuper ſedem tuam]id eſt,erunt reges
ſeipſos regentes,& ęternas ſedes accipientes,vel erunt Iudices tecum:ꝗd eſt ſedere ſuper
ſedem tuam.[Quoniam elegit dominus Sion ] id eſt, contemptores rerum ſecularium Matt.19.
& amatores cœleſtium bonorum[elegit eam]id eſt,omnes animas ſic facientes[in ha-
bitationẽ ſibi]vt in ipſis ſolus ipſe maneat,dicens[Hæc]id eſt,talis anima deuota & or-
nata[requies mea in ſeculum ſeculi]in qua reclinem caput meum in æternum[ hic habi
tabo]perſeueranter[quoniam elegi eam]gratis non ſuo merito.[Viduam eius]id eſt,
deſtitutas omni auxilio & ſolatio mundi[benedicens]gratia[benedicam ] gloria æter-
na ſic promouendo bonum,in optimum[pauperes eius]id eſt, humiles non mundum
ſed ſolum deum habentes[ſaturabo panibus]internę & æternæ refectionis. [Sacerdo- Hebr.12.
tes eius]id eſt,ſeipſos offerentes deo hoſtiam ſanctam[induam ſalutari] id eſt , ornabo
conformitate Chriſti ſalutaris ſui[& ſancti eius]id eſt , immaculati mente & corpore
[exaltatione]quæ de cœlis eſt,exultabunt ſine fine. [Illic] .i. in pauperibus [producã]
exultando[cornu Dauid]id eſt,fortitudinem Chriſti ad ventilãdos aduerſarios,ad quæ
perficienda [paraui lucernam Chriſto meo] id eſt , manifeſtabo quemlibet ſanctum
B ardentem & lucentem ad honorem Chriſti mei.[Inimicos eius]id eſt,omnes reprobos 3.Reg.11
qui eum malis actibus impugnant[induam confuſione]id eſt,erubeſcere faciam in ani
ma & corpore,deleta eorum poteſtate[ſuper ipſum autem]poſita[ efflorebit ſanctifica
tio mea]id eſt,apparebit per eum eſſe ſanctificatos omnes qui mei ſunt & mihi fideliter
adhærent.

## Pſalmi CXXXII. Enarratio.

ECce quàm bonum]id eſt,vtile[& quàm iucundum]id eſt,delectabile[habitare fra
tres in vnum] id eſt,habere vnum cor & vnam animam in deo ſcilicet , viuere in Actu.4.
vnitate pacis & cõcordiæ,hic inuitat alios: & vocatur gradus iſte dilectio proximi.[Si-
cut vnguentum]id eſt,eorum gratia eſt vnctio ſpiritualis[in capite]id eſt , in Chriſto à
quo habent[quod deſcẽdit]primo[in barbam]id eſt,in apoſtolos qui Chriſto familia
rius adhærent,deinde in[barbam Aaron]id eſt,ad doctores & ſacerdotes. [Quod deſ-
cendit]per prædicationem illorum[in oram veſtimenti eius]id eſt , in minores fideles
eccleſiæ[ſicut ros Hermon]id eſt,refrigeratio gratiæ à Chriſto datę contra incentiuum
vitiorum[qui deſcendit in montem Sion]id eſt,in primitiuam eccleſiam , quia eãdem
gratiã habent nunc,quam tunc habuerunt.[Quoniã illuc]id eſt,in fidelibus & pijs[mã
dauit dominus benedictionem]id eſt promotionem virtutum[& vitam] in futuro dã-
dam[vſq; in ſeculum]id eſt,ſine fine permanſuram.

## Pſalmi CXXXIII. Enarratio.

ECce nunc]id eſt,in hoc tempore gratiæ[benedicite dominum ] in proſperis & in
aduerſis[omnes ſerui domini]id eſt,qui deo non mundo militatis . [Qui ſtatis in
domo domini]id eſt,vnanimiter perſeueratis in eccleſia,& nõ ſuccũbitis per impulſum
tẽtationũ[in atrijs domus dei noſtri].i.in fide catholica in latitudine charitatis.Iſte gra Atria domus dei.
dus dicitur pſeuerãtia in dei laudibus.[In noctibus].i.in aduerſitatibus [ extollite]ſi ꝗ
vobis anguſtię illatę fuerĩt[manus vr̃as].i.opera vr̃a vt ſint ſctã[& bñdicite dñm] de ſu
is bñficijs. [Benedicat te dñs]vt ad iſta ſufficias quicunq; auditor es[ex Sion].i.ex fide Eccleſia omnia habet communia.
eccleſię quę omnia habet cõmunia[qui fecit cœlum & terram]id eſt,cultores & cultos.

## Pſalmi CXXXIIII. Enarratio.

Laudate

Colo.3 LAudate nomen domini]exhibentes bona opera ad honorem nominis Ieſu[lauda-
1.Cor.10 te ſerui dominū]id eſt,qui nō abijcitis iugū domini.[Qui ſtatis in domo domini] C
perſeuerantes in vnitate charitatis[in atrijs domus dei noſtri]id eſt,in latitudine humi-
litatis & patientiæ.[Laudate dominum]corde & ore[quia bonus dominus] adiuuans
1.Theſ.2. in neceſſitate[pſallite nomini eius]Ieſu,nō quęrentes gloriam veſtram[qm̄ ſuaue]ſano
palato & menti cogitanti illud.[Quoniam Iacob elegit ſibi dominus] id eſt, minorem
populum vitijs reluctantem ad ſuum onus ferendum[& Iſrael]id eſt.viros qui ſunt pur
gati animi,& mentem intentā habent ad deum[in poſſeſſionem ſibi]id eſt,vt eius hęre
ditas & poſſeſſio ſint in cœlis.[Quia ego cognoui]per experientiam[quod magnus eſt
dominus]id eſt,incōpræhenſibilis,& vbiq; potēs[& deus noſter]ſcilicet,Chriſtianorū
[præ omnibus dijs]id eſt,excedit omnem excellentiam quæ poteſt fingi vel cogitari.
Gene.1 Quod effectus probat,quia[Omnia quæcunq; voluit fecit]id eſt,omnium operum cau-
Volūtas dei oīm operum eius cauſa eſt. ſa eſt propria voluntas[in cœlo]id eſt,in ſpiritualibus viris[& in terra]id eſt,in carnali
bus,ex quibus cōſtat eccleſia[in mari].i.in apertis perſecutoribus[&in omnibus abyſ-
ſis]id eſt,in latenti malitia peruerſorum hominum,quam non exercent niſi eo permit-
tente: [Educens nubes]id eſt,prædicatores terribili tonitruo æterni incendij commi-
Ierem.10 nantes[ab extremo terræ]id eſt,ab his qui in profundum malorum deſcenderunt[ful-
Iohan.3 gura in pluuiam fecit] id eſt, terrorem iudicij in prędicatione voluit proponi. [Qui
Exod.12. producit ventos de theſauris ſuis]id eſt,ſpiritus prædicatorum de ſuis occultis iudicijs
quia ſpiritus vbi vult ſpirat,& neſcis vnde veniat aut quo vadat [qui percuſſit primoge
nita Aegypti]id eſt,principalia vitia in filijs tenebrarū ab homine vſq; ad pecus, id eſt,
à docto vſq; ad indoctum.[Emiſit ſigna & prodigia]id eſt,minora & maiora miracu-
la oſtendit[in medio tui Aegypte]id eſt,in cōſpectu infidelium[in Pharaonem] id eſt,
contra diabolum bonorum diſſipatorem[& in omnes ſeruos eius]id eſt, contra omnes
militantes ſibi.[Qui percuſſit gentes multas] id eſt, multos malos motus & cogitatio-
nes importunas quaſi in deſerto occurrentes[& occidit reges fortes]id eſt, fortiſſima vi
Nume.21 tia quæ multos male regunt.[Seon regem Amorręorum ]id eſt,tentationem oculorum
quæ dominatur in amaricantibus[& Og regem Baſan] id eſt, malam conſuetudinem, D
Reges fortiſſimi quædā vitia dicuntur. quæ claudit nobis viam redeundi ad deum,quæ regnat in filijs confuſionis qui inordi
nate viuūt[& omnia regna Chanaan]id eſt,omnem poteſtatem eorum qui propter ſu
perbiā humiliabuntur. Chanaan enim interprætatur humilitati paratus. [Et dederūt
terram eorum hæreditatem]dæmonum in qua vitia regnabant[hæreditatem Iſrael po
Ioſuæ.12 pulo ſuo]id eſt,ad excolendam dedit illi qui de vetuſtate in nouitatem vitæ conuerſus
eſt.[Domine nomen tuum]Ieſus qui hæc fecit [inæternum] honoratur in ſanctis [ do
mine memoriale tuum]id eſt, memorabilis miſericordia tua[in generatione]præſenti
Lucæ.17. [& generatione]futura.[Quia iudicabit dominus populum ſuum]alios aſſumendo &
Matt.24. alios relinquendo [& in ſeruis ſuis]obedientibus[deprecabitur ] id eſt, erit deprecabi-
lis,hic eſt verus deus viuus & æternus,ſed non ſic [Simulacra gentium]quæ gentes pro
deo colunt[argentum & aurum]id eſt,factura ſunt nō factor,quia[opera manuum ho
minum]quæ ſcilicet homines faciunt,non homines facti ſunt ab eis.Quod inde mani-
feſtum eſt,quia [ Os habent]id eſt,ſimilitudinem oris [& non loquentur] quia ſpiritu
Sapi.15 carent vitæ[oculos habent & non videbunt]non habentes vim videndi.[Aures habēt
& non audient,neq; enim eſt ſpiritus in ore ipſorum.]Ecce quàm maledictę ſunt gētes
quæ res ſurdas,mutas,cæcas, & omnino inſenſibiles deos putant:potiora ſunt illis alia
irrationabilia quæ ſeruiunt Chriſtianis.Et ideo [ Similes illis fiant]id eſt,homines ha-
bent interius quod iſta exterius ſcilicet,cęci ſunt,& ſurdi, quia nec vidēt deum,nec audi
unt eius mandatum,nec ſentiunt eius præſentiam[qui faciunt ea] ad colendum & non
Pſal.117. tantum formatores eorum,ſed[& omnes qui confidunt in eis]id eſt,qui eis diuinam at
Ierem.17. tribuunt virtutem,quia in ſolo deo confidendum eſt.Illi cultores idolorum & auaritiæ
Epheſ.5. delirant,ſed o [ Domus Iſrael] id eſt,vos prælati cultores veri dei [ benedicite domino]
quia vos eripuit de tanta miſeria vt nō ſeruiretis lapidi,ſed creatori,& vos [domus Aa-
ron]id eſt,boni miniſtri in eccleſia[benedicite domino.] Et vos [ Domus Leui ] id
eſt,boni miniſtri[benedicite domino]ipſi ſcilicet qui eſt. [Benedictus dominus] id eſt,
Roma.1 Chriſtus bonus deus ab omnibus adorantibus eum[ex Sion]id eſt,ex Iudæis procedēs
ſecundum carnem[qui habitat in Ieruſalem ]id eſt,in mente perfecta,in qua viſio pacis
ſine per-



A ſine perturbatione viciorum.

## ¶Pſalmi CXXXV. Enarratio.

COnfitemini domino]id eſt,laudate dominum,non nos[quoniam bonus] inſita
ſibi bonitate[quoniā inæternū miſericordia eius] id eſt,quod miſericorditer fecit
erit inæternum permanens.[ Confitemini deo]Chriſto Ieſu[deorum]id eſt,deificato-
rum per gratiam factori. [ Confitemini dn̄o dn̄orum]id eſt,oīm qui vel bene vel male
dominātur,dominatori:vt ei ſubdantur,velint nolint.[ Qui facit mirabilia magna]vt
patet in cœlo & in terra[ſolus] ſine angelico vel humano adiutorio.Omnes creaturæ i-
pſo indigent,vt ſint & vt bene ſint,ipſe autem nullius eget,ſed omnia quæ vult in ſe ple-
niſſime habet.[Qui fecit cœlos]id eſt,inuiſibiles ſpiritus[in intellectu]vitæ æternę quo
in cœlis conuerſarentur.[ Qui firmauit terram]id eſt,eccleſiam ſtabiliuit in fide[ſuper
aquas]baptiſmi vel aquas delitiarum,& tribulationum huius mundi,vt eas calcaret nō
ab illis calcaretur. [Qui fecit luminaria magna]id eſt,magnos ſanctos & doctores ca Gen.1
tholicos verbo & exemplo lucentes in medio nationis prauæ.[Solē fecit in poteſtatem Philip.2
diei]& alijs dedit ſermonem ſapientiæ, quo boni auditores efficiuntur filij lucis. [Lu- 1.Cor.12
nam & ſtellas fecit]id eſt,& alijs dedit ſermonem ſcientiæ, qui bene tranſitoria diſpen-
ſant,& cæteras ſpirituales gratias[in poteſtatem noctis]id eſt,quibus humana ignorā-
tia,quæ eſt ſicut nox, illuſtratur. [ Qui percuſſit Aegyptum] id eſt,damnabit mundi
amatores tenebris peccatorum inuolutos[cum primogenitis eorum]id eſt,cum omni-
bus ſuis mortalibus peccatis,quæ prius gignunttur ab eis, quàm aliquod bonum opus
& principatum tenent in mundo,ſicut primogeniti in poſſeſſione paterna. [Qui eduxit Exod.14
Iſrael]id eſt,omnes iuſtos,qui ad iuſſionem dei tendunt per fidem & charitatem[de me
dio eorum]id eſt,in præſenti electos à reprobis ſeparat per gratiam,& in futuro per glo
riam.Et quomodo hæc fiunt?[In manu potenti]id eſt,auxilio & potentia dei inſupera
bili[& brachio excelſo]id eſt,virtute filij dei,non meriti ſui. Et ꝙ quidam ſint iuſti alij
iniuſti,ex hoc conſtat,quod ſubditur. [Qui diuiſit mare rubrum]id eſt,baptiſmū Chri
ſti ſanguine conſecratū[in diuiſiones]qa alijs in gr̄a permanētibus proficit ad vitā æter
nā,alijs ad Aegyptū.i.ad opa mala reuertētibus,erit ad maiorē dānationem.[Qui edu-
xit Iſrael]videntes deū[per mediū eius]ſubmerſis reprobis in pfundū inferni:ſicut ſub-
B merſi fuerūt Aegyptij in profundo maris.[Et excuſſit Pharaonē]id eſt,diabolū [& vir- Exod.14
tutem eius]id eſt,omnes malos,in quibus operatur quod cupit[in mari rubro]id eſt, in Ephe.2
inferno,vbi rubor ignis ardentis.Qui trāſduxit populum ſuum liberatum à peccato &
ei fideliter adhærentem[per deſertum]huius mundi ad cœleſtia regna: ſicut Iudæos ad
terram promiſſionis.[Qui percuſſit reges magnos]id eſt,deſtruxit multa & magna pec
cata,quæ plures impediunt,ne intrent in paradiſum. [Et occidit reges fortes]id eſt,for-
tia vitia, quæ principatum habent in malis. [ Seon regem Amorræorum] id eſt,cupi- Cupiditas maxime ī malis regnat.
ditatem, quæ in filijs huius mundi maxime regnat. [Et Og regem Baſan]id eſt,ſuper-
biam quæ vanis viris & mulieribus diuitias habentibus dominatur,quos oportet cōfun
di vel hic temporaliter,vel in futuro æternaliter:quorum ſuperbia & vanitas patet in ve
ſtibus,& ſuperfluo ornatu:& dicunt ſe non peccare, quia oēs ſic faciunt:ſed ſciant ꝙ Superbiā in veſtibus aliq excuſare voluni.
eo magis peccatum eſt,& amplius offendunt deum.[Et dedit terram eorum]id eſt,ſor-
didam mentem eorum[hæreditatem]dæmonum,in qua ludibria ſua exercent. [Hære
ditatem Iſrael]ad excolendam bonis moribus[ſeruo ſuo]id eſt,ſibi obedienti, quaſi di-
ceret:Vbi erat habitaculum vitiorum & dæmonum,factum eſt habitaculum dei & vir-
tutum.Et fecit nobis pœnitentibus.[Quia in humilitate noſtra]id eſt, quando affige-
bamur grauiter: quod maxime facit homines humiliari:ſicut in amiſſione temporaliū
rerum,vel amicorum[memor fuit noſtri]vt eriperet etiā à poteſtate dæmonis,ſed mul-
ti nunc ſunt,quos non affligit,& etiam à diabolo poſſideri permittit. [Et redemit nos]
precio ſanguinis ſui[ab inimicis noſtris]id eſt,à poteſtate tenebrarum. [Qui dat eſcā] Ephe.1
corporis ſui[omni carni]ſcilicet,omni credenti.Et ideo [ Confitemini deo cœli]id eſt, Apoc.5
cœleſtium virtutum creatori.[Confitemini domino dominorum] ꝙ in principio po-
ſuit,hoc in fine concludit:vt cognoſcatur, ꝙ eius dominium excedit oēm terminum
[quoniam inæternum miſericordia eius]id eſt,effectus miſericordiæ.

## ¶Pſalmi CXXXVI. Enarratio.

SVper flumina Babylonis] ambulantes non in fluminibus,id eſt,ſuperantes cupidi= G
Roma.7 tates huius ſeculi. Vox eſt fidelium animarum,mala & miſerias huius exilij deplo=
Philip.1 rantium,& ad cœleſtē patriam ſuſpirantium [illic ſedimus] .i. humiliati ſumus à ciui=
bus Babyloniæ,id eſt,ab his qui terrena ſapiunt,iniurias & opprobria patimur [& fleui=
mus]exilium noſtrum,ludentibus mundanis hominibus,& ideo gaudebimus quando
Ioan.16 ipſi lugebunt. Flemus dico[dum recordaremur Sion].i.diuinæ contēplationis amiſſæ
in Adam,ad quā anxie deſideramus,ſed iſti Babylonij,id eſt,mundi dilectores nō ſuſpi
rant ad illam,quia toto ſtudio ſuo intendūt adquirere bona mundi, & vnuſquiſq; alte=
rius poſſiones vel vendicare ſibi,vel ſaltē emere conatur. Et ideo [In ſalicibus].i.in tali=
bus ſterilibus à fructu boni operis,q cupiditatibus mundi immerguntur,nos[in medio
Diſputāt eius]poſiti[ſuſpendimus organa noſtra].i.diſtulimus enuntiare præcepta ſcripturarū,
mali de quę nobis ſunt canora & delectant nos incōparabiliter. Et merito[Quia illic].i.in amo
cœleſtib. re mundi radicati[interrogauerunt nos]deriſorie, quia quidā volunt de cœleſtibus di=
& tñ cō ſputare:ſed tamen cœleſtem vitam nō timent contēnere,& maxime terrenę legis periti
temnunt [qui captiuos duxerunt nos].i.reputant nos pauperes & captiuos in comparatione ſui
[verba cantionū].i.pręcepta Chriſti quę nobis ſunt tantę delectationis. [Et qui abduxe
runt nos] .i.qui nos abductos putant à ſocietate & gaudio hominū dicunt [hymnum
cantate nobis].i.laudes dei nobis exponite[de canticis Sion].i.ſupernę ciuitatis,in qui
bus eſt nobis tanta exultatio. Quibus ſecundum ſtultitiam ſuā reſpondemus. [Quomo
Matth.7. do cātabimus canticū domini in terra aliena?] .i.quomodo dabimus ſanctū canibus et
margaritas ante porcos ſpergemus? Hinc patet,ꝙ ſancti nō debent paſſim ſecreta Chri
ſti reuelare,nec gaudiū quo in Ieſu iubilāt,glorioſis mundo oſtendere:ſed occulta intē=
tione deo adhęreant dicentes. [Si oblitus fuero tui Ieruſalē].i.viſionis supernę pacis[ob=
Matt.25. liuioni detur dextera mea].i.remuneratio qua expecto poni ad dexterā Chriſti. [Adhę
reat lingua mea faucibus meis].i.auferatur à me facultas proferendi ſermonem[ſi non
meminero tui]ſed viſio dei cum amore pręponens te omnibus alijs, quę excogitari poſ
ſunt. [Si non propoſuero tui Ieruſalē]id eſt,pacē ęternā non deſiderauero[in principio
lætitię meę].i.in principali intentione mea prę omnibus,pro qbus gloriandum eſt. Et vt
ego ab hoc propoſito nō deſiſtam. [Memor eſto dñe filiorum Edom] .i.terrena ſapien D
tium,ne me impediant à via,qua tendo[in diē Ieruſalē]id eſt,in claritatē patrię cœleſtis
proſpiciens,quando liberabor ab Idumęis,id eſt,malis. [Qui dicunt]electis[exinanite,
exinanite]id eſt,vacui eſtis à plenitudine gratiarū & virtutum[vſq; ad fundamētum in
ea]id eſt,vſq; ad fidem,ſed hoc magis de illis dicendum eſt,quia[Filia Babylonis]id eſt
omnis anima imitatrix ſuperborū,qui confundentur in cōſpectu dei[miſera]eſt culpa
& pœna,cui placet perſuaſio mala:& ideo[beatus].ſ.Chriſtus[qui retribuet tibi retribu
tionē,quam retribuiſti nobis].i.reddet tibi alliſionē in inferno, pro alliſione quā intuli
ſti nobis in hoc mūdo:quia odium retribuiſti nobis pro noſtra dilectione, quia ſæpe ex
amore vanos & laſciuos reprehendimus,& ipſi nolentes audire veritatē odium retribu=
unt & malū vel verbo vel facto impēdunt. Illi ita,ſed[Beatus]homo beatitudine vię bo=
nę[qui tenebit].i.reſtringet & non expleuit malos primos motus[& allidet] ne creſcāt
[paruulos ſuos]id eſt,ſuggeſtiones malas incipientes [ad petrā]id eſt,Chriſtum[ſicut
1.Cor.10 filia Babylonis]bonos motus adhuc paruulos in nobis ante colliſeras ad diabolū, qui
extinxit eos.

¶Pſalmi CXXXVII. Enarratio.

COnfitebor tibi dñe]id eſt,laudē tibi offeram pro beneficijs collatis [in toto corde
meo]nullum locum vacuū eſſe permittēs à laude,& merito[quoniā audiſti verba
oris mei].i.ea quæ cōcordi voce & mente poſtulaui in fide & dilectione. [In conſpectu
angelorū pſallam tibi].i.in ea puritate,qua te cōſpiciunt angeli, canā tibi canticū amo=
ris æterni[adorabo ad tēplum ſanctū tuum]vt illud merear fieri[& confitebor nomini
tuo]Ieſu.i.non ero ingratus laudans. [Super mia tua]qua peccata dimiſiſti[& veritate
1.Tio.2. tua]qua promiſſa cōpleſti,vel impœnitētes dānaſti[quoniā magnificaſti]per mediato
rem Ieſum[ſuper omē]quod nominatur[nomē ſanctū tuum]quo deus vocaris. Et ideo
[In quacūq; die].i.in cordis mūditia[inuocauero te].i.me noī tuo Ieſu perfecte memo=
rem exhibuero[exaudi me]amantē te. In quo exaudies? In hoc ꝙ[multiplicabis in ani
1.Theſ.4. ma mea].i.augebis in me[virtutē]ſpūalem,quia nihil exterius peto. [Cōfiteantur tibi
dño omnes reges terrę].i.oēs pręlati,qui ſe & alios recte regunt,tuam laudem quęrant,
non ſuam



A non ſuam,quia audierunt oīa verba oris tui.i,vetus & nouum teſtamentū per totam 1.Cor.8
eccleſiam audita ſunt. Ad quid audierunt? [Vt cantent in vijs dñi].i.prędicēt in miſeri=
cordia & veritate poſiti[quoniā magna eſt gloria dñi].i.magnus & glorioſus eſt dñs,q
reddit vnicuiq; quod meruit. [Quoniā excelſus dñs]iuſtos excelſe coronādo [& humi
lia reſpicit]oculis beneplacitis ipſos exaltando[& alta].i.ſuperbos[à lōge cognoſcit]in
inferno puniendo. [Si ambulauero in medio tribulationis].i.ſi in magna fuero tentatio
ne me vndiq; circūdante[viuificabis me]amore patientię, dādo perſeuerantiā in bono
[& ſuper irā inimicorū meorū] .i.dæmonū[extendiſti manum tuā]vt lōge ſit inferior
ira eorum ad nocēdum,quàm potentia tua ad ſubueniendū [& ſaluum me fecit dexte=
ra tua]id eſt,virtus tua,non mea,vt nō ſuperarer in tentatione. [Dñs retribuet pro me]
perſequentibus ſecundū meritum ſuū[dñe miſericordia tua in ſeculum]maneat in no=
bis,qua nos eruiſti à peccato[opera manuū tuarū]quę in nobis creaſti[ne deſpicias]ſed
grata habeas.

¶Pſalmi CXXXVIII. Enarratio.

DOmine probaſti me]id eſt,in experientiā mei me adduxiſti[& cognouiſti me] id
eſt,approbaſti me in ipſa experientia,ꝙ tentatus nō relinquerē te. [Tu cognouiſti
ſeſſionē meam]humilitatē cōfeſſionis meæ[& reſurrectionē meam] à morte animę per
gratiā tuā. [Intellexiſti cogtiationes meas] id eſt,deſiderium meum ad te redeundi [de
longe] id eſt,de regione diſſimilitudinis,in qua fui [ſemitam meam] id eſt,terrenæ ſo=
licitudinis,qua à te receſſi[& funiculum]id eſt,quantum & quàm diu te dereliqui, pec
cando[inueſtigaſti]ſicut iudex cauſam rei,vt nō remanerē impunitus. [Et oēs vias me= 1.Ioan.2.
as].i.cōcupiſcentiā carnis,cōcupiſcentiā oculorū,& ſuperbiā vitæ[pręuidiſti]ꝙ inceſſu
rus erā per illas ad æterna tormēta,niſi reuocaſſet me bonitas tua,& hoc in me refundo
& fateor[quia nō eſt ſermo]excuſationis[in lingua mea]Quia & ſi vellē excuſare me,
nō proderit. Nam[Ecce dñe tu cognouiſti]per ſimplicē notitiā [oīa nouiſſima] .i.pœ= Heb.4
nam peccati[& antiqua].i.peccati originē[tu formaſti me] .i. pœnæ peccati ſubieciſti 1.Re.16
[& poſuiſti].i.grauaſti[ſuper me manū tuā]vltricē peccati mei. Et ꝑpter hoc[Mirabi=
lis facta eſt ſcientia tua].i.incōprehēſibilis[ex me].i.in obediētia mea[cōfortata eſt]ſu
B perās vires meas[& nō potero ad eam] redire per me. Igitur cū peccator ſim. Quo ibo Ioan.15
à ſpū tuo].i.ab indignatione tua[& quo à facie tua].i.pręſentia[fugiā?]qui vbiq; es. [Si Iſa.14
aſcēdero in cœlū].i.ſi ꝓſumpſero de me tanq̄ ſim cœleſtis cōuerſatiōis[tu illic es] vltor
ſuperbiæ[ſi deſcēdero ad infernū] .i.ſi deſperauero,quaſi poſitus in profundo malorū
[ades].i.proximus es vltioni deſperationis,ſic nō eſt faciendū,quid ergo? Audi ſanū e=
uadendi cōſiliū. [Si ſumpſero pēnas meas].i.virtutes,caſtitatis,pacientię,charitatis, &
humilitatis,qbus volē à malis deſiderijs[diluculo].i.in ortu gratiæ,recedente nocte cul
pæ[& habitauero in extremis maris].i.mūdi poſt dorſum relinquā,ſic tandē effugiam
vindictā. [Etenī illic].i.in contēptu mundi,& in appetitu cœleſtis regni[manus tua].i.
auxilium tuū pręuiū[deducet me]ad paſcua veræ vitæ[& tenebit me]ne cōuertar ad pe
ricula maris[dextera tua].i.virtus bonitatis tuæ. [Et dixi]ita apud me deliberans[forſi
tan].i.cōtingere poterit,ꝙ[tenebrę cōculcabunt me].i.hoīes ignorātes veritatē oppro= Ioan.10
brijs,& iniurijs me afficient[&]nō timeo iſtud, qa [nox illuminatio mea] .i.tribulatio
me clariorē reddet,ſicut lima ferrū[in delitijs meis]ſpūalibus,quibus in Chriſto fruor,
quia ipſę delitiæ amoris æterni faciunt,ꝙ lætant pati poteſt tribulationem. [Quia tene
bræ].i.peccata [nō obſcurabūtur à te].i.non abſcōdentur,ſed per humilē cōfeſſionem Eccle.2
publicabuntur[&]ideo[nox].i.aduerſitas[ſicut dies].i.ꝓſperitas[illuminabitur].i.in Iaco.1
ſerenū mihi vertetur,vnde[ſicut tenebrę].i.tribulationes,quas deus infert [ita & lumē Matt.5
eius].i.proſperitas quā largitur.i.æqualiter accipienda ſunt proſpera & aduerſa,perfe=
ctam doctrinā hic enūciat. Sed vnde mihi tātus tēporalium cōtemptus? [Quia tu poſſe
diſti renes meos].i.compreſſiſti meos carnales affectus ſub me [ſuſcepiſti me de vtero
matris meæ]id eſt,de cæcitate vetuſtatis,à qua proceſſi nouus homo. [Confitebor tibi,
quia terribiliter magnificatus es]id eſt,qa tanto vehementius terreor,quāto altius ma=
gnitudinē tuam intueor[mirabilia opera tua]ſunt in reparando,& immutando genus
humanū[& anima mea cognoſcet]hæc[nimis]eſſe,id eſt,vires ſuas excedere. [Nō eſt
occultatū os meū]id eſt,fortitudo mea ſpūalis[à te]id eſt,à iugo tuo quod portet[quod]
id eſt,quam[feciſti in occulto]id eſt,in interiori meo,vbi tu ſolus vides[&]tamē timeo 1.Reg.16
quia[ſubſtantia mea]id eſt,vita mea [in inferioribus terrę] id eſt,in peregrinatione & Heb.4
P ij miſeria

Gen. 3.

miſeria huius mundi adhuc conuerſatur, quod Adam fecit quando peccauit. [Imperfectum meum viderunt oculi tui] id eſt, hanc inſufficientiam meã tu noſti, vnde ergo perficiemur? in eo ꝙ capiti noſtro conformabimur, quia [& in libro tuo] .i. in filio per quem innotuiſti [omnes] electi [ſcribẽtur] .i. ſcripti agnoſcentur ęterna prędeſtinatione [dies formabuntur] .i. de filijs tenebrarum, filij lucis fient, qui alios illuminabunt [& nemo in eis] .i. nullus eorum adquieſcet, vt dicantur Petriani vel Pauliani, ſed Chriſtiani, verum tamen. [Mihi autẽ nimis] .i. ſupra ſenſum meum [honorificati ſunt] id eſt, honorabiles æſtimati [amici tui deus] .i. apoſtoli, & alij ſancti eorum imitatores [nimis confortatus eſt principatus eorũ] id eſt, ſuper omnem poteſtatẽ ſeculi, qui & angelos iudicabũt. [Dinumerabo eos] .i. diſtinguã ab alijs excellentia perfectionis, eligens eos ex omni carne [& ſuper arenã multiplicabuntur] id eſt, cõuerſi per eos implebunt promiſſionẽ factam Abrahæ: & hoc totũ implebitur, quia [exurexi] à morte [& adhuc tecum ſum] vſq; ad iudicium nõ me manifeſtãs, vere quos amas honoro. [Si occideris deus peccatores] .i. quia à conſortio bonorum ſeparas, & cum dæmonibus dãnas [viri ſanguinum] .i. peccare volẽtes [declinate à me] corpore à quo corde & moribus diſſentitis. [Quia dicitis in cogitatiõe] .i. ſic cogitatis de amicis dei [accipiãt in vanitate] .i. decipient vana & fabuloſa ſuadendo [ciuitates ſuas] id eſt, cõuenticula, vel animas quas deo adquirunt. Hi ſic cogitantes errant, & ideo [Nõne qui oderunt te dñe] id eſt, à te propter odium bonorum ſeparabuntur [oderã?] .i. ſeparaui me mente & corpore [&] nõne [ſuper inimicos tuos] tanq̃ mortuos [tabeſcebã?] .i. dolore afficiebar. [Perfecto odio oderam illos] diligens naturam q̃ tu feciſti, odiens peccatum quod illi fecerunt [inimici facti ſunt mihi] odientes me iniq;: quod ego non feci eis, quia nullus bonus inimicum habet, niſi malum [Proba me deus] id eſt, conſcientię meæ eſto teſtis [& ſcito cor meũ] quia inimicus non curat [interroga me] à ſimilitudine magiſtri, q interrogando probat ignorãtiam diſcipuli [& cognoſce ſemitas meas] .i. fac me cognoſcere qd velim, & quare velim. [Et vide] .i. fac me intelligere [ſi via iniquitatis] id eſt, praua factio vel praua intẽtio [in me eſt] vt me nõ lateat defectus meus [& deduc me] quaſi per manum vt ſim [in via æterna] non errans ab ea.

Filiꝰ dei liber dr̃.

Non Pauliani ſed Chr̃iani dicimur.

1. Cor. 1

1. Cor. 6.

Gene. 22

Odio q̃modo habetur peccator.

C

## ¶Pſalmi CXXXIX. Enarratio.

D

ERipe me dñe ab hoĩe malo] id eſt, ab omni imitatione malorũ [à viro iniquo eripe me] quaſi vim faciendo ne cogar cõformari malitiæ eorum, [Qui cogitauerunt iniquitates in corde ſuo] inuentas [tota die] id eſt, iugiter conſtituerunt pręlia verboꝝ cum contumelioſis actibus. [Acuerunt linguam ſuã] id eſt, parauerunt ſermonẽ neq̃ [ſicut ſerpentes] id eſt, ſerpentina calliditate, ne cõuincerentur in falſitate ſua, nolunt enim obedire veritati, quia [venenũ aſpidum] id eſt, inſanabilis & incorrigibilis malitia, quæ ſe & alios ſibi fauentes interficit [ſub labijs eorum] id eſt, in cordibus illorum. [Cuſtodi me dñe de manu peccatoris] talis, ne credam doctrinæ eius ſicut à diabolica poteſtate [ab hominibus iniquis] qui innocentes opprimunt [eripe me] vt non adhæream illis. [Qui cogitauerũt ſupplantare greſſus meos] id eſt, fraudulenter me deijcere à ſtatu munditiæ ad ſimilitudinem luctantium [abſconderunt ſuperbi] id eſt, de aſtutia ſua præſumẽtes [laqueũ mihi] verba ſophiſtica, non vera ſed apparentia, vt me caperent in eis, cũ tamen qui ſophiſtice loquitur odibilis fit deo. [Et funes] id eſt, contentiones diſputationum [extenderunt in laqueum] verborum cauillatoriorum [iuxta iter] quaſi authoritatem ſequentes [ſcandalum] id eſt, offendiculum, adulterinas inducendo ſententias [poſuerunt mihi] id eſt, ad me decipiendum, vt eorum ſenſui conformer, ad quæ omnia laqueum funes & ſcandalum euadenda, quod difficile videtur. [Dixi domino] in illo confidens, non in ſcientia mea [deus meus es tu] poſſeſſor cordis mei, & ideo [exaudiſti domine vocem deprecationis meæ] qua peto veritatem doceri & ab ea nõ declinare. [Domine domine] bis dicit, vt inſinuet ſe magnum deſiderium habere [virtus ſalutis meæ] ex quo virtutem & ſalutem ſpero [obumbraſti ſuper caput meum] id eſt, obumbraculum gratiæ tuæ feciſti menti meæ, contra æſtum tentationum, & hoc [in die belli] id eſt, tribulationis, ne vincerer ab iniquis. Et quia ſic feciſti mecum. [Ne tradas me domine] .i. ne ſinas me tradi [à deſiderio meo] repulſum, quod de te ſolo eſt [peccatori] vt eius cõformer voluntati [cogitauerunt contra me] id eſt, contra ſalutem meam, & ideo [ne derelinquas me] in tanta neceſſitate [neforte exaltẽtur] id eſt, glorientur me ſuperato [Caput circuitus eorum] id eſt, capitalis intentio eorum, eſt in rebus tranſitorijs & humana

Serpentinam calliditatẽ mali imitantur

Sophiſtice loqui Hæreticorũ impoſtura

Impioꝝ conatus quis ſit.

laude



A

laude adquirendis [labor labioꝝ ipſorum] id eſt, figmenta verboꝝ [operiet eos] id eſt, excuſabit non puritas conſcientiæ. [Cadent ſuper eos carbones] id eſt, corda igne charitatis ardentia, illis miſericorditer compartietur [&] ſic [in ignem deijcies eos] .i. in amorem duces [in miſerijs non ſubſiſtent] id eſt, in vanitatibus & ſuperbia huius vitæ, in quibus prius delectabantur, ſed tamen [Vir linguoſus] id eſt, de verboſitate ſua ſupbiens [non dirigetur] ad vitam æternam [in terra] id eſt, in hac vita, quia [virum iniuſtum] qui non reddit deo honorem & amorẽ [mala] æterna [capient in interitu] .i. ſtatim poſt mortẽ, de qua re credidi, quia [Cognoui quia faciet dñs iudicium inopis] .i. q eſurit & ſitit iuſtitiam perfecte, deo faciente habebit poteſtatẽ iudicandi [& vindictam pauperꝝ ſpiritu] .i. non relinquet eoꝝ iniurias impunitas. [Veruntamen iuſti] quãuis flagellent [confitebuntur nomini tuo] Ieſu laudãtes: Sit nomen dñi benedictũ [& habitabunt recti] qui ad te tota mente eriguntur [cum vultu tuo] ſ. poſt hanc vitam in gaudio tuo manifeſte mihi aderis.

Matt. 5

Iob. 1

## ¶Pſalmi CXL. Enarratio.

DOmine clamaui ad te] amandum & habendum deſiderio nõ remiſſo, & ideo [exaudi me] id eſt, da effectum petitioni meæ [intende voci meæ] id eſt, intenſum te pbe, ſicut intenſus eſt affectus meus [cum clamauero ad te] in tribulatiõe poſitus. Et vt exaudiar [Dirigatur oratio mea] ab ara cordis [ſicut incenſum] vt inflammetur igne amoris & ſic aſcendere non deſiſtet, vnde fumus aromatum eſt orationes ſanctoꝝ, qui igniti ſunt charitate [in conſpectu tuo] id eſt, coram te, vbi tu approbas, non qñ homines iudicant deuotionem [eleuatio manuum meaꝝ] id eſt, operꝝ meoꝝ à terrenis ſordibus ad cœleſtem cõuerſationem fiat tibi pro me [ſacrificium veſpertinum] id eſt, finis mei, vt non indigeam alio ſacrificio poſt mortem tecum requieſcens, & in te tuo regno. Et interim [Pone domine cuſtodiam ori meo] vt non loquar otioſa vel noxia [& oſtium circumſtantiæ labijs meis] vt non niſi opportune aperiatur vel claudatur ad diem, id eſt, ad Chriſtum enuntiandum ſint aperta: Ad noctem, id eſt ad culpam & ſtultiloquia & ſcurrilia ſint clauſa. [Non declines] id eſt, declinari non permittas [cor meum in verba malitiæ] quæ me malitioſum facerent [ad excuſandas] id eſt, ad defendẽdas [excuſatiões] quæ fiunt [in peccatis] excuſandis, quod eſſet maximum periculum, qa ſi ego mea peccata excuſo, deus illa accuſabit. Et etiam [Cum hominibus operantibus iniquitatem] id eſt, non ſim ſocius cum illis, qui nolunt ceſſare à peccato, & ſic [non cõmunicabo cum electis eoꝝ] id eſt, cum hæreſiarchis, vel .i. cum principibus eoꝝ qui inter reprobos maiorem reuerentiam habent, ſicut præelecti inter bonos, non conſentio illis, ſed [Corripiet me iuſtus in miſericordia] mihi cõpatiens, non in odio dedignãs, [& increpabit me] ſalubri inuectione [oleum aũt peccatoris] id eſt, falſa laus adulantis [non impinguet caput meum] id eſt, non delectet mentem meam. Hæc ſententia pene omnes qui ſe Chriſtianos putant, condemnat, quia iuſtum in miſericordia corripientem & increpantem odiunt, & adulatorem falſo laudantem diligunt & aſſumũt: in verbis iuſti corripentis contriſtantur & frendent, in verbis peccatoris adulantis delectantur & gaudent. [Quoniam adhuc] id eſt, futurum eſt [& oratio mea] computetur [in beneplacitis eoꝝ] id eſt, bene placeat eis orare, quod ego nunc oro pro cõuerſione illorum. [Nam abſorpti ſunt] id eſt, incorporabuntur eccleſiæ [iuncti petræ] id eſt, ſociati Chriſto [iudices eoꝝ] id eſt, quidam de illis qui maiorem habent poteſtatem inter eos. [Audient] in fine mundi Iudæi [verba mea] euangelica [quoniam potuerũt] id eſt, potentiora & efficatiora fuerũt verbis eoꝝ, quamuis Antichriſtum habeant ducem, & ſic inde ſecutum eſt, ꝙ [ſicut craſſitudo] id eſt, abundãtia ſpiritualium bonoꝝ [erupta eſt ſup terram] id eſt, viſa eſt in populo fideli, dum martyrio coronati, eccleſiam fruge virtutum fœcundiorem reddent. Sed tamen vt pro hoc tempore loquar. [Diſſipata ſunt oſſa noſtra] id eſt, illi qui videntur fortiora membra eccleſiæ, vt principes, & prælati, & prędicatores [ſecus infernum] id eſt, lapſi ſunt ad voluntatem eorum qui habitant in pfunditate maloꝝ, ſed [quia ad te dñe] inſeparabiliter amãdum [oculi mei] .i. fixæ ſunt intentiones meæ [non auferas animam meam] id eſt, non permittas me tentari ſupra id quod poſſum ſuſtinere, nec ſequi veſtigia præpoſitoꝝ illoꝝ, quoꝝ animæ à te auferri ſiuiſti, ſed [Cuſtodi me] amantem te [à laqueo] fallacis delectationis [quem ſtatuerũt mihi] ſuo malo exemplo [& à ſcandalis] id eſt, à receſſu à tuo amore: quod eſſet mihi ſcandalum, ſi facerem [operantium iniquitatem] quia hoc ſcandalum eorum eſt, &

Apo. 8.

2. Cor. 10

Sacrificium veſptinum.

Matt. 12

Ori cuſtodia ponẽda.

B

Prouer. 15

Amos. 5

Adulator a malis fouet.

1. Cor. 10

P iij ideo

ideo non mihi contingat eis cõformari.[Cadẽt in retiaculo eius]ſcilicet ſcandali[pec C
catores]id eſt,cedẽt mortiferis perſuaſionibus.Illi ita,ſed aliter de me[quia ſingulariter
ſum ego].i.in vnica ſpe conditoris mei ſubſiſto[donec tranſeam]de ſpe ad rem,de fide
ad ſpeciem .de miſeria ad gloriam ſempiternam.

## ¶Pſalmi CXLI. Enarratio.

VOce mea].ſ.cordis [ad dñm clamaui] quia tantum patronum non remiſſe oraui
Inſiſtẽdũ pro bonis appetendis[voce mea]non aliena ab affectu [ad dñm deprecatus ſum]
eſt oratio pro malis euitandis.Admonemur,vt in tribulationibus poſiti inſiſtamus orationi.[Ef-
ni dũ tri- fundo in conſpectu eius orationem meam].i.nihil peto,niſi ꝙ beneplacitum ſibi noui
bulamur [& tribulationem meam].i.laborioſam huius vitę peregrinationem[ante ipſum pronũ
Iob.14 1.Reg.16 tio].i.in corde,vbi ipſe videt,plango:lætus apparens hominibus,quia non facio ad ocu
Matt.6 lum eorum.Et vere ita eſt,quia[In deficiendo ex me ſpiritum meum].i.dum deficit ſpi
ritus malitiæ meę,vel id eſt,admittendo ſpiritũ elationis,quæ ex meo ſpiritu eſt non ex
tuo,ſic feci,& ꝙ verum ſit[tu cognouiſti ſemitas meas] .i.te teſte hoc loquor, qui noſti
Heb.4 occulta mea omnia,quo teſte,nõ eſt tutum ſed periculoſum mentiri. Quod inimici mei
deſtruere in me conati ſunt,nam [In via hac].ſ.humilitatis & obedientię mandatis tuis
Mortis [qua ambulaui].i.iugiter inceſſi[abſconderunt]dæmones [laqueum] mortis æternæ
laqueus ſub breuem voluptatem mundi & carnis.Delectationẽ oſtendunt, & pœnam abſcon-
carnis de dunt mihi ad meam deceptionẽ.[Conſiderabã ad dexterã].i.ad eos qui ponendi erant
lectatio ad dexterã Chriſti,ſi fidem operibus adimplerẽt[& nõ erat]ex eis [q cognoſceret me]
Matt.25. id eſt,q me approbaret virtuoſum.Et tamẽ[Periꝫt fuga à me].i.noiui ſubterfugere cer-
Ephe.6. tamen cũ inimicis ſpiritualibus:q̃uis non haberẽ ſocios in itinere meo,quia [& non eſt
qui requirat animam meam]vt imitetur conuerſationem meam,& ſi me conſtantẽ cer-
nerent in propoſito bono.Et ideo[Clamaui ad te dñe]quia tibi ſoli relictus ſum, & in
te confidens dixi laudando te[tu es ſpes mea]in terra morientium[portio mea].i.coro-
Apo.21 na gaudij mei [in terra viuentium].i.in cœlo,quo mors nõ appropinquat. [Intende]
id eſt,intẽſum te exhibe[ad deprecationẽ meã]qua te amare peto[quia humiliatus ſum
nimis].i.valde abiectum me eſſe intelligo,erga dilectores iſtius mũdi.[Libera]me ple- D
ne[à perſequentibus me]hominibus & dęmonibus [quoniam cõfortati ſunt ſuper me]
id eſt,vires meas ſuperabunt,niſi te adiuuante & liberante.Ergo [Educ de cuſtodia ani-
mam meam].i.de ſpelunca carnis,vel de carcere huius exilij [ad confitendum nomini
Rom.7 1.Cori.15 tuo].i.vt te laudet peracta victoria[me expectant iuſti]vt ſequatur corpus, vbi pręceſ-
ſit caput[donec retribuas mihi]palmam æternæ gloriæ pro tribulatione & charitate hu
ius vitæ.

## ¶Pſalmi CXLII. Enarratio.

DOmine exaudi]Iſte pſalmus attribuitur pœnitenti oranti pro remiſſione illorum
peccatorum,quæ incurrit,quando eum perſequitur filius,id eſt, carnales motus
& prauæ ſuggeſtiones rationem pręuaricantes.Et orat,vt ratio reſtituatur regno & do-
minetur motibus animæ,dicit ergo [Dñe exaudi orationẽ meã] in appetendis vtilibus
Ephe.18. Rom.3 [auribus percipe obſecrationẽ meã]in impellẽdis inhoneſtis & nociuis[in veritate tua]
qua conuerſis veniam ſpondes[exaudi me in tua iuſtitia]qua iuſtificas impium per fi-
dem.[Et non intres in iudiciũ cũ ſeruo tuo].i.miſericordiã peto & nõ iudicium, ne ſtri
cte in iudicio mecum agas[quia non iuſtificabitur in conſpectu tuo]id eſt,nullus appa-
rebit iuſtus,ſi attendatur puritas iuſtitiæ tuæ[omnis viuens] .i.quantumcunq; iuſtus vi-
deatur in conſpectu creaturarum.Et recte peto,vt non intres. [Quia perſecutus eſt ini-
Gene.8 micus]id eſt,praua ſuggeſtio [animam meam]fragilem ad tentandum, & leuem ad cõ
ſentiendum,niſi gratia tua fulciatur,nam[humiliauit in terra vitam meam]id eſt, ratio
nem fecit conſentire motui carnali. [Collocauit me in obſcuris] id eſt,operibus tene-
brarum fecit me adhærere[ſicut mortuos ſeculi]id eſt,ſicut illos,quos amor ſeculi ſepa-
rat ab amore dei[& anxiatus eſt ſuper me ſpiritus meus]dum ſatagit,ne in morte rema
nerem,ratione ſuadente[in me turbatum eſt cor meum]id eſt,compunctum eſt in conſi
Gen.3. deratione miſeriæ meæ.[Memor fui dierum antiquorum]in quibus lapſi ſunt primi pa
rentes[meditatus ſum in omnibus operibus tuis]quomodo hominẽ mirabiliter creaſti,
& mirabilius hoĩem redemiſti[in factis manuũ tuaꝝ].i.quęcunq; bona fecimus,nõ na
turæ dona,ſed gratiæ tuæ[meditabar]eſſe dona. [Expandi manus meas].i.opera mea
nõ ad tranſgreſſionẽ mandati tui,ſed[ad te]lignũ vitę,quia[anima mea ſicut terra].i.ſi-
tiens



A tiens imbrem gratiæ tuæ ad fructificandum,quę nõ eſt [ſine aqua] .i.arida & ſterilis,&
hanc[tibi]offero ad irrigandum.[Velociter] id eſt,indilate [exaudi me domine] quia
[defecit ſpiritus meus]id eſt,in cõſideratione iudicij tui timuit. [Non auertas faciem
tuam] id eſt, non ſubtrahas beneuolentiam tuam,vel redde beneuotiam in primo pa-
rente amiſſam [à me] volente amare te. Et hoc fac, quia ſi auertis [ſimilis ero deſcen-
dentibus in lacum]id eſt,conformabor illis qui cadunt in profundum vitiorum. [Au-
ditam fac mihi].i.fac me cũ gaudio audire [mane] .i.in exortu ęternę diei [miſericor-
diam tuã].i.effectum miſericordię,venite benedicti[quia in te ſperaui] dum peregrina
rer:Et interim.[Notã fac mihi viam].i.quid mihi ſit appetendũ,& quid fugiendum[in Matt.25 2.Cor.5
qua ambulem]non declinans ab ea[quia ad te]fontẽ vitæ[leuaui animã meã] vt dulce Iſa.12
dinem tuã guſtanti nõ libeat vlterius terrenis ſordibus inquinari.[Eripe me de inimicis Pſalm.35
meis dñe]vt inefficaces reddantur perſecutores,vel carnales motus,quia[ad te] patrem Lucæ.15
& patronum[confugi]qui aliquãdo à te fugi[doce me facere voluntatem tuam] quia ſi Ioan.15.
ne te doctore & datore,facere non poſſum[quia deus meus es tu]cui debeo totum quod Deo totũ
ſum.[Spiritus tuus bonus].i.ſpiritus gratiæ tuæ[deducet me in terram rectã].i.in ſtabi ꝗd ſumus
litatem mentis,quẽ ſpiritus malus deduxit in terram diſtortã & peruerſam[propter no debemus
men tuũ]glorificandum[viuificabis me in ęquitate tua].i.in obedientia tibi,qui ꝑpter
nomen meũ mortificaui me obediẽdo carni.Et ſic [Educes de tribulatione animã me- Roma.8
am].i.à puſillanimitate & inquietudine animæ,vt ſim tranquillus in mente amando te
cum ſuauitate[& in miſericordia tua diſperdes inimicos meos]vt mihi deinceps nõ no
ceant,quos aliquando in ira tua ad nocendum me congregaſti.[Et perdes oẽs]in fu-
turo[qui tribulant animã meã]in præſenti ſine cauſa,& merito [quoniam ego ſeruus
tuus ſum]& illi ſunt ſerui mundi,carnis,& diaboli.

## ¶Pſalmi CXLIII. Enarra.

BEnedictus dñs].i.digna deo gratia referatur[q docet]more gladiatoꝝ[manus me-
as ad præliũ].i.qbus operibus reſiſtã vehementi tentationi[& digitos meos ad bel
lum].i.per diuiſiones gratiaꝝ,omnẽ diabolicã impugnationẽ propulſare.Hic pſalmus
eſt perfectoꝝ,qui orant vt liberentur ab his,qui beatitudinẽ perſuadent in tẽporalibus.
B [Miſericordia mea] .i.reuocatiõe mẽtis meæ[& refugiũ meũ]in perſecutiõe[ſuſceptor
meus]ne cadã peccato[& liberator meus]ne hęreã mũdo.[Protector meus]ne me feri-
at diabolus[in ipſo ſperaui]nõ de me ꝑ̃ſumpſi[q ſubdit populum].i.malos motus,& af
fectus carnales[ſub me].i.ſub ratione.[Dñe quid eſt homo].i.quantæ ꝓbitatis eſt,qua
ſi diceret,paruę[qa innotuiſti ei].i.notitiã tui dediſti[aut filius hoĩs]q ex ſe nihil eſt[qa
reputas eum]talem vt pro eo vnicũ dares. Quid nunc eſt audi. [Homo vanitati ſimilis
factus eſt]à ſeipſo,quem tu feciſti ſimilem veritati[dies eius]pauci & mali [ſicut vmbra 2.Cori.5 Roma.5
prætereunt]in pręſenti,ſed in futuro manebit dies eius,quia non habebit niſi vnã,vel in Dies vna
pœna vel in gloria,æternã.Quod vt contingat in gaudio.[Dñe inclina cœlos meos].i. erit æter
fac pręđicare ſanctos tuos ad reparationẽ illoꝝ[& deſcẽde]in illis ꝑ gratiam tuã,vel in- na,in glo
noteſce eis[tange montes].i.timore tuo ſuperbos concute[& fumigabunt] .i.emittent ria vel in
lachrymoſam contritionem. Et vt hæc fiant,exere [Fulgura] .i.terrentia verba [co pœna.
ruſcationẽ].i.fulgentia miracula[& diſſipabis eos]prædicatores,vt alijs ſint odor mor-
tis,alijs odor vitæ [emitte ſagittas tuas]id eſt,præcepta trãſigentia[& conturbabis eos] 2.Cor.2
id eſt,compunges ad pœnitentiã. [Emitte manum tuã de alto] .i.filium tuũ per quem Heb.4
operaris[eripe me].i.detrahe hoſti ſpolia[& libera me de aquis multis].i.de perſecutio Ioan.1
nibus & tentationibus multorũ vitiorum[& de manu filioꝝ alienoꝝ].i.de poteſtate eo
rum qui accepta gratia abierunt poſt ſatanam. [Quorum os locutũ eſt vanitatẽ] id eſt,
promiſit beatitudinẽ in tẽporalibus[& dextera eorum dextera iniquitatis]quia opera ſi 1.Tio.5.
niſtræ reputãt dextrę.Iſti deuiant,ſed ego nõ,quia[Deus canticum nouum cãtabo tibi] Matt.6.
id eſt,canticũ charitatis,ꝗd ſuauiter ſonat in aure dei[in pſalterio decachordo].i.in im- Col.3
pletione decem mandatoꝝ[pſallã tibi].i.operabor ad honorẽ tuũ.[Qui das ſalutẽ regi
bus].i.his qui ſe bene regunt[qui redemiſti]de prima præuaricatiõe [Dauid ſeruũ tuũ]
.i.quẽlibet virtuoſum[de gladio maligno].i.de mortifera perſuaſione,eripe me aman-
tẽ te.[Et erue me]quęrentẽ te[de manu filiorũ alienoꝝ] apoſtatãtium [quorũ os locu-
tum eſt vanitatẽ].i.non niſi de vanis rebus loquitur[& dextera eorum dextera iniquita
tis] id eſt,etiam illud quod in eis rectius videtur,iniquum eſt.[Quorum filij ſicut nouel
lę plantationes] id eſt, tantum ſtudium adhibent nutriendis filijs, quantum agricolę
impen-

impendunt plantandis plantationibus nouellis,& hoc in[iuuẽtute ſua]id eſt,dum laſci C
ui,& formoſi,& apti,ad vanitatem mundi exiſtũt,in ſenectute vero marceſcunt & mor-
te & tormento.[Filiæ eorum compoſitæ].i.cum magna ſolicitudine pręparatę & com
Diuites ſuperflue ornãtes filios & filias eas dedicant diabolo
ptæ,vt amatoribus iſtius ſeculi amabiles & habiles reddantur[circũornatæ].i.ex omni
parte ornatæ,vt maior ſit ornatus q̃ ipſa puella[vt ſimilitudo tẽpli]id eſt, ad ſimilitudi-
nem eccleſiæ ſe ornant,quia ſicut ſancta dei eccleſia ſe virtutibus ornare ſtudet,vt ſpõſo
ſuo Ieſu immortali placeat:ſic & illæ filiæ diuitum omnẽ diligentiam ſuam impendunt
vt hominibus placere poſſint.Quod nõ ſolum vanum,ſed etiã inſanum eſt.Dum enim
ſic florent in cõſpectu hominũ funditus areſcunt,imo & fœtent in oculis angelorum.
Reprehenduntur & hic diuites,qui filios & filias ſuperflue ornari procurant. Sic enim
nutriunt eos ad laſciuiam & inobedientiam mandatis dei , & faciunt eos filios gehen-
næ.Hi ſunt qui gaudent in terrenis rebus.& præponunt tranſitoria æternis.[Promptua-
ria eorum plena]bonis temporalibus[eructantia ex hoc in illud]id eſt , propter nimiã
plenitudinem,de vaſe in vas mittuntur.[Oues eorum fœtoſæ]id eſt,plenæ cõceptis fœ
tibus[abundantes]id eſt,fœcundæ[in egreſſibus ſuis]quando egrediuntur ad paſcua:
Sap.2. vel egreſſibus dicit:quia omnia talia cito tranſeunt tãquam vmbra [boues eorum craſ
ſæ]vel craſſi id eſt,non ſteriles & macrę,ſed pingues & fœcundæ.Et hæc omnia contin
gunt reprobis,quia [Non eſt ruina macerię]id eſt , nihil aduerſitatis accidit in diminu-
Matt.7 tione facultatum ſuarum[neq; tranſitus].i.mors[neq; clamor]mortis[in plateis eorũ]
id eſt,via lata qua ipſi ambulant ad infernum,proſperantur enim ſic in præſenti vt nul-
lam requiem,ſed continuam miſeriam inueniant in futuro.Et tamen hoc non attendẽ-
tes.[Beatum dixerunt populum]illi,ſcilicet filij tenebrarum,illuſi à tenebrarum princi
pibus,qui non vident ad quem finem ducunt amatores ſuos [cui] homini vel populo
[hæc ſunt]id eſt,cui hæc proſpera aſſunt,& à quo hæc aduerſa pelluntur , ſed decipiun-
tur,quia omnes electi aliter dicũt,quid?[beatus populus]ſolus ſcilicet,& vere[cuius eſt
dominus]Ieſus Chriſtus[deus eius]qui habet deum poſſeſſorem,& poſſeſſionem ſuam
æternam.

## ¶Pſalmi CXLIIII. Enarratio.

.1.Cor.10. EXaltabo te]quantũ in me eſt ore & opere[deus meus rex]cuncta gubernans[& be
Colo.3 nedicam nomini tuo]id eſt,qcquid boni faciã laudi nominis tui Ieſu & gratiæ tuæ D
2.Cor.5 aſcribam,nõ ad horã,ſed[in ſeculum].i.q̃diu hic viuo in peregrinatione[& ]vſq;[in ſe
culum]futurum extendam conſecutiuum huius [ſeculi. Per ſingulos dies] .i.per ſingu-
las aſcenſiões virtutum[benedicam tibi]pro donis tuis[& laudabo nomẽ tuum]Ieſum
[in ſeculũ].i.per totũ ſeculũ pręſens amplificãs laudes tẽporales[& in ſeculũ ſeculi] .i.
Eccli.43 vſq; in æternas.[Magnus dominus]quia incomprehenſibilis [& laudabilis nimis] id
eſt,plus quàm dicere poſſum,vel etiã cogitare[& magnitudinis eius]intellectualis[non
eſt finis ] localis vel temporalis,quia omnia includit & includi non poteſt.[Generatio]
mortalis [& generatio] immortalis [laudabit opera tua] id eſt,te in conſideratione ope
rum tuorum [& potentiam tuam]in operibus tuis[pronuntiabunt] laudando. [Magnifi
centiam gloriæ ſanctitatis tuæ loquentur] id eſt,excellentem gloriam tuam qua ſancti
ficas eos,vt inæternum glorientur prædicabũt alijs [& mirabilia tua] quibus genus hu
Sopho.1. manũ reparaſti [narrabunt] cum laude prædicando.[Et virtutem terribilium tuorum di
cent] id eſt,fortitudinem tuã, qua terribilis apparebis puniens malos [magnitudinem
tuã narrabunt] .i.magnã bonitatẽ tuã qua liberas iuſtos.[Memoriã abundãtiæ ſuaui-
tatis tuæ] .i. memorabilem abundantẽ ſuauitatem tuã,quam intus guſtãt [ eructabũt]
Pſal.33 foris proximo,vt & ille guſtet,qm̃ ſuauis es,& odiat fœtorem carnalis delectationis[&
Ephe.1. iuſtitia tua] qua eos iuſtos facis [exultabunt.Et vere nam [Miſerator] in exhibitõe [&
Sapien.11 miſericors dñs] in p̃finitione [patiens]diſſimulando peccata hoĩm propter pniam [ &
Matt.5 multum miſericors] peccata remittendo,& dona cumulando. [Suauis dominus vni-
Luc.6 uerſis]& impijs in quibus non exercet debitam vindictam in hoc mundo, ſed quo nũc
Deus remunerat vltra meritum & punit citra condignum
videtur eis ſuauior in patiendo,eo poſtea ſeuerior apparebit condemnando [& miſera
tiões eius ſuper oĩa opera eius]qa ſolẽ ſuum facit oriri ſuper iuſtos & iniuſtos,& magis
apparet erga hoĩes effectus mĩæ dei q̃ iuſtitiæ in hac vita.Remunerat eñ ſupra meritũ,
& punit citra cõdignũ.Ergo qa miſericors es. [Cõfiteãtur tibi dñe oĩa opera tua].i.ad
laudẽ tuã reddãtur oĩa bona noſtra[& ſancti tui benedicãt tibi].i.hoc ꝙ ſancti ſunt tibi
1.Cori.4 tribuãt.Et ſic [Glĩam regni tui dicẽt] .i.vt ab oĩbus deſideretur prædicabunt,& gloria
terreni



A terreni regni contemnatur[& potentiam tuam loquentur]vt ab omnibus timearis qui
nemini parcis peccanti.[Vt notam faciant]docendo & operando[filijs hominũ]id eſt,
imitatoribus amatorum mundi[potentiam tuam]qua punis impios ne excuſent per i-
gnorantiam[& gloriã magnificentiæ regni tui]quã habituri ſunt illi magnifici in qui-
bus regnabis.Qui dicent[Regnum tuum regnũ omniũ ſeculorum].i.conſtans ex oĩni-
bus ſeculis,à primo iuſto vſq; ad nouiſſimũ[& dñatio tua]permanebit[in omni genera
tione]mortali,quia omnibus mortalibus dñaris,& vſq;[in generationẽ]immortalẽ ex
tendetur.[Fidelis eſt dñs in omnibus verbis ſuis] .i.veraciſſimus adimpletor promiſſo Heb.11
rum,& iuſtiſſimus remunerator oĩm bonorum,& malorum punitor[& ſanctus].i. fir- Rom.11.
mus[in oĩbus operibus ſuis]quia ſine pœnitẽtia ſunt dona dei.[Alleuat]à ſorde ſcelerũ
[omnes q corruunt].i.qui humiliter cõfitentur lapſus ſuos[& erigit]per pœnitentiam
[oẽs eliſos]peccatis[Oculi]ſpũales[omniũ]erectorum[in te ſperant dñe]vt cõſequan
tur quod optant[& tu das eſcã illorum]indeficientẽ.i.panẽ internæ ſuauitatis[in tẽpo-
re opportuno].i.in die tribulatiõis quę opportuna eſt pro loco in quo ſumus,ſcilicet val
le lachrymarũ. [Aperis tu manum tuam].i.larga manu dans eſcã eſurientibus[& im-
ples omne animal]aptũ ad portandũ iugum tuũ[benedictione].i.plenitudine gratiæ. Mundus lachrymarum vallis dicitur
[Iuſtus dñs in oĩbus vijs ſuis].i.iuſte mandat præcepta iuſtitiæ, quibus itur ad eum [&
ſanctus].i.irreprehenſibilis[in oĩbus operibus ſuis]quãdo hunc aſſumit,& illum non.
Hoc dicit,ne quis eum reprehendat dicens:Non videtur iuſtum ꝙ vnum aſſumit,alium Luc.17
relinquit, cum oẽs nati ſimus filij iræ.Et vt cognoſcant,ꝙ eorum defectus eſt ſi nõ ſal- Matt.24
uẽtur,& ꝙ paratus eſt oẽs ad ſe veniẽtes aſſumere,ſubdit.[Prope eſt dñs oĩbus inuocan Ephe.2
tibus eũ].i.ipſum in ſe perfecte inuitantibus,vt in eis maneat,prope eſt vt veniat in eos, 1.Tim.2.
ergo non ego ſolus,vel tu,ſed oẽs qui volunt poſſunt ſaluari, cum prope ſit deus[oĩbus Lucæ.24.
inuocãtibus eum in veritate].i.qui nihil ab eo petunt niſi ipſum.Conſidera oẽs, & pau
cos tales inuenies,ergo verũ eſt ꝙ dicitur:Pauci ſunt electi.[Voluntatẽ timentium ſe fa
ciet].i.quibus dat bene velle dabit & perficere[& deprecationẽ eorũ exaudiet] liberans Matt.22.
eos à malo culpæ & pœnæ[& ſaluos faciet illos]in futuro.Nam[Cuſtodit dñs] à pote- Philip.2.
ſtate maligna [oẽs diligentes ſe] vere non ficte,ſicut diuites amant deum,labijs hono-
B rantes eum,& cor habent longe ab eo,& dicunt ſe iuſte agere,cum facta eorum cõtrari- Matt.15.
um probent, & idem linguæ proximorum clament[& omnes peccatores].i.perſeuerã Iſaiæ.29
tes in peccato[diſperdet]in gehennam in corpore & anima.Ego non conſentio diuiti-
bus & ſuperbis,qui nunc proſperantur & poſtea cruciãtur. Sed [ Laudationem dñi lo-
quetur os meum].i.pro omnibus beneficijs ſuis gratias inceſſanter illi impendã,ſuper-
bi & diuites ſuã laudẽ procurant,vt glorioſi in mũdo appareant,ego diuinã laudẽ præ-
dico & meipſum cõtemno,& meo exẽplo[benedicat oĩs caro].i.oĩnis conditio,omnis
ſexus,& ętas[nomini ſancto eius]id eſt,Ieſu quod nos ſanctificat[in ſeculum & in ſecu
lum ſeculi].i.nunc & inæternum.

## ¶Pſalmi CXLV. Enarratio.

LAuda anima mea dñm].i.pars animalis cõſenti rationi,& quaſi reſpõderet admo
nenti[laudabo dñm in vita mea]vera,cui mors nõ ſuccedet[pſallã deo meo]id eſt,
de ſuperno munere gloriabor[q̃ diu fuero].i.q̃ diu in vero eſſe permãſero,q̃d erit inęter Apo.21
num.[Nolite cõfidere in principibus].i.in apoſtolis,& angelis,ſed in deo ſolo [ nec in Confidẽdum ĩ ſolo Deo.
filijs hominũ]ſpem veſtram ponatis[in qbus]vel principibus vel hominibus[nõ eſt ſa
lus]noſtra,quia dñi eſt ſalus. [Exibit ſpiritus eius].i.ſpũs hominis ſeparabitur à carne Pſal.3
[& reuertetur]caro[in terrã ſuã]de qua aſſumpta eſt[in illa die]mortis[peribũt oẽs co- Gene.3
gitationes eorũ].i.quicqd inaniter et ſuperbe cogitauerunt.Ergo[Beatus cuius deus Ia
cob]eſt[adiutor eius].i.quẽ habet creatorẽ,ſperet adiutorẽ[& ſpes eius]eſt[in dño deo
ipſius].i.ille beatus eſt,qui totã ſpem ſuã in deo ponit[qui fecit cœlum].i. ſublimes vi-
ros in contemplatione[& terram].i.mediocriter bonos quaſi terrenos reſpectu illorum Iere.17
[mare].i.amaricatos p̃ pœnitẽtia q̃ntum ad corpus,q̃uis dulces ſint intra ſe[& oĩa quæ
in eis ſunt].i.oẽs virtutes & bona opera quę habent. [Qui cuſtodit veritatẽ in ſeculum]
qui neminẽ fallit in promiſſis[facit iudiciũ iniuriã patientibus] .i.pacientiã eorũ non Matt.5
relinquit irremuneratam,nec malitiã iniuriantium dimittit impunitã [dat eſcam]vitæ
æternæ[eſurientibus]iuſtitiam.[Dominus ſoluit]à vinculis carnis[compeditos]id eſt,
compede mortalitatis conſtrictos[dñs illuminat cæcos]id eſt, tenebras huius vitæ au-
fert,& dat viſionẽ æternæ claritatis.[Dominus erigit eliſos]id eſt, depreſſos in peccatis
erigit

erigit ad ſpem veniæ per pœnitentiam[dñs diligit iuſtos] tanq̃ ſua membra. [Dñs cu- C
Heb.13 ſtodit]à lapſu[aduenas]id eſt,qui hic nõ quęrunt manentẽ ciuitatem,ſed ad futuram to
to corde intendunt[pupillum]id eſt,illum cui mortuus eſt pater mundus,ſine cupidita-
te viuens[& viduam]id eſt,conſolatione mundi priuatã animã[ſuſcipiet]id eſt,capiet
ad ſuperna gaudia[& vias peccatorũ] id eſt, pctõres propter vias ſuas peſſimas,ſcilicet
gulam,luxuriã,rapinam,extorſionem,ſuperbiam,& alia multa quibus ad infernum du
cuntur [diſperdet] id eſt,conteret duplici contritione. Et his contritis & in gehennam
Iere.17 merſis.[Regnabit dñs]cum omibus electis ſuis,qui gloriam mundi nõ amauerunt [in
Luc.1 ſecula]æterna[deus tuus]o[Sion]non recens,ſed Chriſtus deus & ſponſus eccleſiæ re-
gnabit[in generationem]mortalem[& generationem]immortalem.

## ¶Pſalmi CXLVI. Enarratio.

LAudate dñm]non lingua tantũ,ſed vita & veritate[quoniã bonus]eſt[pſalmus]id
eſt,bonũ eſt cõcordare opus cũ voce[deo noſtro ſit iucunda].i.placẽs cũ mentis iu
cunditate[decoraq; laudatio]vt cõueniat vita cũ doctrina,nõ enim eſt ſpecioſa laus in
Eccle.15 ore peccatoris.[Aedificãs Ieruſalẽ dñs]id eſt,ruinam angelicã reſtaurans[diſperſiones
Iſraelis]id eſt,ſeductos varijs erroribus peccatorũ[congregabit]ad vnitatẽ charitatis,
vt ſic apti fiant ad ędificationem cœleſtẽ. [Qui ſanat cõtritos corde]id eſt,vere cõtritis
omne peccatum dimittit & pœnã [& alligat omnes cõtritiones eorum]quia guloſis parſi
1.Tim.2. Ephe.4 moniam,luxurioſis cõtinentiã,ſuperbis humilitatẽ imponit.[Qui numerat multitudi-
nem ſtellarũ].i. vere nouit qui ſunt eius,qui lucent in nocte huius mũdi verbo & exem
plo[& oĩbus eis nomina vocat]id eſt,quoſdã dat paſtores,quoſdam doctores,alios acti
Sap.8 uos, alios contẽplatiuos,vnicuiq; ponit gradũ in quo ſtabit.[Magnus dñs noſter] oĩa
cõprehendens & à nullo cõprehẽſus[& magna virtus eius]cũcta ſecula regẽs[& ſapien
tiæ eius]attingentis à fine vſq; ad finẽ[nõ eſt numerus] eſſentialis. Numerus eñ perſo-
nalis in deo eſt.[Suſcipiẽs mãſuetos dñs]ne in errorẽ cadãt,in quo ſæpe immites & au-
ſteri dilabuntur [humilians autem peccatores].i.deijciens nocentes proximo [vſq; ad
terram]id eſt,vt non ſapiant niſi terrena,hoc eius iudicio cõtingit,ideo cauete, & [Præ D
cinite dño in confeſſione]accuſando voſmetipſos,& poſt cõfeſſionem[pſallite deo no-
Prou.18. ſtro in cithara]id eſt,bene operamini cum contemptu terrenorum, & odio vitiorum.
[Qui operit cœlum]id eſt ſanctam ſcripturam[nubibus]id eſt,figuris[& parat]de ob-
ſcuritatibus ſcripturarum expoſitis [terræ]id eſt,auditoribus [pluuiam] id eſt,doctri-
nam ſanã qua fructificent. [Qui producit in montibus] id eſt,in diuitibus huius ſeculi
[fœnũ] id eſt,carnalia ſubſidia[& herbam]id eſt,ſuſtẽtationẽ corporis[ſeruituti homi
1.Cor.9 num]id eſt,ſanctis pauperibus & prædicatoribus,q ſeminant ſpũalia,carnalia ab eis ac
cipientes.[Qui dat iumentis]id eſt,beſtialiter viuentibus hominibus[eſcam ipſorum]
id eſt,ſpiritualem cibum quando requirunt eum[& pullis coruorum]id eſt, filijs genti-
lium fumo idololatriæ denigratorum[inuocantibus eum]poſt cõuerſionem. [Non in
fortitudine equi]id eſt,nõ in vanitate & ſuperbia tẽporalis altitudinis,& dignitatis[vo
luntatem habebit]id eſt.beneplacitum ſuũ collocabit[nec in tibijs viri]id eſt,in aptatio
ne crurum,quę eſt cõcupiſcentia carnis[beneplacitũ erit ei]imo diſplicebit illi,quia[Be
neplacitum eſt dño]id eſt,bona voluntas dñi eſt[ſuper timentes eum]id eſt,qui eius ti-
more deſpiciunt equi fortitudinem,& tibias virorum nõ requirunt[& in eis qui ſperant
ſuper miſericordia eius]id eſt,qui confidunt de miſericordia eius,non de ſuis meritis.

Dan.9

## ¶Pſalmi CXLVII. Enarratio.

LAuda Ieruſalem dñm]id eſt vos qui poſt captiuitatem reędificati per pœnitẽtiam
hoc deo aſcribite,qui reduxit vos de peccato[lauda deum tuum]Ieſum Chriſtum
o[Sion]id eſt,oĩs ſancta anima nõ pręſentia ſed futura,nõ viſibilia ſed inuiſibilia cõtem
plans & deſiderans.[Quoniam cõfortauit].i.confirmauit[ſeras portarum tuarũ] id eſt,
cõſtantiam virtutũ,vt non exeat amicus nec intret inimicus[benedixit filijs tuis].i.gra
tiam imitatorum tuorum auxit qui[in te]ſunt,id eſt,in eadẽ fide & charitate qua tu es.
[Qui poſuit].i.ponet[fines tuos pacem].i.oẽs cogitationes,& curas tuas pacificabit,vt
non ſit diſſentio inter carnẽ & ſpiritum[& adipe frumẽti ſatiat te]id eſt,interno & ęter
no pane te ſatiabit.[Qui emittit eloquiũ ſuũ]euãgelicum[terræ].i.terrenis hoĩbus [ve
Pſal.18 lociter currit ſermo eius]quia in omĩ terra auditus eſt miſſo ſpũ ſancto. [Qui dat niuẽ]
Rom.10 id eſt,cõgelatos gelu peccati[ſicut lanã]dum de illis ſibi indumentũ & ornatũ facit[ne-
bulam



A bulam]id eſt,tenebroſos in operibus malis[ſicut cinerẽ ſpargit]id eſt,per ignẽ pœnitẽ-
tię,à duritia ſua diſſoluit.[Mittit cryſtalũ ſuam].i.induratos diutino frigore peccati[ſi
cut buccellas]id eſt,facit doctores aliorum,vt ſint apti ad refectionẽ eſurientiũ panem ver
bi dei[ante faciẽ]id eſt,cõtra inſtantiam[frigoris eius].i.eorũ qui modo ſunt eius[quis Deut.8
ſuſtinebit].i.quis reſiſtet ſpiritui in eis loquẽti? Quo ordine fient hęc?[Emittet verbum Matth.4.
ſuum].ſ.pręedicationis[& liquefaciet ea]niuẽ & cryſtallum,vt corda illorum in amorẽ dei 2.Tim.2
liquefiant,inſpirãte gratia eius,nam[flauit ſpiritus eius]ſanctus in eis[&]ſic [fluent a- Matt.16.
quæ]lachrymarum vel ſpirituales doctrinę.[Qui annunciat]per maiores[verbum ſuum
Iacob].i.minori populo[iuſtitias & iuditia ſua]id eſt,iuſta iuditia ſua quibus flagellat
impœnitentes,annunciat[Iſrael]id eſt,contẽplatiuis per ſeipſum,q maiorem cognitio
nem habent in diuinis myſterijs.[Nõ fecit taliter omni nationi]ante aduentũ Chriſti Rom.4
[& iuditia ſua]quibus vocat ea quę nõ ſunt,tanq̃ ea quę ſunt[nõ manifeſtauit eis] prius
quia nullus propheta miſſus erat ad gentes.

## ¶Pſalmi CXLVIII. Enarratio.

LAudate dñm]vos qui[de cœlis ]eſtis,id eſt,agite quod agitis,cœleſtes ſubſtantiæ,
Nõ hortatur angelos ſed cõgratulatur laudi diuinę quę ab eis inceſſanter exhibetur
[laudate eum in excelſis].i.in eminentia noſtræ beatitudinis.[Laudate eum oẽs ange-
li eius].i.vos nuncij diuinæ voluntatis [laudate eũ omnes virtutes eius] per quas deus Angelorum ordines cœli vocãtur.
exerit fortia facta ſua.Inuitat propheta in hoc pſalmo fideles,laudare deũ ex cõſidera-
tione creaturarũ.[Laudate eũ ſol & luna]hęc per ſe deum nõ laudant, ſed ſunt materia
laudandi eum [laudate eum ſtellæ & lumẽ]corporale & ſpirituale.[Laudate eum cœli
cœlorum ] id eſt, ſuprema hierarchia,quia ordines angelorum cœli vocãtur &[aquæ]
oẽs[quæ ſuper cœlos ſunt]ad cõplendam elementorum cõſonantiã[laudent nomen dñi]
Magna laus,ꝙ & tenuitas cœlorum firma conſiſtit,& aquas quæ graues ſunt ſuſtinet, Ioan.1.
quæ aquę nõ niſi miſſæ defluũt per pluuias.Cauſa quare laudẽt.[Quia ipſe dixit & facta
ſunt]id eſt,verbum genuit per quod omnia fecit[ipſe mandauit]id eſt,voluit vt fierent
[& creata ſunt]id eſt,de non eſſe ad eſſe producta.Creare enim eſt aliquid de nihilo fa-
cere, quod eſt cõtra Ariſtotelem & eius ſequaces,qui non potuerunt credere,ꝙ deus mũ Ariſtotelis error. Ex nihilo nihil fit, fatetur.
dum de nihilo creauit,& ideo poſuerunt mundum æternum,dicentes,de nihilo nihil fit
B ſed nimis deuiabant,qui in tantum potentiæ dei derogare conabantur,ꝙ non poſſet ali
quid facere niſi de materia,hoc enim homo poteſt [.Statuit ea in ęternũ]id eſt,ſtabiliter
ordinauit[& in ſeculum ſeculi]manſura[præceptum poſuit]id eſt,ordinẽ intranſgreſ-
ſibilem eis impoſuit[ꝙ non præteribit] quin fiat,quia & ſi pręterit figura huius mundi
non tamen pręteribit ſubſtantia.[Laudate dñm de terra] vos terreſtres creaturæ eſtote
nobis materia laudandi dñm,laudant enim eum omnia vel in ſe vel in alijs [dracones] 1.Cor.3
quæ ſunt maiora terræ animantia,& ideo ab eis incœpit[& omnes abyſſi]id eſt,profun
ditates aquarum vel terrarum latentium.[Ignis,grando,nix, glacies,ſpiritus procella-
rum]hæc omnia dum pro modo ſuo implent decorem vniuerſitatis,laudant deũ [quæ Creatura omis quę deũ laudet.
faciunt verbum eius]id eſt,obtemperant præcepto eius:quanta ergo confuſione digna
eſt creatura rationalis,quæ verbum dei facere contemnit? [Montes & omnes colles, li-
gna fructifera & omnes cedri]deum laudent,vel nobis materiam dent laudis. Montes
ſunt maiores ſancti:Colles minores.Ligna fructifera fideles coniugati,qui faciunt fru
ctum triceſimum.Cedri ſunt contemplatiui qui in altitudine amoris & contemplatio-
nis eriguntur & imputribiles ſunt,id eſt,ſine corruptione mentis.[Beſtiæ]id eſt,ratione Mar.4
non vtentes,hi ſunt crudeles in proximum[& vniuerſa pecora].i.omes voluptuoſi[ſer
pentes].i.venenoſi qui malis perſuaſionibus nocent[& volucres pẽnatæ] id eſt, ſuper
bi qui ſupra alios volare contendunt,deſiderijs vani honoris ſe leuantes:Omnes iſti cõ
uerſi deum laudẽt.Non ſolum hi,ſed & [Reges terrę]qui rectores ſunt aliorum [& oẽs
populi]totius mundi[principes & omnes iudices terrę].i.homines cuiuſcunq; dignita
tis ſint vel ordinis.[Iuuenes & virgines ſenes cũ iunioribus].i.omis ſexus,omnis ętas,
omnis cõditio[laudẽt nomẽ dñi].i.exhibeant ſe tales,qbus digne laudetur nomẽ Ieſu,
& merito laudẽt[quia exaltatum eſt nomẽ eius ſolius]ipſe eñ ſolus altiſſimus,& nemo
exaltatur niſi ſub illo: Et ideo[Cõfeſſio eius]ſit[ſuper cœlũ & terrã].i.laus eius celebre
tur & prędicetur ſuper cõſideratione cœleſtis & terreſtris creaturę,qa[& exaltauit] ipſe
à miſeria pręſentis vitę[cornu]id eſt,ſublimem ſpiritualis virtutis poteſtatẽ[populi ſui]
ſibi adhærens

1.Cor.15. ſibi adhærentis non mundo. Iſtud fiet quādo corruptibile hoc induet incorruptibilita- C
tem. Et vere exaltabit, quia tunc [Hymnus] id eſt, laus dei cum cātico ſpirituali, ſcilicet
non corporali, eſt in via paucis ſanctis præminentibus, ſed in patria erit [omnibus ſan-
ctis eius] qui hic firmiter perſeuerauerūt, & ſit hymnus [filijs Iſrael] id eſt, imitatoribus
videntium deum, & generaliter [populo appropinquanti ſibi] fide & dilectione, quan-
to enim in amore eius perfectius inardeſcimus, tanto ei magis appropinquamus.

¶Pſalmi CXLIX. Enarratio.

Ioan.13 CAntate domino canticum nouum] id eſt, cum magna exultatione prædicate cha-
ritatem, quæ nouum canticum dicitur, quia innouat ſpiritum noſtrum [laus eius]
fiat [in eccleſia ſanctorum] non malignantium, id eſt, in ſocietate electorum, deum de
ſpiritualibus beneficijs laudemus. [Lætetur Iſrael] id eſt, videns deum per fidem [in eo
1.Cor.4 qui fecit eum] non in ſe nec in falſa mundi felicitate, ſed in Chriſto Ieſu à quo habent
2.Cor.5 quicquid boni habēt naturæ & gratiæ [& filiæ Sion] id eſt, animæ renatæ per ſpem ad
ſuperna ambulantes [exultent] bene viuēdo [in rege ſuo] ſaluante, non in carne perden
Colo.3 te. Et exultando [Laudent nomen eius] Ieſu [in choro] id eſt, in concordia morum [in
1.Pet.3 tympano] circumcidendo vitia, & mortificando carnales volūtates [& pſalterio] id eſt,
in impletione cœleſtium mandatorum, & operationis ſpiritualis [pſallant ei] id eſt, ope
rentur ad eius honorem. Et vere laudabunt [Quia beneplacitum eſt domino in popu-
lo ſuo] id eſt, populum ſibi beneplacentem fecit fide & opere [& exaltauit manſuetos]
qui ſunt ſine felle amaritudinis in verbo & facto [in ſalutem] æternam. Et cum exaltati
fuerint, tunc [Exultabūt ſancti in gloria] diuinæ viſionis [lætabuntur in cubilibus ſuis]
id eſt, intus in ſuis conſcientijs. Quanto enim conſcientia purior, tanto gloria maior. Fa
tuus autem amore illectus, nunc extra in fabulis hominum lætatur, tunc autem morde
bit eum conſcientia mala & dolebit [lætabuntur] & ſancti [in cubilibus ſuis] quia quiſ-
1.Cor.3 que pro meritis dignam accipiet manſionem. [Exultationes dei in gutture eorum] quia
non ſolum corde, ſed & lingua laudes dei perſonabunt, à quo æterna habent [& gladij
ancipites] id eſt, ſententia de bonis & malis [in manibus eorum] id eſt, in poteſtate illo-
Matt.19. rum, quia poteſtatem verbi dei accipientes, cum domino iudicabunt, ſedentes ſuper ſe-
des duodecim, iudicantes duodecim tribus Iſrael. Ecce quanta erit gloria ſanctorum, D
Iob.34. quando pauperes qui hic contemnūtur & deridentur, ad tantum honorem excreſcūt,
ꝙ iudicabunt ſuperbos & diuites. Vnde in Iob ſcriptum eſt: Non ſaluat impios, & iudi-
tium pauperibus tribuit. Hanc poteſtatem habebūt, ad quid? [Ad faciendam] id eſt, infe
rendam & pronuntiandam [vindictam in nationibus] id eſt, natiōes peruerſas dignas
eſſe vindicta pœnæ æternæ oſtendent, & ad faciendas [increpationes] id eſt, redargutio
nes malorum operum [in populis] qui non Chriſto, ſed mūdo & carni ſeruierunt. [Ad
alligandos reges eorum] qui ſe & ſubditos male rexerunt [in compedibus] id eſt, in vin-
culis inferni [& nobiles eorum] id eſt, eos qui de nobilitate mundana ſuperbiunt, non
lugentes ꝙ ſerui ſunt diaboli [in manicis ferreis] id eſt, duriſſimis tormentis gehennæ à
quibus nunquam ſoluentur, ligatis enim manibus & pedibus mittentur in tenebras ex-
Matt.22. teriores. [Vt faciant in eis] reprobis [iuditium conſcriptum] id eſt, ab angelis & vniuer-
ſis ſanctis cōprobatum [gloria hæc eſt] ſcilicet poteſtas iudicij facere vindictam in ma-
lis, quia vindicta peccantium gloria eſt ſanctorum. Et ne putes ꝙ ſoli apoſtoli hanc po-
Matt.19. teſtatem habituri ſunt, addit [omnibus ſanctis eius] id eſt, omnibus perfectis qui cuncta
tranſitoria relinquentes Chriſtum ſecuti ſunt.

¶Pſalmi CL. Enarratio.

LAudate dominum in ſanctis eius] id eſt, conſideratione gloriæ ſanctorū, & de his
quæ ſanctis decent [laudate eum in firmamento virtutis eius] id eſt, ſecūdum ꝙ eos
multiplici virtute firmos & decoros fecit. [Laudate eum in virtutibus eius] id eſt, ſe-
cundum quod eos per virtutes, ad gaudia immortalitatis & impaſſibilitatis perduxit
2.Tim.2 [laudate eum ſecundum multitudinem magnitudinis eius] id eſt, ſecundum ꝙ eos mul
tos numero fecit & magnos merito oſtendit. [Laudate eum in ſono tubæ] id eſt, ſecun-
dum ꝙ contra ſatanam legitime certauerunt, & fortiter vicerunt [laudate eum in pſal-
terio] .i. ſecundū ꝙ diuina mādata & cōſilia impleuerūt [& cithara] .i. ſecūdum ꝙ iſta
Rom.11. temporalia recte contempſerunt. [Laudate eum in tympano] id eſt, ſecundum ꝙ carnē
Col.3 ſuam diſcrete mortificauerunt [& choro] id eſt, in concordia cœleſtium & terreſtrium
[laudate



A [laudate eum in chordis] id eſt, in carne à corruptiōe libera, & de miſeria in gloriā mu
tata, & ſpiritui omnino ſubiecta [& organo] id eſt, in concordi diuerſitate electorum, Cymbala bn̄ ſonantia
laudum gratias conſonantium. [Laudate eum in cymbalis bene ſonantibus] id eſt, ſe-
cundum ꝙ in aduerſitatibus & tribulationibus poſiti deo laudes per virtutem patientiæ
ſonuerunt. Tunc enim cymbalum bene ſonat, quando homo in omni tempore deum
bene laudat, male vero ſonat qui murmurat [laudate eum in cymbalis iubilationis] id
eſt, in animabus veſtris ſanctificatis, & iubilo diuinę laudis & amoris Chriſti mellifluis
repletis: Quia iubilus non eſt, niſi in anima. In ore autem poteſt eſſe canora exultatio Iubil. nō eſt niſi in anima
in dei laudibus, dum mens iubilat & feruet, ſed illa non eſt niſi ex iubilatione quæ in ani
ma eſt. Et ꝙ hæc omnia ſpiritualiter velit intelligi, ſubiungit [omnis ſpiritus] ange-
licus & humanus [laudet dominum] id eſt de omni munere ſpirituali laudetur domi-
nus in ſanctis eius, qui non niſi ſpiritualiter laudandus eſt.

¶EPILOGVS

ISte liber docet obſeruantiam decem mandatorum, & docet bene operari, nō pro ter-
renis ſed pro cœleſtibus. Conſiſtit autem in Centum quinquaginta Pſalmis. Hic nu- Pſalmorū numerus.
merus celeberrimus eſt annotatus myſterijs. Conſtat autem ex octogenario & ſeptua-
genario. Octonarius numerus octauam reſurrectionis ſignat. Quia cum ſint ſex æta-
tes viuentium, Septima morientium, Octaua erit reſurgētium. Septenarius ſignat tem-
pus huius vitæ, quæ ſeptem dierum repetitione agitur. Recte ergo in tali numero pſal-
morum compoſitus eſt liber iſte, cuius partes præfata notant myſteria, quia ſicut nos in
ſeptenario huius vitæ operari & viuere docet, vt in octaua reſurrectionis nō induamur Pſal. 108
diploide confuſionis, ſed ſtola geminæ glorificationis ſine fine collętemur. ¶Oſtendi-
tur etiam in hoc libro vtriuſqꝫ teſtamenti contineri mandata, quia ſeptem vetus teſta-
mentum ſignat propter ſabbatum: Octo nouum teſtamentum propter reſurrectionem
dominicam. ¶Diſtinguuntur autem Pſalmi per tres quinquagenas, quibus tres ſtatus
Chriſtianæ religionis ſignificantur. Primus eſt in pœnitētia. Secundus in iuſtitia. Ter-
tius in laude vitæ æternæ. ¶Hæc etiam ſcriptura plus cæteris frequentatur in eccleſiaſti
B cis officijs, quia in hac cōſummatio eſt totius theologicæ paginæ. Hic enim deſcribun Pſalmorū cantus in eccleſiaſticis officijs, q̄re frequentatur.
tur p̄mia bonoꝝ, ſupplicia malorum, rudimenta incipientium, perfectio peruenientiū,
vita actiuoꝝ, ſpeculatio contemplatiuoꝝ. Et quid peccatum auferat, & quid pœnitētia
reſtituat. Quid pœnitens peccati conſcius dicat. Domine ne in furore tuo arguas me, &
Miſerere mei deus, &c̄. Et quid pœnitens aſſequatur, ibi: Docebo iniquos vias tuas. Per
quod oſtenditur nulli quantumcunqꝫ delinquenti, de venia ac miſericordia dei fore dif
fidendum, aſſumpta pœnitēdi humilitate. Cum enim cernimus Dauid homicidam & De venia & mīa dei, nulli deſperandum
adulterum, factum doctorem & prophetam, nulli pœnitentiam agenti locus diffiden-
tiæ relinquitur. ¶Primo ergo debemus pœnitentiam agere, ſicut demonſtrat Pſalmus
quinquageſimus. Poſtea ad perfectionem virtutis & iuſtitiæ aſcendere, vt docet Pſal-
mus centeſimus, & ſic ad gloriam ſanctorum poſſumus peruenire. ¶Hymnus, eſt laus Hymnus quid ſit.
dei cum cantico. Canticum eſt exultatio mētis habita de æternis, in vocem prorūpens.
¶Dicitur & liber hymnoꝝ, quia nos docet laudare deum, cum exultatione habita de
æternis, non tantum corde, ſed etiam voce: vt q audit & dicat veni, & cortina ducat cor- Apo.22
tinam, & fontes veſtri diriuentur foras. Apud Hebræos vt dicūt, ſunt meretrice ſcripti, Prouer.5.
ꝗd in tranſlatione noſtra ſeruari non potuit. Prophetia viſio dicitur, propheta videns.
Notandum autem ꝙ prophetia eſt inſpiratio diuina, quæ rerum euentus immobili ve- Quid ſit prophetia.
ritate denuntiat. Eſt de præteritis, vt in principio creauit deus cœlum & terram. Eſt &
de prę̄ſentibus, vt: Vnde hoc mihi, vt veniat magiſter domini mei ad me. Et eſt de futu- Gene.1
ris, vt: Ecce virgo concipiet, &c̄. Et ſit in bonis, vt in Dauid, Iſaia, & alijs. Et in malis, vt Luc.1.
in Balaam, & Caipha, & Sibilla. Et ſit aliquando per dicta, vt angelis loquētibus Abra Iſai.7.
hæ, vt: In ſemine tuo benedicentur omnes gentes. Loth, Zachariæ, & Mariæ. Et per fa-
cta, vt per arcam Nohe quæ ſignificabat eccleſiam, per ſacrificium Abrahæ, per natiui-
tatem Iacob & Eſau. Aliquando per viſiones, vt Ieremias vidit ollam ſuccenſam à facie
aquilonis. Et Moſes rubum, & Ezechiel rotam in medio rotæ. Aliquādo per ſomnia,
vt Nabuchodonoſor, qui vidit lapidem exciſum de monte ſine manibus, quod fuit regi
ſomnium. Danieli fuit prophetia. ¶Fit etiam ceſſantibus dictis vel factis, ſolo ſancto
ſpiritu interius illuſtrante, & hic eſt modus excellentior quo Dauid iſtam ædidit pro-
Q phetiam.

Ad commẽdatio nẽ pſal. Pſal. 84.

phetiam, vt ibi ſignificat. Audiam quid loquatur in me dominus deus. ❡ Vnde & liber Pſalmorum, intitulatur liber ſoliloquiorum prophetię de Chriſto. Soliloquia, id eſt, ſolius ſpiritus ſancti eloquia de Chriſto ſcripſit. Eſdras propheta qui Pſalterium & totam bibliothecam à Babylonijs combuſtam, inſtinctu ſpiritus ſancti reformauit, eodem ſpiritu reuelante Pſalmos ita diſpoſuit, eiſdemq; titulos appoſuit. C

❡ Commentariorum in Pſalterium, Finis.

# EIVSDEM D. RICHARDI IN ALIQVOT SANCTORVM VETERIS TESTAmenti mire pia cantica, exegeſis.

❡ Cantici Iſaiæ, cap, xij. explanatio.

COnfitebor tibi domine] .i. laudem tibi dicam [quoniam iratus es mihi] id eſt, prius mihi fuiſti iratus in Adam, & quia peccaui iterum poſt baptiſmi gratiam: non confitetur quoniam iratus es, ſed quia [conuerſus eſt furor tuus] ab indignatione ad miſericordiam [& conſolatus es me] iram in cõſolationem vertens dando ſpem gloriæ, vel ſic [Confitebor tibi domine] id eſt, ad honorem tuum peccata mea fatebor, & hoc faciam [quoniam iratus es mihi] peccanti, & non placaris niſi confitear quod deliqui, & ſic [conuerſus eſt furor tuus] .i. pœna qua te iuſte vindicares, ſi non cõfiterer, in gaudium mutata eſt mihi [&] in hoc [cõſolatus es me] morſum auferens malæ conſcientię, quo non eſt miſeria peior, & largiens amœnitatẽ æterni amoris. [Ecce deus] Ieſus Chriſtus vos omnes ad hoc intẽdite [ſaluator meus] mundans me à peccato, & liberans à tormento, nunc enim ſaluat pœnitentem, quem prius perſequebatur peccantem [fiducialiter agam] .i. intrepide dicam, eum vẽturum ad iudicium, & redditurum vnicuiq; ſecundum opus ſuum [& non timebo] hoc dicens, q̃uis mali ſęuiant nolentes audire veritatem. Omnes enim amatores mundi, & deum & ſeculum iſtud ſe poſſe habere æſtimant, ſed dum pręſentibus rebus immoderate incumbunt, & præſentia & futura bona amittunt. Et vere non timebo. [Quia fortitudo mea] per quem fortis ſum, vt non timeam, ex me eñ ſum imbecillis [& laus mea dominus] quem laudo, in me ſum deſpicabilis, & quia ipſi aſcribo ſi quid fortiter egero, & ipſum in omni tempore benedico, ideo [factus eſt mihi in ſalutem] æternam. Primus enim parens factus fuit mihi in mortem & perditionem. Ergo & vos qui formam huius conuerſationis imitari non negligitis, [Haurietis] charitate & deuotione [aquas] doctrinæ & ſapientiæ ſalutaris [in gaudio] quia vobis erunt ad obtinendum gaudium ſempiternum [de fontibus ſaluatoris] id eſt, de prædicatoribus veritatis, qui abundant cœleſtibus documentis [& dicetis in illa die] id eſt, in gratia dei exiſtentes, quando clare ſpirituales aquas vobis prodeſſe ſentitis, quas cum gaudio percipitis, & ſordidas & lutulentas aquas mundanæ cupiditatis nullo modo potatis [confitemini domino] id eſt, laudate dominum de tantis beneficijs [& inuocate nomen eius] id eſt, ita viuite, vt vita veſtra ſit laus dei: quod non poteſt fieri, niſi inuocando nomen eius, id eſt, templũ dei vos facientes, & ſic exhibebitis vos tales qui digne inuocabunt [Notas facite in populis] .i. prædicate ad populum [adinuentiones eius] id eſt, bona opera quibus inuenitur, vel incarnationẽ, per quam adinuenit noſtram ſalutem [mementote] id eſt, hoc in memoria ſemper habete [quoniam excelſum eſt nomen eius] Ieſus, ſcilicet, quod eſt nomen ſuper omne nomen, & hoc memorantes non peccabitis, nec vſurpare poteſtis nomen domini, vt Lucifer concupiuit Adam. [Cantate domino] id eſt, bene operantes, honorate dominum [qui magnifice fecit] ſalutem hominum, quia pro impijs mortuus eſt, quid enim magnificentius? [annuntiate] id eſt, prædicate hoc magnificum [in vniuerſa terra] id eſt, inter omnes homines, ſed præcipue. [Exulta] id eſt, hilarem gaudentem te oſten-

Miſeria peior nõ eſt cõſciæ remorſu. D

Matt. 12. 1. Cor. 3. Veritatis oſores mũdani.

Roma. 5. Gene. 3

Eccli. 15

1. Cor. 3

Philip. 2.

Roma. 5.



A de & exultando [lauda] deum q te magnam fecit o [habitatio Sion] id eſt, eccleſia, vel quælibet ſancta anima in ſuperna contemplatione poſita, quæ es habitatio Chriſti [quia magnus in medio tui] id eſt, magnifice tibi fauens qui eſt [ſanctus Iſrael] id eſt, qui facit illum ſanctum qui eſt verus Iſrael, id eſt, qui vera fide & dilectione videt deum.

1. Cor. 3

❡ Cantici Ezechiæ, in Iſa. Cap. xxxviij. explanatio.

EGo dixi] in corde meo, deſperatione vitæ, audita comminatiõe mortis, de præſenti iniuſtitia mea [in dimidio dierum meorum] id eſt, in imperfectione opeꝶ meorum, incompletis diebus, quibus victurus eram [vadam ad portas inferi] id eſt, ſic inconſummatus moriens ingrediar ad inferos quo deſcendebat genus humanum ante aduentum Chriſti. Et ideo. [Quæſiui] orando vt conſummarem [reſiduum annorum meorum] id eſt, vitam meam perducerem ad perfectiõem. Nam [dixi] apud me ſi nũc moriar ſine prole [non videbo dominum deum in terra viuentium] id eſt, in beatitudine ſanctorum, vbi nemo moritur, & dixi [Non aſpiciam hominem] illum, ſcilicet, qui deus eſt & homo, cuius diem Abraham vidit [vltra] id eſt, poſtquam mortuus fuero, [&] nõ aſpiciam [habitatorem quietis] id eſt, chorum electorum æterna quiete perfruentem, cum quo habitare quies eſt. Et ad culmen doloris mei. [Generatio mea] .i. ſucceſſio filiorum, de qua Chriſtus naſceretur [ablata eſt] vt non appareat [& conuoluta eſt à me] id eſt, remota [quaſi tabernaculum paſtorum] tam breui ſpacio ꝙ plicatum & remotum non apparet. Amplius ſuam miſeriam ponit. [Præciſa eſt velut à texente] qui telam præſcindit priuſquam compleat [vita mea] in iuuenili ætate, ab alia ſimilitudine dicit idem [dum adhuc ordirer] id eſt, cum adhuc magna pars vitæ reſtaret [ſuccidit me] falce mortis. [De mane vſq; ad veſperam finies me] more febricitantis loquitur, qui de mane in veſperam expectat morbi declinationem, vel mortem [ſperabã vſq; ad mane] .i. per totam noctem releuari vel mori. Deinde ad auditorem ſe conuertit, dicens: [quaſi leo] implacabilis [ſic cõtriuit] deus vel morbus [omnia oſſa mea] id eſt, omne robur meum. [De mane vſq; ad veſperam finies me] id eſt, expecto finem meũ,

Apo. 13 Ioan. 8.

B ſæpe iterans idem, demonſtrat vehementiam doloris, more infirmorum [ſicut pullus hirundinis] qui auide petit eſcam [ſic clamabo] ad deum medicum inceſſant̃, vt medicinam eius inueniam, ad cuius effectum conſequendum [meditabor vt columba] humiliter & ſimpliciter ſine felle rancoris & peruerſitatis, gemitum pro iniquitatibus non tantum in vanitate proferens: quia in hoc clamore & meditatione [Attenuati ſunt oculi mei] id eſt, intentio mea purgata eſt à ſordibus ſcelerum, & ſubtilis effecta in amore æternorum [ſuſpicientes in excelſo] id eſt, ſolis cœleſtibus gaudijs perfruendis aſcendens. [Domine vim patior] id eſt, violentiam infirmitatis vltra vires corporis, & ideo [reſponde pro me] vel ſponde quod idem eſt, id eſt, ꝓmitte vel eſto fideiuſſor meæ correctionis, quia quod erraui emendabo, ſed [quid dicam] deo, cum iſta iuſte ſuſtineam, [aut quid reſpondebit mihi] factor vel exactor [cum ipſe fecerit?] mihi quod iuſtũ eſt, quia ipſe eſt vltor, qui eſt & conditor, quaſi diceret, nihil reſtat niſi patienter ſuſtinere, & ipſum factorem exorare, qui fecit quod voluit, vel vt quidam legunt [cum ipſe fecerim] .ſ. malũ quo merito talia paterer. Ad quod malũ delendũ, [recogitabo tibi] .i. ꝓpt te glorificandũ ad memoriã meã reducã [oẽs annos meos] .i. totã præteritã vitã meã, in qua me ſentio culpabilẽ, & hoc [in amaritudine animę meæ] id eſt, vt amaritudo doloris ſit in anima mea, deflente mea præterita delicta. [Domine ſi ſic viuitur] id eſt, ſi ſic fragilis vel labilis eſt vita humana, vt nõ citius viuat quàm mori incipiat [& in talibus] ſcilicet, humanis lapſibus [vita ſpiritus mei] ſit quibus ſubiacet [corripies me] flagello filij, vt non moriar cũ filijs huius mũdi inæternũ. Et ſic per flagella [viuificabis me] id eſt, reddes vitam & ſanitatem, & vere non abijcio virgam caſtigantis patris, nã [ecce in pace] interna, id eſt, in perfecta patientia [amaritudo mea] eſt, id eſt, omnis infirmitas & tribulatio quam infers, à me patienter, & cum pace ſuſtinetur, quamuis [amariſſima] videatur. [Tu autem] me ſic dirigens & diſponens [eruiſti animam meam] id eſt, liberaſti de morte peccati, vt [nõ periret] cum animabus ſceleratorum, quas nec liberas à culpa, nec à gehenna: & hoc mecum faciens [proieciſti poſt tergum tuum] id eſt, obliuioni dediſti [omnia peccata mea] vt non reſerues ea ad puniendum: quem enim afflixeris hic, non affliges eum vltra. [Quia nõ infernus] in eſt, poſitus in profun-

Matt. 9

Vltor eſt & qui cõditor.

Hebr. 12 Prouer. 3 Apo. 3

Obliuiſcitur Deꝰ pctõrum rꝫorum, qñ nõ punit.

do malorum [confitebitur] tibi,id eſt,vetus tuus confeſſor non erit,ligatus enim vin- C
Pſal.14. culis inſolubilibus dæmonum, non reſpirabit ad te cum amore confitendum [neque
mors] id eſt,impœnitens & mortuus in deſperatiõe [laudabit te] quem iucunda & de-
cora decet laudatio [non expectabunt] tanquam iterum reparandi [qui deſcendunt in
lacum] æternæ damnationis [veritatem tuam] id eſt, redemptorem humani generis.
Iſti non confitentur,ſed [Viuens] natura [viuens] gratia [ipſe confitebitur tibi]id eſt,
laudabit te [ſicut & ego hodie] id eſt,in præſenti te laudo,nam [pater]id eſt,quicunque
bonus pater,etiam carnalis,vel ſpiritualis,in timore domini viuens [notam faciet fi-
lijs]carnalibus vel ſpiritualibus[veritatem tuam] id eſt, veritatem tuæ fidei, & cultum
Chriſtianæ religionis.[Domine ſaluum me fac] ab Aſſirijs, id eſt,à dæmonibus, & o-
mnibus malis internis & externis[& pſalmos noſtros cãtabimus]id eſt,laudes noſtras
tibi celebrabimus[cunctis diebus vitę noſtræ]id eſt,iugiter dum in ſpirituali vita,id eſt
in charitate conſiſtimus[in domo domini] id eſt, in eccleſia extra quam pſalmus deo
non eſt acceptus.

## ¶Cantici Annæ (quod habetur i.Reg.ij.) explanatio.

EXultauit cor meum in domino]de fœcunditate boni operis & meritoriæ medita-
tionis,ꝙ contriſtatum erat de mea ſterilitate [& exaltatum eſt] miſerente Chriſto
[cornu meum]id eſt,fortitudo mea ſpiritualis,quia illuſores meos repellam, vt non am
plius irrideant me inimici mei[in deo meo]id eſt,in virtute dei mei, non in aliqua va-
1.Reg.1 Phenẽna Anna. nitate vel potentia mundana.Helcana qui fuit pater Samuelis duas vxores habuit ſcili-
cet,Fenẽnam & Annam:Per Fenennam quæ prius creuit in generatione filiorum,ſyna
goga Iudæorum deſignatur. Per Annam quæ prius ſterilis erat, & poſtea multo plus
multiplicari cœpit,eccleſia gentium ad deum conuerſarum intelligitur. Vnde & Anna
accepta fœcunditate in laudem dei prorupit,& hoc canticum dictante ſpiritu ſancto e-
didit:Spiritualiter nos gentium filios,ſed per gratiã deos dei nõ gentiũ,ſed vnum deum
verum trinum & vnum colentes,ad ſoluendas laudes conditori noſtro inuitans. Nam
Titum.3 & ſubdit. [Dilatatum eſt os meum]id eſt, voluntarie & cum gaudio apertum eſt in dei
laudes[ſuper inimicos meos]ſcilicet irriſores confundẽdos[quia lætata ſum]id eſt,læ- D
titia ſpirituali repleta conſiſto non in meo merito,ſed [in ſalutari tuo] Chriſto per quẽ
facta ſum fœcunda. Et vere in Chriſto eſt gaudendum,quia [Non eſt ſanctus] id eſt,
ita immunis à peccato [vt eſt dominus]Ieſus [neq; enim eſt alius] ſanctus extra te,o Ie-
ſu:quia in te,& per te omnis eſt ſanctus[& non eſt fortis]in vindicãdo malefacta [ſicut
deus noſter]qui reddit omni malo,ſecundum ſuam malam voluntatem. Ergo o vos
irriſores & contemptores pauperum,diuitumq; honoratores. [Nolite] vlterius[mul
tiplicare loqui ſublimia]id eſt,alta de vobis ſapere, quia ſublimati eſtis in hoc ſeculo
[gloriantes] in delitijs,diuitijs, ac luxurijs veſtris,imo magis inde humiliari deberetis,
quia delitiæ veſtræ in fœtorem conuertentur,& honores veſtri in confuſionem. [Re-
cedant vetera]id eſt,mendacia,periuria,maledictiones,detractiones,quæ in veteri ho-
mine vos manere probant [de ore veſtro] vt amplius talia non loquamini [quia deus
1.Re.16 ſcientiarum]qui omnia ſcit & omnia poteſt [dominus eſt] talia diſtricte iudicans[& i-
Heb.4 pſi præparantur cogitationes]id eſt,vere nouit quid intus cogitatis quem omnino nul-
la latet cogitatio:[recedant]dico,quia [Arcus fortium]id eſt,potentia vel fidutia quam
intendebatis,ad excellentiam iſtius mundi adquirẽdam[ſuperatus eſt]à Chriſto,id eſt
damnata & ad nihilum redacta,& econtra [infirmi]id eſt,illi qui de ſe non præſumunt
Hoſtis hũani generis diabolus. ſed ſemper apud ſemetipſos miſeri & infirmi exiſtunt[accincti ſunt robore] id eſt,vir-
tute ſpirituali conſtantes facti ſunt in mente,ad debellandum hoſtem humani generis,
nam [Repleti prius]ſordibus terrenis & ſuperbia inflati [pro panibus] id eſt,pro cibo
Matt.5 animæ [ſe locauerunt]id eſt,ſemetipſos perfecte prębuerunt,ad audiendam doctrinam
Heb.7. cœleſtem[& ſic famelici] id eſt,iuſtitiam & verbum vitæ eſurientes [ſaturati ſunt] in-
terna & æterna ſuauitate & dulcedine. Et tam diu durabit hæc erogatio panis ſpiri-
tualis. [Donec ſterilis] id eſt,eccleſia CHRISTIANA, quæ prius erat ſterilis
à fide & bono opere [peperit plurimos] filios ſpirituales, vel ſpiritualiter Chriſto, &
donec ſynagoga [quæ multos habebat filios]carnales[infirmata eſt]id eſt, neminem
ad perfectionem adducit,imo nec ad ſaluationem. Et vere ita eſt,nam





A [Dominus mortificat] de litera gloriantes, & omnes qui hanc vitam ſuperuacue dili
gunt[& viuificat]ſpiritualiter intelligentes, & eos qui præſentem vitam pro futura cõ-
temnunt[deducit ad inferos] id eſt,peccatoribus timorem iucutit gehennæ [&]ſic [re-
ducit eos ad ſpem vitæ.[Dominus pauperem]ſpiritu [facit]miſericorditer[& ditat]lar
giter ſpiritualibus bonis & æternis,non enim poſtea ditaret per iuſtitiam,niſi prius pau Paupes
perem faceret per miſericordiam[humiliat] ſuperbum vſq; ad pœnam dæmonum[& ſpũ deus
ſubleuat]humilem vſq; ad gloriam angelorum. [Suſcitans] interius per gratiam[de iuſtitia
puluere]id eſt,de vita mala,quæ omni vento tentationis agitatur[egenum]id eſt,qui ſe ditat.
miſerum cognoſcit ne remaneat puluis[& de ſtercore]id eſt,de labore corporis[erigens Lucæ.18
pauperem]id eſt,mundi contemptorem,& ſanctum Chriſti amatorem [vt ſedeat cum
principibus]id eſt,apoſtolis[& ſolium gloriæ]id eſt,thronum iudicarię poteſtatis[tene
at]in iudicio,cum ipſis apoſtolis.[Domini enim ſunt cardines terræ] id eſt,omnes per- Matt.19.
fecti in fide & charitate ſtabiles,per quos alij ſolidantur [& poſuit ſuper eos orbem] id
eſt,ipſos poſuit fundamentum eccleſiæ per orbem dilatatæ. [Pedes] id eſt, affectiones Ephe.2
bonas & deſideria ardentia[ſanctorum ſuorum].i.illorum quos ipſe ſanctificauit,non
mundus ditauit[ſeruabit]à lapſu,illis enim pedibus ad deum accedunt[& impij]pieta-
te carentes[in tenebris]ignorantiæ & malorum operum poſiti [conticeſcent] à laude
dei & vera confeſſione peccatorũ ſuorum[quia non in fortitudine ſua roborabitur vir] Dan.9
id eſt,viri ſancti non præſumunt de viribus proprijs,vt faciunt ſuperbi, quorum forti- Sapien.5.
tudo eſt eis cauſa perditiõis.[Dñm formidabunt]ſaltẽ cum eos iudicare cœperit[aduer
ſarij eius] .i.reſiſtentes iuſtitiæ & veritati[& ſuper ipſos]interim ſi forte velint conuerti Philip.3.
[in cœlis].i.in ſanctis quorũ cõuerſatio in cœlis eſt[tonabit]id eſt,terribiliter cõmina-
bitur,vel ſuper ipſos condemnandos[in cœlis tonabit]id eſt,terribilem ſententiam pro Matt.25.
feret.Ite maledicti in ignem æternum.[Dominus iudicabit fines terræ] id eſt,vnuſquiſ-
que taliter à domino iudicabitur,qualis in fine vitæ ſuæ inuenitur[&]tunc[dabit impe
rium]id eſt omnes electos quibus imperauit[regi ſuo]id eſt,filio ſuo regi [& ſublima- 1.Cor.15.
bit cornu Chriſti ſui]quo ventilauit omnem poteſtatem inimici.

B

## ¶Cantici Moſi (quod habetur Exod.xv.) explanatio.

CAntemus domino]id eſt,nos educti de ſpirituali Aegypto,id eſt,de tenebris vitio
rum,referamus ei gratias,in canore laudum ſuauiſſimarum [glorioſe enim ma- 1.Cor.15
gnificatus eſt] in tanta liberatione morte abſorpta in victoria glorioſa [equum] id eſt,
omnes reprobos[& aſcenſorem]id eſt,diabolum,cuius vehicula omnes mali ſunt [de-
iecit in mare]id eſt,præcipitauit in infernum. Nos ergo liberati cantemus dicentes.
[Fortitudo mea]per quem fortis ſum [& laus mea dominus] per quem ſum laudabilis
[& factus eſt mihi in ſalutem]ſempiternam, vt propter peccata præterita non damna-
rer,illorum autem aſcenſor factus eſt eis in damnationem.[Iſte] Chriſtus largitor tan
tæ gratiæ[deus meus eſt &]ideo [glorificabo eũ]id eſt,eius gloriam quæram nõ meam 1.Theſſ.6
& iſte Ieſus eſt [deus patris mei] patriarcharum & apoſtolorum [& exaltabo eum]vt Matt.5
per me honorificetur nomen eius.[Dominus quaſi]id eſt,in veritate[vir pugnator]ex-
pugnando diabolum à cordibus ſuorum [eſt nomen eius] quia non eſt qui reſiſtat vo- Heſt.13
luntati eius,& vt credatur poſſe quæ dicta ſunt [currus Pharaonis] id eſt, potentatum
diaboli [& exercitum eius]id eſt,militiam ſatanę cui etiam militant omnes iniuſti[pro
iecit in mare,vt non habeat poteſtatem [niſi in mari] id eſt,in amaricantibus deum.
[Electi principes eius]id eſt,principalia vitia[ſubmerſi ſunt in mari rubro]id eſt, in ba Exod.14
ptiſmo ſanguine Chriſti conſecrato[abyſſi] id eſt, profunda ſacramenta [operuerunt
eos]id eſt,illa crimina electorum,vt vltra non compareant [deſcenderunt in profundo
quaſi lapis]id eſt,ſicut lapis iactatus in profundum non reſurgit, ita illa ſubmerſa non
redeunt. [Dextera tua domine magnificata eſt in fortitudine] id eſt, filius tuus exer- Luc.1
cuit fortitudinem ſuam aduerſus diabolum[& dextera tua domine percuſſit inimicum]
id eſt,poteſtatem abſtulit diabolo [& in multitudine gloriæ tuæ]id eſt,ad commendan
dam multam gloriam tuam [depoſuiſti] ab antiqua poſſeſſione [aduerſarios meos] id
eſt,malignos ſpiritus & vitia aduerſantia mihi,vel malos homines nequiter aduerſan-

tēs in via vitæ. [ Miſiſti iram tuam ] id eſt, in eis vindictam irrogaſti [ quæ deuo- C
rauit eos]id eſt,ad nihilum redegit [ſicut ſtipulam ] ignis deuorat [ in ſpiritu feruoris
tui]id eſt,ſpiritu tuo eis irato[congregatæ ſunt aquæ]id eſt,mors temporalis,quę viam
præbet amicis ad vitam æternam,& interitum inimicis. [Stetit vnda fluens]id eſt, per-
ſecutionis impetus ceſſauit[quia cōgregatę ſunt abyſſi]id eſt,perſecutores multi in ma
litia & iniquitatibus profundi[in medio mari]id eſt,in maxima pœna inferni. [ Dixit
inimicus]diabolus [perſequar]fideles de Aegypto exeuntes , & ad pœnitentiam feſti-
nantes[& comprehendam]laqueis diuerſarum tētationum , & multiplicitate errorum
& fantaſmatum[diuidam ſpolia]id eſt,ſubtractos à munditia & charitate diuerſis vicijs
& crudelitatibus mancipabo[&] ſic[implebitur anima mea]id eſt,ſatiſſactum erit vo-
luntati meæ,quia nihil amplius cupit diabolus quàm perditionem hominum.[Euagi-
nabo] id eſt,aperte proferam [gladium meum] id eſt , perſuaſiones mortiferas , & per
has [ interficiet eos ] ſpiritualiter [ manus mea] id eſt, poteſtas mea,vel multitudo
ſuggerentium mala.Ille ſic dixit,ſed fraudatus eſt vt pro electis loquar, quia [ Flauit]
id eſt,aſpirauit eis[ſpiritus tuus ]id eſt,vindicta ab animo tuo exiēs[& operuit eos ma-
re] id eſt, abſorptus erit dæmon cum omnibus miniſtris ſuis in inferno , vt non tribu-
lent iuſtos [ſubmerſi ſunt quaſi plumbum ] pondere peccatorum ſuorum [ in aquis
vehementibus] non abluentibus ſed delentibus incredulos & amaros,in fluxa volupta
te huius ſeculi proſtratos. [ Quis ſimilis tui in fortibus domine ?] vere nullus [quis ſi-
milis tui magnificus in ſanctitate? ]qui magnus apparuiſti in ſanctis [terribilis] in im-
pijs vindicandis [atq; laudabilis ] in iuſtis liberandis [ & faciens mirabilia ] in exal-
Lucæ, 18. tatione humilium, & deiectione ſuperborum,nam [ Extendiſti manum tuam]id eſt,
potentiam tuam [& deuorauit eos terra ] id eſt,terrena cupiditas primo, poſtea infer-
nus,ſed [ Dux fuiſti in miſericordia tua] ducens ad cœleſtem patriam [ populo quem
redemiſti] id eſt, qui particeps eſt tuæ redemptionis [ Et portaſti eum ]populum re-
demptum [in fortitudine tua ] non ſua [ad habitaculum ſanctum tuum] id eſt ad tem
plum ſanctum tuum,id eſt,in cœlum,tunc [ Aſcenderunt populi ] volentes impedire
aſcenſum eorum [& irati ſunt ] quia non præualuerunt , ſed ſuccubuerunt [ dolores ] D
mortis æternæ [obtinuerunt] quaſi iure hæreditario [ habitatores Philiſtijm] id eſt,
potatione cadentes, id eſt,ebrij temporali voluptate. [ Tunc conturbati ſunt principes
Ioan. 8. Edom] id eſt,terreni reges humanum ſanguinem ſitientes [robuſtos Moab] id eſt,ſu-
Sapi. 5 perbos qui ſunt ex patre diabolo [obtinuit tremor ] ignis gehennalis iudicante Chri-
ſto [obriguerunt ] præ timore [ omnes habitatores Canaan] id eſt, omnis mobilis
& mutabilis ,id eſt,omnis inſtabilis in fide vel charitate . [ Irruat ſuper eos] reprobos
[formido]deo carendi [& pauor] infernum ingrediendi [ in magnitudine ] id eſt, in
potentia inſuperabili [ brachij tui ] id eſt, fortitudinis tuæ cui reſiſtere non poterunt.
Heſt. 13. [Fiant immobiles quaſi lapis]id eſt,duritia obſtinationis teneantur [donec pertranſeat
populus tuus domine ] deſertum huius vitæ [donec pertranſeat populus tuus] ſine im-
pedimento [iſte quem poſſediſti] id eſt,prædeſtinaſti ad vitam æternam. [ Introduces
2. Tim. 2. eos in terram ]promiſſionis[& plantabis eos] quos de amore ſeculi nequam educis [in
monte hæreditatis tuæ ] id eſt,in eccleſia quæ à cupiditate terrena eleuatur,non in valle
[& in firmiſſimo habitaculo ] cœleſti vbi non erit timor inimici [ quod operatus es eis
Apo. 21 domine ] ne oporteat laborare,tu ergo operaris eis vt ipſi requieſcant cum venerint.
Et hoc eſt[ Sanctuarium tuum domine] id eſt, per te ſanctificatum [quod firmauerunt
manus tuæ] vt firmatum à tanto artifice indeficienter perſeueret [ dominus regnabit]
in illo ſanctuario quod eſt eccleſia [inæternum] id eſt,quàm diu tempus durabit[& vl-
Lucæ. 1 tra ] tempus ſine fine . [ Ingreſſus eſt enim eques Pharao ] id eſt, diabolus inſidens
malis [cum curribus & equitibus eius] id eſt,cum omni multiformi militia eius,ad per
ſequendum electos [ in mare]in mundum,quærens ſubuertere baptizantes [ & redu-
xit ſuper eos dominus aquas maris ] id eſt, omnes peccatores à peccatis ſuis non reſur-
gentes permiſit perire cum illo. [ Filij autem Iſrael]id eſt, fideles CHRISTVM ſe-
quentes [ ambulauerunt per ſiccum ] id eſt, pertranſierunt ſine pollutione in medio
eius] regiam viam,id eſt,charitatem tenentes,non declinantes ad dexteram per appeti-
tum proſperitatis,nec ad ſiniſtram per aduerſitates in impatientiam.

¶Oratio



A

¶Oratio Abacuc,& habetur .iij.
eiuſdem.

DOmine audiui ] per ſpiritum ſanctum [auditionem tuam] id eſt, myſterium in-
carnationis, & aduentum tuum ad iudicium [& timui] æquitatem iudicantis qui
non parcit delinquenti,vel tanto auditu me indignum iudicaui. [ Domine] hoc [ opus
tuum eſt in medio annorum ] id eſt,in plenitudine temporis [viuifica illud ]id eſt,mitte
quem miſſurus es,ad viuificandum nos. [ In medio annorum] id eſt , in vltima ætate Exod. 4.
mundi, quando tot præſtare poſſunt,quot præteriti ſunt [notum facies]CHRISTVM
[cum iratus fueris ] prius [miſericordiæ recordaberis] in tempore gratiæ. [ Deus ab
auſtro veniet] id eſt, à calore ſpiritus ſancti [ & ſanctus de monte Pharan] id eſt , de
ſcriptura frugifera , veniet in notitiam hominum. [ Operuit cœlos gloria eius] id eſt,
fides per quam glorificanter ornauit apoſtolos & ſanctos [ & laudes eius plena eſt ter-
ra ] id eſt,per eos laudabilis factus eſt per totam terram. [ Splendor eius vt lux erit ] id
eſt,vera cognitio eius illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum [ cor- Ioan. 1. 1. Cor. 1
nua in manibus eius]id eſt , in brachijs crucis extenduntur manus eius . [ Ibi ] in humi Oſee. 13
litate crucis [ abſcondita eſt fortitudo eius ] id eſt, diuinitas eius latebat [ ante faci-
em eius ibit mors ] id eſt, præſentiam eius fugiet . Vnde: O mors ero mors tua. [E-
gredietur diabolus] ab obſeſſis corporibus & mentibus [ ante pedes eius ] id eſt , ante
aduentum eius [ ſtetit] diabolo recedente [ & menſus eſt terram ] liberatam, id eſt , in
ſuam hæreditatem apprehendit eos,à quibus ſe prius auertit. Vnde[Aſpexit ]oculo mi-
ſericordiæ quos antea deſpexit indignatione,ꝙ adorarent lapidem ignorantes creato-
rem [& diſſoluit gentes] à vinculis peccatorum [ & contriti ſunt montes ſeculi]id eſt
humiliati ſunt ſuperbi terrena altitudine tumeſcentes . [ Incuruati ] id eſt,obedientes
facti [ ſunt colles mundi]id eſt,quidam qui maiores videbantur in mundo [ab itineri-
bus æternitatis eius ]id eſt,à cognitione viarum,per quas vocabantur ad gloriam æter-
nitatis. [ Pro iniquitate ſua ] ſcilicet recognita [ vidi tentoria Aethiopiæ] id eſt , mi-
B litantes diabolo , qui ſunt filij tenebrarum nigredine peccatorum obfuſcati , hos vidit
miſericorditer turbari,id eſt,moueri ab iniquitate ſua & vidi ꝙ [turbabuntur]id eſt,ad
pœnitentiam compungentur [pelles terræ Madian ] id eſt, auari qui terram non cœ-
lum amant,& iudicium prius declinabant . Vel lege de futuro, & ſunt idem [ tentoria
Aethiopiæ & pelles terræ ] & eſt ſenſus. Vidi ꝙ omnes mali pro iniquitate ſua turba-
buntur [ Madian] id eſt,ex iuditio,cuius metu in futuro cruciabuntur. [ Nunquid in Soph. 1
fluminibus]id eſt,in omnibus principibus gentium[iratus es domine?] id eſt,permane Sapien. 5
bit ira [ aut in fluminibus] ſicut prius [ furor tuus]id eſt, vindicta æternæ pœnæ ex-
ercebitur [ vel in mari]id eſt,in toto mundo [ indignatio tua] exardeſcet, quaſi dice-
ret non: quia quoſdam ex eis ſaluabis . [ Qui aſcendes ſuper equos tuos] id eſt, apo-
ſtolos ſanctos vectores tuos, ad debellandum diabolum [ & quadrigæ tuæ]id eſt , eu-
angeliſtæ[ ſaluatio] aliorum, id eſt,per euangelium ſaluabuntur. [ Suſcitans] prius
[ſuſcitabis arcum tuum]id eſt, ſanctam ſcripturam quaſi ſopitam iacentem , cum non
intelligeretur [&]ſic[iuramenta]implebis[ tribubus ] id eſt, filijs Iſrael [ quæ locutus
es] ſanctis patribus . [ Fluuios ]id eſt, ſanctos prædicatores à quibus ſanam doctrinam
accipimus [ſcindes terræ ]id eſt,diuides in diuerſas terræ partes, vt ſic irrigare poſſint
arentia corda hominum,& hoc [viderunt]id eſt,intellexerunt [ & doluerunt ] de per- Eccle. 1
petrato peccato ſcientes omnia quæ in mundo videntur,velut vmbra euaneſcere[mon-
tes] id eſt , ſuperbi ſeculi deponentes inſaniam ſuam, nam [ gurges aquarum] id eſt,
affluentia doctrinæ ſpiritualis [tranſijt] de gente in gentem,& de regno ad populum al
terum. Quibus prædicantibus. [Dedit abyſſus]id eſt,poſiti in profundo maloꝝ[vocem
ſuam]contradicentem & repugnantē[altitudo]id eſt,magnificentia ſecularis [manus
ſuas leuauit] id eſt, poteſtatem ſuam exaggerabat ad perſequendum. Sed quamuis ty-
ranni ſęuiant, tamen [Sol]id eſt, CHRISTVS [& luna].i. vnitas eccleſiæ[ſteterunt
in habitaculo ſuo] id eſt, perſeuerabunt immobiliter in cordibus electorum, in quibus
habitant [ in luce ſagittarum tuarum ]id eſt, in authoritate apoſtolorum tuorum lon-
ge miſſorum [ ibunt] fideles, id eſt,proficient de bono in melius [ & in ſplendore]
id eſt,

Matt.25 id eſt, in coruſcatione miraculorum [fulgurantis haſtæ tuæ ] id eſt, terrentis ſententiæ C
ad eos directæ. [In fremitu] id eſt, in tremore iudicij [conculcabis terram] id eſt, humi-
liabis corda terrenorum [in furore]. i. comminatione iræ venturæ [obſtupefacies gen-
tes] id eſt, reddes eas valde timentes & ſtupentes. [Egreſſus es] manifeſtando teipſum
per prædicatores [in ſalutem populi tui] electi non mundi, quem reprobas [in ſalutem
Ioh.8 cum Chriſto tuo] Ieſu domino noſtro, ſecundum illud, qui me miſit, mecum eſt [Per-
Iob.41 cuſſiſti caput] id eſt, diabolum, qui eſt rex ſuper omnes filios ſuperbiæ [de domo im-
Luc.11 pij] id eſt, de corde peccatoris [denudaſti fundamentum] id eſt, detraxiſti ſpolia &
vaſa in quibus confidebat [vſqꝫ ad collum] id eſt, totum corpus eius abſtuliſti. [Male-
dixiſti] id eſt, damnaſti [ſceptris eius] id eſt, imperia eius, & omnes malos, qui eius im-
perium non tuum faciunt, & maledixiſti [capiti bellatorum eius] id eſt, damnaſti princi-
pes peruerſos, aduerſus Chriſtianos rebellantes, ſceptris & capiti dico [venientibus vt
turbo] id eſt, qui veniunt ad turbandum mentem electorum [ad diſpergendum me] ſi-
cut puluis diſpergitur à vento, ſed non timeo eos, quia [Exultatio eorum] vana & iniqua
ita adnihilabitur [ſicut eius qui deuorat] id eſt, ſpoliat [pauperem in abſcondito] quem
2.Theſ.3 diuitem putauit in aperto & fallitur. [Viam feciſti in mari] in gentibus [equis tuis]
id eſt, prædicatoribus vt currat dei ſermo, remotis obſtaculis peccatorum à mentibus
hominum [& in luto aquarum multarum] id eſt, in vilitate & glutino carnalium concu-
piſcentiarum, vt eſſet deſiderium dei exiccata cupiditate mundi. [Audiui] id eſt intel-
lexi per ſpiritum ſanctum, quanta paſſuri ſunt in fine mundi præcones veritatis [&
conturbatus eſt venter meus] id eſt, infirmitas mea tremuit [à voce] interiore [&
contremuerunt labia mea] polluta, & in medio populi polluta labia habentis habi-
tans. [Ingrediatur] ergo [putredo in oſſibus meis] id eſt, carnes meæ computreant vſ-
que ad oſſa mea [ſubtus me ſcateat] putredo vermibus, hæc contingant mihi nunc vt pe-
1.Cor.4. iora euadam, & [Vt requieſcam] cum electis [in die tribulationis] vltimæ & pericu-
Sopho.1. loſiſſimæ ac amariſſimæ [& aſcendam] per virtutes [ad populum accinctum noſtrum]
id eſt, ad obtinendam ſocietatem populi accincti, id eſt, pro fide fortiter dimicantis. Hic
non conſentit cum illis, qui hic cupiunt florere, pulcri & redolentes apparere, vt ibi la-
borent & deſcendant cum ſatellitibus ſatanæ in infernum. Sed aliter omnino diſpo- D
nuntur qui ad cœleſtia regna tendunt. Ponamus etiam non ſolum carnis miſeriam, ſed
etiam ꝙ contingant damna rerum temporalium & ſpiritualium. [Ficus enim non flo-
rebit] id eſt, magna pars plebis quæ in deuotione dulcis apparuit, non emittet florem
virtutis [& non erit germen in vineis] id eſt, radix veræ dilectionis, quę mentes inebri-
at, areſcet. [Mentietur opus oliuæ] id eſt, reges & ſacerdotes, à miſericordia & bono
opere deficient quæ promiſerunt [& arua] id eſt, ſubditi [non afferent cibum] id eſt,
non dabunt fructum, vnde ſatietur deus. [Abſcidetur] tanquam membrum mortuum
[de ouili] id eſt, de eccleſia [pecus] id eſt, omnis falſus Chriſtianus beſtialiter viuens [&
non eſt armentum] id eſt, fideliter laborantes [in præſepibus] in gradibus eccleſiæ, o-
mnes pene declinabunt ad errores. Illi ita deuiabunt à recta iuſtitię regula, ſed [Ego au-
tem] dicit chorus electorum ſtabilium in fide & amore [in domino gaudebo] non in
frumento & oleo [& exultabo] ſuauitate & feruore mellifluo [in deo Ieſu meo] ſaluato-
Mūdus proditor noſter. re meo non in mundo proditore noſtro. Quia [Deus dominus fortitudo mea] non de
me præſumo [& ponet pedes meos] id eſt affectus meos [ſicut ceruorum] id eſt, vt tran-
Dan.9 ſiliant omnia impedimenta mundi: malorum pedes ponuntur, vt debilium aſinorum,
Roma.6 qui in medio luto infiguntur. [Et ſuper excelſa mea] id eſt, vſqꝫ ad interiora velaminis
[deducet me victor] Chriſtus reſurgens à mortuis, me dico [in pſalmis] id eſt, in bo-
nis operibus [canentem] ad laudem eius: vel ad literam, in canendo pſalmos ſpiri-
tuali canore iubilantem.

¶ Cantici Moſi (& habetur Deutro-
nomij xxxij. cap.)
explanatio.

Audite



AVdite cœli] id eſt, vos cœleſtis conuerſationis intelligite [quæ loquar] noſtræ ſa- Philip.3.
luti pertinentia, non inanes fabulas vt poetæ loquebantur. Attentionem compa-
rat iſte declamator, quaſi date teſtimonium, ꝙ non tacuerim peccata populi mei [au-
A diat terra] id eſt, carnales [verba oris mei] quæ reprehendunt nequitiam vitæ ſuæ.
[Concreſcat] id eſt, multiplicetur [in pluuia] ſpirituali irrigante mentes aridas [doctri-
na mea] vt fructiferos faciat auditores [fluat vt ros] id eſt, gratia ſpiritus ſancti [eloqui-
um meum] id eſt, verbum dei in mentes hominum. [Quaſi imber ſuper herbam] vt
virere faciat, longa ariditate tabeſcentes [& quaſi ſtillæ ſuper gramina] refrigerantes
calorem noctium, & merito ſum audiendus [quia nomen domini] Ieſu [inuocabo]
non idola adorabo, nec labijs tantum honorabo deum, vt faciunt diuites, ſed & corde
& opere. Et ideo [Date magnificentiam] id eſt, perfectam laudem deo noſtro, ex- Iſaiæ.29
emplo meo videte ne blaſphemetur nomen dei noſtri per vos [quia dei perfecta ſunt o- Roma.1
pera] quibus cognoſcere poteritis vnum creatorem omnium [& omnes viæ eius ſunt 1.Tim.4.
iudicia] id eſt, omnia quæ facit cum iudicio facit, ſiue miſeretur ſiue iraſcitur, id eſt, ſi-
ue illuminat ſiue indurat, id eſt, non dat gratiam. [DEVS fidelis eſt] & in promiſ-
ſionibus & in comminationibus [& abſque vlla iniquitate] cuius natura nulli iniuſte Rom.9
nocet: iuſtus in retribuendo & rectus in iudicando [peccauerunt ei] primi parentes
[& non filij eius] id eſt, populi degeneres, malorum non bonorum imitatores [in
ſordibus] peccatorum idololatriæ & nequitiæ. Ergo o [Generatio praua] in men-
te [atque peruerſa] in opere [hæccine reddis domino] id eſt, videte quid tribuitis pro
collatis beneficijs, quia ipſe te mundauit, & tu iterum polluis templum eius, & hoc per- 2.Pe.2
pende [popule ſtulte] qui non attendis mala præſentia [& inſipiens] qui non præ- 1.Cor.3
caues in futuro. [Nunquid non ipſe] IESVS CHRISTVS [eſt pater tuus]
quem amare deberes: ſed degeneras, & ideo te exhæredabit [qui poſſedit] id eſt, cuius hę-
reditas eſſe debueras [& fecit] id eſt, formauit [& creauit te] id eſt, de nihilo plaſmauit.
Igitur [Memento dierum antiquorum] quando te elegit in populum peculiarem [co- Gen.2.
gita generationes ſingulas] id eſt, ſucceſſiones patrum, quam paterno affectu dilexerit,
quomodo populum Chriſtianorum à diuerſis periculis protexit, & inter perſecutores
B non minuit, ſed auxit. [Interroga patrem tuum] ſpiritualem, id eſt, prælatum eccle-
ſiæ & [annunciabit tibi ea] ea quæ deſideras ſcire de CHRISTO [maiores tuos] in- Iob.8.
terroga [& dicent tibi] ꝙ [Quando diuidebat altiſſimus gentes] in diuiſione lingua-
rum [quando ſeparabat filios Adam] abinuicem per omnia climata mundi. [Con- Gene.11
ſtituit terminos populorum iuxta [numerum filiorum Iſrael] id eſt, tātum voluit eſſe nu-
merum electorum, ad ſupplendum numerum lapſorum in cœlo, quantus eſt numerus
perſeuerantium angelorum. Vnde alia tranſlatio dicit. Iuxta numerum angelorum
dei: & hanc literam inducit beatus Gregorius exponendo modo prædicto.
¶ Alij dicunt, ꝙ tantus erit numerus ſaluandorum quantus fuit numerus cadentium
ſpirituum: quæ ſententia ſit verior non eſt facile diffinire, niſi forte dicitur, ꝙ tot cecide-
runt, quot perſtiterunt, tunc vtraqꝫ ſententia vera. Sed quidam dicunt plures cecidiſſe:
Alij plures perſtitiſſe, quod verius æſtimo, & ſic nulla vel parua erit contrarietas in ſen-
tentia, ſed cum tanta ſit multitudo populorum. [Pars autem domini populus eius] pecu-
liaris qui ipſum fide & charitate colit [Iacob] id eſt, luctator contra vitia vel ſupplanta-
tor peccatorum [funiculus] id eſt, limes hæreditatis eius, poſtpoſitis cęteris, qui volupta-
te huius vitæ fruuntur non reſiſtentes, ſed victi. [Inuenit eum] quem prius perdiderat
[in terra deſerta] id eſt, in huius mundi miſerijs errantem [in loco horroris] propter
periculum pereundi [& vaſtę ſolitudinis] propter defectum bene agendi. [Circundu-
xit eum] vt caute iret per ignem & aquam [& docuit] euangelium & præceptum deca-
logi [& cuſtodiuit quaſi pupillam oculi ſui] id eſt, ita diligenter vt pupilla cautius o- Pſalm.16
mnibus membris cuſtoditur. [Sicut aquila prouocans ad volandum pullos ſuos]
vt probet in intuitu ſolis, & quos viderit laſſari ſuſtentat alis ſuis: ſic CHRISTVS
prouocat nos ad intuitum veri ſolis & compatitur nobis [& ſuper eos volitans] id
eſt, aſcendit in cœlum CHRISTVS, vt nos ſecum ſaltem mente habitemus. Mala.4.
[Expandit alas] ſuas, id eſt, geminam dilectionem & protectionem ſuam [& aſſum- Heb.4. Col.3
pſit eos] fouendo in virtutibus [atqꝫ portauit] confortando [in humeris ſuis] id eſt, in Luc.15
fortitu-

fortitudine ſua ad cœleſtia regna. Et tunc [Dominus] Ieſus [ſolus] quia nullus deorum C
potuit [dux eius fuit] in iuſtitia [& non erat cum eo deus alienus] in protectione eorũ.
[Conſtituit] ſcilicet, populum ſibi perfecte adhærentem [ſuper excelſam terram] id eſt,
Terræ promiſſionis ſitus ſuper cœleſtem patriam: ad literam, terra promiſſionis vertex mundi eſt & vmbilicus
terræ dicitur, quæ conſiſtit in montanis [vt comederet fructus agrorum] id eſt, vt frue
2. Cor. 10 retur abundantia fructuum supernorum. [Vt ſugeret mel de petra] id eſt, vt in deli-
tijs diuinitatis Chriſti paſceretur [oleumq; de ſaxo dulciſſimo] id eſt gaudium ſpiri-
1. Cor. 3 tus ſancti à Chriſto procedentis: ſed prius ſugeret. [Butyrum de armento] id eſt, do-
ctrinam ſolidam de exemplis patriarcharum [& lac] id eſt, doctrinam paruulis con-
gruentem [de ouibus] id eſt, de prædicatoribus noui teſtamenti [cum adipe] id eſt,
pinguedine ſpirituali [agnorum] id eſt, humilium ſubditorum [& arietum] id eſt, ma-
giſtrorum [filiorum Baſan] id eſt, huius mundi qui prius erant tenebræ, nunc autem
Ephe. 5 lux in domino. [Et hircos] id eſt, pœnitentes, vel exemplo pœnitentiæ nos informan-
tes [cum medulla tritici] id eſt, corpore domini [& ſanguinem vuæ] id eſt, Chriſti qui-
bus populus dei enutritur ad cœleſtem promiſſionem [biberent meraciſſimum] quia ca
Pſal. 22 lix Chriſti inebrians quàm præclarus eſt, ſed non ſuſtinuit ſe bene eſſe imo ſuperbiuit,
quia [Incraſſatus eſt dilectus] populus Chriſtianus bonis abundans [& recalcitrauit]
contra dominum, contemnendo eius præcepta [incraſſatus] id eſt, ditatus [impingua-
tus dilatatus] id eſt, multiplicatus. [Dereliquit deum factorem ſuum] redeundo ad il-
licita [& receſſit] per malam voluntatem [à deo ſalutari ſuo] eundo poſt concupi-
ſcentias ſuas. Proſperitas enim inducit multos ad derelinquendum deum, & quando
temporalia ſuccedunt ad libitum, facile prouocatur homo ad contemnendum deum.
[Prouocauerunt eum] ad iram [in dijs alienis] id eſt, in adoratione illorum, quia aua
Ephe. 5 ritia eſt idolorum ſeruitus, vnuſquiſque hoc pro deo colit quod in corde ſuo magis di-
ligit [& in abominationibus ſuis] id eſt, in fœditatibus gulæ & luxuriæ [ad iracun-
diam concitauerunt] id eſt, in ſe vindictam domini incitant qui ſe vitijs mancipabant.
[Immolauerunt dæmonijs & non deo] id eſt, dæmonia placant non deum in vita ſua
[dijs quos ignorabant] id eſt, quorum nulla beneficia experti ſunt. [Noui recẽteſque] D
dij, id eſt, diuerſarum ſectarum errores [venerunt] id eſt, intrauerunt quos ſibi finxe-
rant de corde ſuo [quos non coluerunt patres eorum] catholici & ſancti doctores.
[Deum qui te genuit] per baptiſmum te Chriſtianum fecit [dereliquiſti] conſentien-
do tuæ prauæ voluptati [& oblitus es domini creatoris tui] id eſt, à corde tuo ipſum ex-
pulisti, introducens diabolum cuius actus meditaris. [Vidit dominus] iſtorum erro-
Heb. 4 res quem nil latet [& ad iracundiam concitatus eſt] id eſt, ad vindictam tantæ nequitiæ
[quia prouocauerunt eum filij ſui & filiæ] quos paterno affectu nutriuit. [Et ait: ab-
ſcondam faciem meam ab eis] id eſt, præſentiam meam qua videor mundo corde. Ni-
Matt. 5 hil enim grauius quàm viſione dei priuari, hic facies dei eius beneuolentia intelligitur,
& quantumcunque hic proſperentur [conſiderabo nouiſſima eorum] id eſt, quæ ad-
uerſa ventura ſunt eis in fine. [Generatio enim peruerſa] eſt malum reddens pro bo-
Rom. 12 no [& infideles ſunt filij] non ſeruantes fidem deo promiſſam in baptiſmo. [Ipſi me
prouocauerunt] ad cruciandum eos [in eo] id eſt, in cultura eius [qui non erat deus]
verus [& irritauerunt in vanitatibus ſuis] amantes plus gaudia temporalia quàm æter-
Eccls. 1 na, cum omnia quæ quærunt vanitates ſint ſectantes profana & ſuperſtitioſa. [Et e-
go prouocabo eos] ad ęmulationem [in eo qui non eſt populus] id eſt, in conſiderata
dignitate illius, qui prius non erat populus [& in gente ſtulta] id eſt, deum ignorante
[irritabo illos] vt ei comparentur. [Ignis ſuccenſus eſt] .i. vltio intenta eſt [in furore
Matt. 25. meo] id eſt, me irato [& ardebit] in ipſis impijs [vſq; ad inferni nouiſſima] id eſt, ſine
vllo remedio futuro. [Deuorabitq; terram] id eſt, terrenorum amatores [cum germi
ne ſuo] id eſt, cum omni ſpe ſua temporali [& montium] id eſt, ſuperborum [funda-
menta comburet] id eſt, totam ſpem conſumet. [Congregabo ſuper eos] reprobos [ma
la] id eſt, omnia genera tormentorum, quæ mala videntur patienti, ſed iuſta ſunt inferẽ-
ti [& ſagittas meas] .i. vltiones, & cõminatiões longe ante intentas [complebo] .i. perfi
ciam in eis per diuerſa tormenta. Et interim [Conſumẽtur] in animabus ſuis fame ver-
Amos. 8 Ephe. 6 bi dei [&] ſic [deuorabunt eos] id eſt, incorporabunt [aues] id eſt, aereę poteſtates
morſu



[morſu amariſſimo] id eſt, tentatione mortifera. [Dentes beſtiarum] id eſt, corroſio-
nes dæmonum crudeliter animas lacerantium [immittam in eos] id eſt, malis immit
A ti permittam [cum furore trahentium ſuper terram] id eſt, inſtigantium ad terrena ope
ra & mortalia peccata quaſi furibundi ſe vindicarent [atq; ſerpentium] id eſt, occulte
tentantium, vt omnis miſeria præſens & futura irruat ſuper malos Chriſtianos. Nam
[Foris vaſtabit eos gladius] id eſt, exterius cruciatum ignis inferni habebunt [& intus]
erit eis [pauor] id eſt, morſus prauæ conſcientiæ: & eſt nulla peſtis peior, quos vaſta-
bit? [Iuuenem] id eſt, laſciuum vitijs ætatem ſuam deturpantem [ſimul ac virginem] Mat. 9
id ſterilem à bono opere. Iſtos ſimul ponit in pœna, quia ſimul ſolent eſſe in culpa. Iſaiæ. 66
Non enim eſt maior delectatio in mundo quàm inter iuuenem & virginem [lacten- Ezec. 20.
tem] id eſt, paruulum ſenſu vaſtabit ille ignis [cum homine ſene] id eſt, inueterato 1. Cor. 14.
dierum malorum, nullam ętatem, vel ſexum excludit, quia de omnibus ſcilicet, con-
ditione, ętate, & ſexu magnam partem ignis gehennæ deuorabit. [Et] cum hæc ma- Matt. 22.
la ſubito & inſperate euenerint eis [dixi] id eſt, dicam vel ab electis meis dici faciam
[vbi nam ſunt?] qui in hoc mundo floruerunt vaſtata gloria eorum [ceſſare faciam ex
hominibus memoriam eorum] id eſt, ita nunc delebo eos vt non ſit memoria eorum
amplius cum hominibus iuſtis. [Sed] tamen [propter iram inimicorum] dæmonum
vel hominum [diſtuli] inferre vindictam ſtatim cum peccaſſent [neforte ſuperbirent
hoſtes eorum] id eſt, ſibi arrogarent, quod dei erat, tanquam ipſi viribus ſuis proſterne-
rent eos. [Et dicerent] ſuperatis reprobis [manus noſtra excelſa] id eſt, poteſtas no-
ſtra valida fuit [& non deus hæc fecit omnia] ſed nos fecimus. [Gens] omnium iniu-
ſtorum [abſq; conſilio eſt] ſalutis futuræ [& ſine prudentia] qua mala imminentia ca-
ueret [vtinam] ergo [ſaperent] cœleſtia & recederent à malo, & intelligerent vt face-
rent bona [ac nouiſſima] quæ ventura ſunt eis in morte ſua, & in iuditio [prouiderent]
id eſt, attenderent, vt ſic forte poſſent liberari. Quæ erunt in nouiſſimis? [Quomodo
perſequebatur vnus mille] qua ratione potuit hoc fieri [& duo fugarent decem mil-
lia] id eſt pauci multos. [Nonne] ideo iſta fient, quæ miranda videntur [quia deus
ſuus vendidit eos] id eſt, à ſe propter peccata illorum alienauit [& dominus concluſit
B illos] in poteſtate hoſtium, non eſt ergo confidendum de victoria belli in multitudine
populi, quia eo citius proſternentur quo maior exercitus congregatur. Spiritualiter [v-
nus mille] perſequitur, id eſt, vnitas eccleſiæ omnes reprobos conuincit [& duo fugant
decem millia] id eſt, decem præcepta charitatis omnes ſuperſtitiones gentium, inutilia Vnitas
argumenta philoſophorum, vanas fabulas poetarum, ſapientiam ſecularem Rhetorico eccleſię p̄
rum, & pompam condemnant omnium falſorum Chriſtianorum. [Non enim eſt de- ualet ini-
us noſter] Chriſtus [vt dij eorum] quibus placet iniquitas, deus enim noſter nullam ini micis.
quitatem relinquit impunitam [& inimici noſtri] id eſt, cultores idolorum [ſunt iudices]
id eſt, teſtes huius quos ſæpe Chriſtus percuſſit acerbe in hac vita, nõne firmum eſt teſti
monium ab hoſte? [De vinea Sodomorum vinea eorum] id eſt, ita abutũtur cultura dei
ſicut Sodoma & Gomorra, id eſt, muti ſunt à laude dei, non enim in lingua tãtum conſi Iſaiæ. 1. 29
ſtit honor dei [& de ſuburbanis Gomorrę] vitiata eſt eccleſia eorũ, id eſt, aſperi facti ſunt
ſpinis vitiorũ. [Vua eorum] id eſt, fructus quem offerunt deo, eſt [vua fellis] id eſt, in a-
maritudinem ſcelerum cõuerſus [& botrus amariſſimus] eſt in eis, id eſt, flos eorum car-
nalis omni abſinthio amarior eſt. [Fel draconum] id eſt, amara doloſitas detractorum
eſt [vinum eorum] id eſt, delectatio eorum quam libenter bibunt & alijs bibendam
tradunt [& venenum aſpidum inſanabile] id eſt, malitiæ venenum intra ſe retinent, ne
ſalutis & correctionis medicinam recipiant, inſanabile dicitur venenũ eorum, qa in-
corrigibiles ſunt, & ſi quandoq; corripiuntur deteriores fiunt. Sed [Nonne] hæc ma-
la eorum [condita ſunt apud me] id eſt, repoſita in memoria mea in iudicio proferenda
[& ſignata in theſauris meis] id eſt, quaſi ſub ſigillo reſeruata, in quorum prolatione ele
cti mei ditabuntur in damnatione illorum malorum. Et vere ita erit, nam [Mea eſt vl-
tio] id eſt, ad me pertinet vindicta peccantium [ego retribuam eis] pro merito ſuo in tẽ- Rom. 12
pore præfinito ad iudicandum q̃uis diu expectem [vt labatur pes eorum] id eſt, vt tota eo-
rum ſuperba vanitas quæ eos portauit corruat in nihilum. Vel vt hi qui ſtare videban-
tur pereant. Timete ergo oẽs mali, quia [iuxta] id eſt, prope [eſt dies] perditionis in qua Heb. 10
æterna

Iob.14 æternaliter à conſortio ſanctorum perdemini, nolite cogitare ꝙ longam vitam habebi- C
tis, quicquid enim finem habet breuiſſimum eſt, ſi æternitati comparetur [& adeſſe fe-
ſtinant tempora] id eſt, proximum eſt, vt deſinat eſſe tempus & ſuccedat æternitas. Et
tunc [Iudicabit dominus populum ſuum] id eſt, diſcernet à reprobis loco & mente [&
in ſeruis ſuis] non ſeruis mundi [miſerebitur] id eſt, miſericors apparebit in alijs iuſtus
[Videbit] id eſt, videri faciet [ꝙ infirma ſit manus] id eſt, inſufficiens ſit reproborum
operatio ad ſalutem obtinendam [clauſi quoqꝫ] ſcilicet impij in dæmonum poteſtate
[defecerunt] id eſt, contabuerunt in tormentis [reſiduiqꝫ] id eſt, omnes relicti à deo [cō-
Mūdanorum dij. ſumpti ſunt] morte æterna [Et dicent] qui hoc viderint [vbi ſunt dij eorum?] id eſt, di-
Iere.2. uerſæ eorum voluptates [in quibus habebant fiduciam] id eſt, quibus vacabant & gau-
dium ſuum ponebant. [De quorū victimis] id eſt, de his quæ ſuis immundicijs offere
bantur [comedebant adipes] magna abundantia delectabantur [& bibebant vinum li-
baminum] temporali iucunditate inebriabantur, obliuiſcentes deum. Hi dij veſtri quos
plus quàm deum verum amaſtis. [Surgant] ſi poſſint, irriſio eſt [& opitulentur vobis]
id eſt, in auxilium veſtrum veniant [& neceſſitate] hac maxima [vos protegant] à dāna-
tione, imo magis vobis accuſatores erunt quàm protectores. [Videte] ergo vel ſero [ꝙ
ego] Chriſtus cum patre & ſpiritu ſancto [ſum ſolus] deus [& non ſit alius deus præter
me] hoc nunc credite, qui plures deos colebatis, qui vos deceperunt. [Ego occidam] vi-
1.Re.2 uentes mundo [& ego viuere faciam] mortuos mundo, quia ego ſum author vitæ, &
Apo.3. mortis illator [percutiam] quos amo flagello filiorum [& ego ſanabo] ſalubriter per-
Hebr.12. cuſſos ab omni infirmitate corporis & animæ [& non eſt] bonus vel malus [qui de ma
Prouer.3 nu mea] id eſt, de poteſtate mea [poſſit eruere] id eſt, ſe vel alium liberaret: vt ſcilicet, libe
raret damnandum & damnaret ſaluandum. [Leuabo ad cœlum manum meam] id eſt,
manifeſtabo potentiam meam omnibus creaturis [& dicam] ipſa rei euidentia [viuo
ego inæternum] quaſi iuramentum eſt. [Si acuero vt fulgur gladium meum] id eſt, ma
nifeſtam & terribilem vindictam præparauero [& arripuerit] id eſt, exercuerit [iudici-
um manus mea] id eſt, poteſtas mea. [Reddam vltionem] æternæ pœnæ [hoſtibus me-
is] id eſt, aduerſantibus mihi, & contemnentibus mandata mea [& his qui oderunt me] D
incorrigibiliter [retribuam] manſionem in inferno, qui me expulerunt de cordibus ſu-
is dum vixerunt in mundo. [Inebriabo] id eſt, adimplebo [ſagittas meas] id eſt, ſenten
tias meas & comminationes [ſanguine] id eſt, morte damnatorum [& gladius meus]
id eſt, vindicta mea [deuorabit carnes] id eſt, omnes malos qui carnaliter vixerunt. Et
inebriabo ſagittas meas. [De cruore occiſorum] à vita beata fine fine [& de captiuita-
te] in inferno [nudati capitis] ab omni ſolatio [inimicorum] id eſt, damnatorum, & di-
citur à ſimili captiuorum qui raſis capitibus vendebantur. Ergo [Laudate gentes] id
eſt, laude dignum annunciate [populum eius] ſcilicet fidelem & obedientem
Eze.3 [quia ſanguinem ſeruorum ſuorum vlciſcetur] id eſt, exiget à perſecu-
toribus, & à prælatis quorum defectu multi moriuntur. [Et
vindictam] amaram nimis, vt prætactum eſt [retri
buet in hoſtes eorum] qui eos anguſtiant
& contemnunt [& propitius] id eſt,
miſericors [erit terræ popu
li ſui] id eſt, eccleſiæ ſuæ
quæ conſtat ex
populo
ſuo.

❡Enarrationum in cantica biblica
FINIS.



A D. RICHARDI PAM-
POLITANI EREMITAE, IN ALIQVOT CAPITA
Iob prophetæ Enarratio.

Caput VII.

PARCE mihi domine, nihil enim ſunt dies mei.] Ex-
primitur autem in his verbis humanæ conditionis in-
ſtabilitas, quæ nō habet in hac miſerabili valle manen-
tem manſiōem, ſed peribit poteſtas à principibus per- Hebr.13
uerſis, & ferientur proculdubio in profundiſſimas flam Hūanæ
mas infernorum, luduſqꝫ omnium hominum laſciuo- conditio
rum cito labitur in lamentationē, deniqꝫ & dominia di nis inſta-
uitum cum tabernaculis tyrannorum intra breue tem- bilitas.
pus terminabuntur. Hoc itaqꝫ annuncio vobis q in tran
ſitoria dulcedine delectamini, & in iſtis terrenis diuitijs
abundare anhelatis, ꝙ de gaudio veſtro dolorem habe-
bitis, videntes ꝙ euaneſcunt vniuerſa quæ ſub ſole ad- Ioan.16
quiſiſtis. Ludus veſter in luctum vertitur, & proſperitas veſtra in tormentum commu- Eccls.2
tatur. Nunc gaudere cupitis, ſcitote ꝙ poſt modicum in graui languore eritis ægrotan- Prou.14.
tes. ❡Verum non ſolum viror animæ auibus effunditur, ſed etiam corporis ſanitas ex-
inde deſtruetur, iuxta verbum ſapiētis, qui ait: Riſus dolore miſcebitur, & extrema gau-
dij luctus occupat. Quamobrem riſum recte reputauit errorem, & gaudio dixit: Quid Pro.14
fruſtra deciperis? In his vtiqꝫ exercitatus & intelligens vir iuſtus iudicia dei, dicit: Dies nr̄i
[Parce mihi domine, nihil enim ſunt dies mei] ſed quomodo ſunt dies noſtri nihil, cū qūo nihil
vnicuiqꝫ noſtrum videntur dies multi, longi, & laborioſi? Ergo noli errare, noli decipi, dicantur.
noli præſentes dies tibi multas promittere, nihil enim ſunt, nulli ſunt audeo dicere, cre
didi propter quod loquor, hodie homo extollitur, cras non inuenietur. Nihil eſt gutta
B aquæ ad comparationem totius maris, & non eſt plus tota præſens vita in reſpectu æ- Iſaiæ. 40
ternitatis. Etenim dies mei velocius tranſierunt, quàm tela à texente ſucciditur. Homo
ſicut fœnum dies eius, tanquàm flos agri. Ergo diuites decipiuntur, luxurioſi illaquean Pſal.102
tur. Omnes deniqꝫ temporalibus bonis dediti, carnalibus bonis obfuſcati, hamo hoſtis
capti ſtrangulantur. Hinc poſtulo, depoſco, flagito, rogo [Parce mihi domine] vt non
peream cum prauis, non condēner cum iniquis. Illis enim imminet væ interminabile,
quia æternam gloriam in momanteneam delectationem effuderunt pro nihilo deſe- Pſal.105.
ruerunt terram deſiderabilem obligantes ſe ad terram tenebroſam. Hi dederunt precio Thren.1.
ſa quæqꝫ pro cibo ad refocillandam animam, id eſt, virtutes mentis contempſerunt pro
tranſitoria delectatione qua poſſint demulcere temporalem vitam. Ergo [Parce mihi
domine] Parce populo tuo, extende brachium & afflige inimicum. ❡Sed dico parce
cum prophetia dicat: Proba me domine & tenta me? Vtrunqꝫ igitur eſt petendum, & Pſal.25
vt deus parcat, & vt deus tentet, vt parcat ſcilicet, remittendo delictum, debitum ſem-
piternæ pœnæ mutando in temporalem purgationem, quia ſi iniquitates obſeuauerit
qs ſuſtinebit? Similiter & à proprijs & ab alienis parcat ſeruo ſuo. Non permittat inimi Pſal.129.
cos noſtros in nos quantum vellent inſurgere, & concupiſcentiā captiuantis carnis di-
gnetur mitigare. Ipſe enim eſt qui dominatur poteſtati maris & ſonum fluctuum eius
mitigat. ❡Itaqꝫ & probet & tentet per tribulationem, videlicet ne cadamus in repro-
bationem, quia niſi caſtigati fuerimus in præſenti cum filijs hominum, proculdubio in Pſal.88
futuro flagellabimur cum ſequacibus dæmoniorum. Ideo cum propheta poſtulauerit Heb.12
ſe probari & tētari, ſtatim ſubiunxit: Vre renes meos & cor meum. Quia nimirum per-
fecte contra tentationes non reſiſtimus niſi interius igne ſancti ſpiritus non ficte inar-
deſcamus. Et reuera tribulationes & aduerſitates lætanter non patimur, ſi in renibus &
in corde incendio interni amoris non exuramur. Recte ergo ſanctus Dauid in delitijs
degens, diuitias poſſidens, ſolium regale tenens, petijt probari & tentari, ne ſcilicet ſu-
perbiens in humanis proſperitatibus, negligens fiat in ſeruitijs diuinis, & inde deterius

Iob.1.2 à deo deſcenderet, quo plura beneficia ingratus percepiſſet. Beatus vero Iob à poſſeſ- C
ſionibus & à diuitijs ſpoliatus, filijs orbatus, ab vxore improperatus, ab amicis ca-
lumniatus. Morbo graui percuſſus, & nudus in ſterquilinio ſedens, maximeq; tribu-
latus, aperte ad deum clamorem dirigit, & in tanta miſeria poſitus cum deſiderio cor-
dis dicit. [Parce mihi domine nihil enim ſunt dies mei] Dies mei nihil ſunt. Omnes
boni dies in quibus gaudebam iam tranſierunt, mali autem ſuperueniunt, & hi ni-
hil ſunt, quia vel boni ſecum ferunt. Vtique ſic erit de omnibus impijs qui ducunt in
Iob.21. bonis præſentibus dies ſuos & in puncto ad inferna deſcendunt, vbi non habent diem
Sap.5 ſed noctem ſempiternam. Dies enim æternitatis pro paucis temporalibus dederunt,
Pſal.48 & nunc flentes & lugentes, & velut Iob ſine opibus relicti vlulantes & clamantes. Ni-
hil ſunt dies noſtri. Intrant autem denſiſſimam obſcuritatem & vſque in æternum non
videbunt lumen. Igitur o domine non ſim de numero illorum quibus parcis in præ-
ſenti & punis in futuro, quibus parcis à præſenti tribulatione, & crucias in futura ex-
Hebr.12 uſtione, quibus parcis temporaliter & punis æternaliter. Sed o bone IESV hic ſe-
ca me: Vre me, flagella me, caſtiga me vt parcas in futuro. Hic ſeca putridum. Vre ſta-
bidum, flagella peccantem, caſtiga negligentem & parce in futuro. Domine quan-
do percuſſeris me debita morte [Parce mihi] quia tunc nihil ſunt dies mei, tunc fo-
Luc.16 Ioan.9. dere non valebo, id eſt, in labore pœnitentiæ exerceri, & mendicare erubeſcam. Ve-
Gala.6 nit enim nox in qua nemo poteſt operari, ergo dum tempus habemus operemur bo-
num ad omnes. Et o dñe tunc parce quia tunc eſt tempus parcendi, nunc autem tempus
flagellandi. Ergo deuiant homines, inſaniunt homines, ſine intellectu ſunt, ſine ratione
agunt, hic quęrũt ditari, hic cupiunt proſperari, hic ſatagunt honorari, & neſciunt quia
Deu.32 clauſis oculis vadunt ad ignem, currunt ad damnationem, ducuntur ad infernum, vti-
nam ſaperent & intelligerent, ac nouiſſima prouiderent. Igitur vbi iuſtus in morte
poſitus, ſentiens ſe per diuinam miſericordiam in hoc ſeculo flagellatum, caſtigatum
emendatum, & mundatum, audacter dicit [Parce mihi domine nihil enim ſunt di-
Gene.3 es mei] Dum diem habui, laboraui, non peperci mihi in ſudore vultus mei veſcebar D
pane meo, ergo tu parce ad quem venio, ſuſcipe me in cœleſtem manſionem, quia de-
ſerui terrenam, cape me in diem æternitatis tuæ, quia iam dies mei nihil ſunt omnes
in tuo ſeruitio expendi, & nihil ſupereſt mihi niſi vt mihi des deſiderium meum, quia
tibi me totum commendaui, vnde & congrue per hæc verba incipiunt lectiones in exe-
quijs mortuorum, vt videlicet oſtendatur, quia iuſti viri & ſancti æternam requiem
quam largiendo parcit eis DEVS audacter poſſunt petere, quoniam illam non igno-
rant perpetraſſe. Mali vero & peccatores gemere & lugere poterunt, quia pœniten-
Lucæ.18 tiam & aduerſitatem in hoc mundo fugientes poſt mortem flagella duriſſima inueni-
re meruerunt. Et quia DEVS ſuperbos deſtruit, humiles vero exaltat & ad regnum
gloriæ perducit, recte ſequitur. [Quid eſt homo quia magnificas eum aut quid ap-
ponis erga eum cor tuum?] O mira dignatio conditoris, o immenſa benignitas redem-
ptoris, qui ſibi DEVM petebat parcere, iam gloriatur à deo magnificatum eſſe. Parci
petijt, dies ſuos nihil eſſe dixit, & DEVS ipſum magnificauit. Ex quo attonitus quia
tantus rex eleuat pauperem, imperator exaltat mendicum. DEVS honorificat de-
ſpectum, miratur quærens.
¶ [Quid eſt homo quia magnificas eum] Ergo humilitas laudabilis eſt, charitas ho-
narabilis, patiẽtia coronabilis. Inde enim coronari & magnificari à deo meruit, qa inter
Homo quid ſit. aduerſa & proſpera mundi in charitate & humilitate conſtanter refulſit. Sed [quid eſt
Gene.8 homo] homo eſt maſſa putredinis, vas ab ominationis, eſca vermis. Homo eſt natura
Pſal.143 fragilima, ad malũ prona, ad bonũ tarda, terrenis adglutinata, longe à cœleſtibus gau-
Gene.1 dijs expulſa. Ergo [quid eſt homo] Homo vanitati ſimilis factus eſt, quem deus veritas
ad imaginem & ſimilitudinem ſuam fecit. Quamobrem dies hominis merito, ſicut
vmbra prætereunt, qui ſi non peccaſſet homo ſtabiliter ſine varietate permaneret. Igi-
tur attende homo miſeriam tuam, intellige inopiam tuam, & vide caſum tuum à deli-
Gene.3 tijs paradiſi in magnam egeſtatem & eſuriem deſcendiſti. Deſcendens enim ab Ieru-
ſalem



ſalem in iericho, incidiſti in latrones, ſpoliatus & vulneratus, ſemiuiuus relictus es. Iſaiæ.64.
Exinde conſidera quantas peccando dereliquiſti diuitias, quàm decorum angelorum 1.Cor.2
contempſiſti conſortium, & quàm vilibus infernorum te coniunxiſti miniſtris.
A Reſurge homuntio à retibus ruinæ, & reſpira ad regnum, ibi ſunt omnes amœnitates
omnes delitiæ, quas mens excogitare non valet. Ibi omnium aromatum odoramen-
ta, omnis pulchritudo & delectatio pleniſſima. Noli ergo detineri in his infimis, noli
mente morari in mundanis, & non ſis coinquinatus cum immundis. [Quid enim eſt 1.Cor.3
homo quia magnificas eum DEVS] Vtique non bos, non equus, non beſtia de his
autem non curat DEVS, ſed homo eſt ſubſtantia rationalis quem deus magnificat,
ſi talem eum inuenit, qualem ipſe eum fecit, alioquin non magnificat ſed vituperat, Pſal.109.
non laudat ſed reprobat: non honorificat ſed calcat. Peruerſorum enim capita con-
quaſſabit in terra multorum, id eſt, in inferno ad quem iam non ſolum multi ſed fere o- Gen.3.
mnes inceſſanter pergunt. [Quid ergo eſt homo] Homo eſt humus cinis, & pul- Pſal.39
uis, homo nihil eſt, homo ad nihilum redactus eſt. Quomodo ergo ſi nihil eſt ma-
gnificat eum DEVS. Hinc audi prophetam: Ego autem mendicus ſum & pauper
dominus ſolicitus eſt mei, ergo ſi nihil ſis apud te, forſitan apud deum inuenieris aliquid
Deſpice teipſum humilia teipſum, & exaltabit te deus. Fac te paruum, fac te minimum,
& magnificaberis à deo.
¶ Pauper eſt qui ſibi non ſufficit. Mendicus qui ab alio petit. Ergo noli teipſum repu-
tare, ſi à deo cupis magnificari. Pauper ſis, mendicus ſis apud te, clama inceſſanter. Pe-
te infatigabiliter, oſtende paupertatem, expande gremium & ditabit te deus, non diui-
tijs terrenis quæ fallunt, non carnalibus delitijs, quæ fœtentes computreſcent, ſed vir-
tutibus ſpiritualibus muneribus mirandi muniminis, quæ te à fœtore & putredine con-
ſeruabunt. Ergo lætetur pauper, gaudeat mendicus illorum namq; ſolicitus eſt domi-
nus. Igitur diſce pauperẽ fieri, diſce mendicum haberi ſi ditari deſideras, ſi honorari non
recuſas. O bone domine [Quid eſt homo quia magnificas eum] Qualis aut quan-
tus eſt, vellẽ noſſe, ſi dignatus fueris ſeruo tuo oſtendere, ſatagam alijs reuelare, ſed an- Pſal.118
guſtus ſum valde in viſceribus meis, amplifica me in miſericordia & in miſerationibus
B tuis, & viam mandatorum tuorum alacriter curram poſtquam dilataueris cor meum.
Nempe conor eructare verbum tuum, ſpargere eloquium tuum, vt cognoſcant homi-
nes, quid ille homo ſit, quem tu magnificas, ne quiſquam fruſtra ſe extollat ſeipſum ſe- Gala.6
ducens putans ſe eſſe aliquid cum nihil ſit. Etenim cadent à latere tuo mille & decem Pſal.90
millia à dextris tuis, ſed mirabilis facta eſt ſcientia tua ex me confortata eſt & non po- Pſal.138.
tero ad eam. Quo ibo à ſpiritu tuo, & quo à facie tua fugiam, vere ſcio ꝙ ſi nõ habeam à
te quod quæro, nullicubi inueniam illud. Ergo ſi dederis dulcedinem oculorum meo-
rum, ambulans non deuio, loquens non erro, tacens non decipior, ſedens in ocium
non laboro, viuens non illaqueor, moriens non tormentor. Itaque [quid eſt homo
quia magnificas eum] id eſt, qualis & quantus eſt homo quem tu magnificas. Eſt
autem iuſtus, mundus, pius, caſtus, ſobrius, humilis, manſuetus, patiens, miſericors,
ſanctus, ſyncerus, in mente feruens in tuo amore charitate repletus. Omnique virtu-
tum genere inſignitus, hic eſt homo quem tu magnificas, quem tu laudas, quem præ-
ponis, cui indigniores aſſurgere præcipis vt locum præbeant honoratiori. Et merito
quidem, quia te magnificauit, te laudauit, tuam gloriam quæſiuit, te prædicauit, te ce- Luc.1
cinit, in te iubilauit. Quippe: Magnificat anima mea dominum. Et exultauit ſpiri-
tus meus in DEO ſalutari meo. Ergo talis eſt homo quem magnificas, talis eſt quem
approbas, cuius anima tui amoris deſiderio rapitur, cuius ſpiritus in te ſolo gloriari de-
lectatur. [Aut quid apponis erga eum cor tuum.] Non ſolum miramur quid ſit
homo quia magnificas eum, ſed etiam quærimus vt ſciamus, vel [ad quid apponis
erga eum cor tuum] Videtur quod ſtrenuus miles ſit quem magnificas, & quod ami-
cus tuus ſit, quia erga eum cor tuum apponis. Sed quomodo miles, quomodo ami- Miles
cus? Miles vtique quia militat fortiter expugnando inimicos dei, viriliter reſiſten- Chriſti amicus
do inſidijs diaboli, eijciendo vitia, odiendo peccata, vt dicat cum pſalmiſta. Nonne qui quid ſit.
oderunt te domine oderam, & ſuper inimicos tuos tabeſcebam. Perfecto odio ode- Pſal.138.
ram illos. Itaque miles CHRISTI efficitur, dum ſpiritualibus hoſtibus reſiſtens,
aduerſus iacula venenoſę ſerpentis veraciter armatur armatura dei indutus, vt poſſit ſta-

 re, Ami-

Quater cor apponitur. re. Amicus vero eſt dum integro corde intima deuotione ſe totum ad deum colligit, & C
conſolatur ſuauitate cœlica, diuini amoris incendio vehementer inardeſcit. Ergo ad
hoc [apponis erga eum cor tuum] vt facias eum amicum tuum. Cor apponitur ne
amans deficiat, ne currens fatigetur. O ſuauis obumbratio, o iucunda delectatio [ap-
ponis erga eum cor tuum] vere prædeſtinaſti eum vt non pereat, proteges eum vt non
corruat, & infudiſti te in præcordijs animæ ſuæ, vt nullam mundi miſeriam, nullum
corporis incommodum pertimeſcat. Ergo quem magnificas, ei & cor apponis vt non
ſolum exaltes illum coram proximis ſuis, verũ etiam vt & ipſe in te æternaliter glorifi-
cetur. Itaq; [Apponis erga eum cor tuum] id eſt, oſtendis ei amorem tuum & cha
ritatis magnitudinem qua pro ipſo incarnari, naſci, circumcidi, baptizari, ieiunare, &
eſurire, ſitire, flagellari, crucifigi, mori volueris, vt hæc cogitans & recogitans abſtineat
ſe ab immunditijs & recordatus multitudinis miſericordiæ tuæ, non reddat tibi ma-
lum pro bonis: quemadmodum agunt auari & cupidi, ſuperbi, & luxurioſi, omnes de-
nique qui tuo amori terrenam dilectionem ſiue humanam anteponunt, & pluſquam te
Deu. 32 creator æterne diligunt creaturam tuam. Quibus minatus es per prophetam dicens.
Si acuero vt fulgur gladium meum, & arripuerint iudicium manus meæ, reddam vl-
tionem hoſtibus meis, & his qui oderunt me retribuam. Erga hos vtique non appo-
nit author cor ſuum, quia & ſi appoſuerit non intelligunt clementiam tantæ bonitatis,
nec ſatagent ſe ſeparare à ſceleribus, aut conuertere pedes ſuos in teſtimonia dei. Quis er
go eſt ille [erga quem apponit dominus cor ſuum] Profecto qui irreprehenſibiliter
Apoc. 14 viuit in conſpectu oculorum eius, qui cum mulieribus non eſt coinquinatus, qui lauit
ſtolam ſuam in ſanguine agni vt ſit poteſtas eius in ligno vitæ & per portas intret in ci-
uitatem ſcilicet, ſupernam, vbi iam non erit hoſpes & aduena, ſed ſanctorũ ciuis & do-
Ephe. 2 meſticus dei. Igitur in hoc modo [Apponit dominus cor ſuum] erga hominem
Sapie. 10 deducens illum per vias rectas, vt demum oſtendat ei regnum cœli, & det illi clarita-
tem æternam, vt ereptus ab ergaſtulo mundani mœroris, & à valle vanitatis viſibilis
ad montem inuiſibilis gaudij, in cœleſtibus iugiter iubilet ſedibus, qui deſpiciens di-
uitias carnales, concalcans concupiſcentias, fortiter ſe exercitauit in mandatis diui-
nis. [Viſitas eum diluculo & ſubito probas illum] Congrue poſt appoſitionem cor- D
dis ſequitur viſitatio, quia proculdubio qui deum diligit in illa dilectione conſolationẽ
ſentit. Virtuoſum, videlicet, viſitas cui appoſuiſti cor tuum, vt nimirum indicetur ex
abundantia viſitantis dulcedinis, quia erga eum cor tuum apponis, ſed cur potius di-
citur quod [dominus viſitat eum diluculo] quàm ſero, aut media nocte, aut in me-
ridie, cum nullum tempus ſit quo non indigemus diuina viſitatione? Diligenter intel-
lige & memento retinere. In diluculo neque nox eſt plena, neque dies perſpicua: & ſi-
gnat initiũ pœnitentiæ, quando homo per gratiam dei vt perfecta dies adhuc minime
clareſcit, ſed tamen à culpæ nocte inceſſanter recedit & ad meridiem perfectionis ten-
dit. Lux enim iuſtorum creſcit vſque ad perfectum diem.

¶ Merito ergo tunc deus hominem viſitare dicitur, quando homo maxime tribulatur
vel tentatur. Inſurgunt enim omnes inimici contra pœnitentem, & illa iam inuenit
Iohe. 1. ferociſſima quæ prius quaſi in quiete iacebant ſopita. Computruerunt autem iumen-
ta in ſtercoribus ſuis, & requieuit Moab in fecibus ſuis, quia dum peccatores in volu-
ptatibus carnalium deſideriorum, & immundarum delectationum, quaſi in quadam ſe
curitate ſe inuoluere ſatagunt, diabolus ab impugnatione, caro à murmratione, & mun
dus à flagellatione magis quieſcunt. Quia vero ad cœleſtia quærenda terrenaque conte-
mnenda ſurgere non nititur, multos non inuenit qui ſibi aduerſentur. At quippe cum
conuerterit ſe à delectabilibus, quæ militant aduerſus animam, ad diuinum ſeruitium,
& perfecte de peccatis pœnitere propoſuerit, ſine dubio vndique tribulabunt tentan-
1. Pet. 2 tes, & pœnitentem affligent, vt multa quæ prius non nouerat eſſe ſcelera, iam inſurgant
Eccli. 2 in eum nigerrima peccata. Mordebit mentem eius maculoſa conſcientia. Propo-
2. Tim. 3 net ante oculos ſuos diabolus præactas voluptates, ſuggerens ei, vt recidiuet rediens
ad illicita. De pœna torquebitur quam meruit & à mundo odietur quem contemnit.
Sic inter mala poſitus reſpiciat in ſuum adiutorem, conſideret CHRISTVM pro
ſuis exceſſibus in cruce pendentem, & medullitus memorans ſanguinem ſaluatoris
mortem



mortem redimentis, dolorem morientis, victoriam reſurgentis, gloriam aſcendentis, Galat. 6
iuſtitiam ad iudicium venientis, dicat lætus cum apoſtolo: Mihi abſit gloriari niſi in cru
A ce domini noſtri Ieſu Chriſti per quem mihi mundus crucifixus eſt & ego mundo. Er-
go o bone domine dignanter viſitas in diluculo hominem, quem in die & in nocte vis
cuſtodire ſanum. ¶ Viſitat autem deus quemquam infeſtationes dæmonum expel-
lendo, graues tentationes mitigando, appetitum terrenorum auferendo, delectationes
carnales in ſpirituales permutando, ſpem promerendi æternam gloriam inſpirando,
& ſuauitatem quandam deſiderati amoris in animam infundendo. His modis viſitat
deus dilectos ſuos quos ab æterno ad vitam prædeſtinauit, vt ſint electi eius & reſtau-
rent ruinam angelorum. Inde dicitur. Iudicabit in nationibus implebit ruinas. Quo- Pſal. 109.
rum plerique, & ſi peccauerint tamen in peccatis non permanebunt, ſed profecto inſpi-
rante Chriſti gratia ad pœnitentiam ſe præparebunt. Et tanto ardentius deinceps co- Iſaiæ. 30.
nabuntur deum diligere, quanto cognoſcunt ipſum in ſuis ſceleribus ſe mitius & di-
utius expectaſſe. ¶ Malos deniq; viſitat ad illorum confuſionem, aufert ab eis bona
temporalia, & ab habitaculo carnis expulſos cruciat in inferno. Verum & poſt iudi-
cium viſitabit in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum ſine fine pu- Pſal. 88
niendo eos ſimul in corpore & aĩa. Quãobrem electus laudes offert omnipotenti, & in
die gratiæ ſe totũ illi tribuit, q̃ ipſum in diluculo clemẽter viſitauit. Porro viſitauit hunc
oriens ex alto, vt ſuffultus auxilijs olympi diuino intẽdẽs amori, in matutino interficiat Lucæ. 1
omnes peccatores terræ, & diſperdat de ciuitate domini omnes operantes iniquitatem, Pſal. 100.
ſiquidem & contendat ſuffocare filias Babilonis antequam creſcant. Beatus enim qui Pſal. 136
tenebit & allidet paruulos ſuos ad petram. Proinde quia omnipotẽs deus non ſolum fi- Heb. 12 Apoc. 3
lios quos recipit per ſuam conſolationem in præſenti viſitat, ſed & amicabiliter flagel-
lat, recte ſubiunxit [Et ſubito probas illum.] Poſtquam diluculo viſitauerit ſubito
probat, quia quos in hac vita per longum tempus, ante mortem à mortalibus nequitijs
miſericorditer eripit, etiam in hac vita ſi velint veraciter in virtutibus vigilare, à culpa et
à pœna abſoluere non contradicit. Et nimirum hæc immenſa bonitas eſt, & plane præ
dicanda pietas, quando pro modica pœnitẽtia, à tantis, & tam grauibus tormentis, quę
B futura ſunt impijs, nos liberat, & euadentes vtrumq; ignem purgatorium ſcilicet, & in-
fernalem ad cœleſtes manſiones benignus nos leuat. Horrendum autem eſt incidere in Heb. 10
manus dei viuentis, & ideo recordatus eſt rex miſericordiæ ſuæ, diluculo viſitat iuſtum,
& ſubito probat illum, id eſt, momentanee, & breuiter punit illum. Momentaneum e- 2. Cori. 4
nim eſt & leue quod in præſenti patimur, quia ſicut inundantis aquæ tribulatorum ru-
gitus cito terminatur. [Vſquequo non parcis mihi, nec dimittis me vt glutiam ſaliuam
meam?] Conſidera chariſſime quid iuſtus dicat, inde vero probat ſe cœleſte regnum
poſſe pertingere, vnde ei deus in hoc ſeculo non parcit. Ergo deceptus es o peccator qui
putas te in mundiali lætitia poſſe viuere, & poſtea cœleſtem gloriam introire. Iuſtus de
nique ſubito probatur, quia per præſentem tribulationem quæ ſubito tranſit, purgat e-
um à peccatis. Impius autem, quia ad ſalutem in hac vita ſubito non emendatur, reſtat
vt in futuro ſucceſſiue crucietur ſecundum ſententiam prophetę dicentis, Inimici domi-
ni mentiti ſunt ei & erit tempus eorum in ſecula. Tempus ſcilicet punitionis eorum e-
rit in ſecula ſeculoꝝ, quia ſine fine in inferno cogentur gemere qui affectu mentis mun Heb. 12 Deus q̃s hic puniat.
danę vanitati gaudent adhærere, ꝙ vir iuſtus per diuinam correctionem à ſe eſſe expul-
ſum lætatur dicens [vſquequo non parcis mihi] quaſi diceret, filijs perditionis quos
non recipis, ad tempus parcis, vt punias eos in æternum, ſed mihi quem elegiſti. [Vſque Naum. 1.
quo non parcis] id eſt, vſq; ad mortem pro malis meis punis vt poſtquam hinc diſceſ- Pſal. 80
ſero dicas mihi: Afflixi te non affligam te vltra.

¶ Sed videtur ꝙ hæc verba [vſquequo nõ parcis mihi] ſint potius vox dolentis q̃ lętãtis.
Et intelligantur ſic [vſqueqquo non parcis mihi] id eſt, quàm diu permittes me tur-
bari, tentari neceſſitatibus vitæ huius ſcilicet fame, ſiti, frigore, calore, nuditate affligi.
Reuera dicendum eſt, ꝙ & vox eſt lætantis & vox dolentis. Lætantis propter internam
conſolationem in ſpe futuri gaudij poſt modicum percipiendi. Dolentis propter exte-
riorem preſſuram, patriæ dilationem, & multiplicis infirmitatis fragilitatem: Pro pri- Roma. 8
mo. Quoniam propter te mortificamur tota die. Pro ſecundo: heu mihi quia incola- Pſal. 43 Pſal. 119.
tus meus prolongatus eſt. Et idem: Quando veniam & apparebo ante faciem dei, & Pſal. 41


vehemen-

vehementiam ſui languoris annectit, dicens: Fuerunt mihi lachrymę meæ panes die C
Pſal.12 ac nocte. Pro tertio: Quàm diu ponam cōſilia in anima mea, & dolorem in corde meo
per diem. Ecce fructus laboris, ecce gaudium punitionis, quia non parcit in præſenti,
glorificat in futuro, & vtiliter non parcis in hac peregrinatione. [Quia nec dimittis me
vt glutiam ſaliuam meam] id eſt, tantum me premis ſub tuo timore, ꝙ non reuertor
2.Pet.2 ad peccatum, quemadmodum canis ad ſuum vomitum, & ſus ad volutabrum luti. Sa-
Saliua qd ſignificet liua fratres, quæ eſt abominabilis, ab inferiore parte gutturis exit, & ſi iterum glutiatur
in eundem locum vadit. Quid ergo per glutionem ſaliuę, niſi iteratio peccati intelligi-
tur, quæ nimirum valde abominabilis, & maxima ingratitudo apud deum, quādo ho
mo per contritionem & confeſſionem deo reconciliatus, gratiam quam in pœnitentia
Ecclē.10. recipit, pro breui delectatione ad ludibria dæmonum nequiter effundit. Inde Salomon
Ierem.2 ait: Gratię fatuorum effundentur. Et propheta increpat peccatricem animam ad ſcelus
ſuum reuertentem, dicens: Quàm vilis facta es iterans vias tuas. Itaque anima viam ſu
am iterat, quæ in peccatum recidiuat, & inde vilis valde efficitur, quia velut ſtercoribus
tota inuoluta horrende inquinatur. Sed profecto hanc ſaliuam non dimittit deus iu-
ſtum glutire, quia illum otioſum eſſe non ſinit, ſed ſemper de ſua ſalute ſolicitum eſſe
facit. Aut enim terret eum Chriſtus infernalibus pœnis, aut ſpe mulcet cœleſtium gau
diorum, aut eum in præſenti aduerſitate ſic examinat, ꝙ ad mala perpetranda ſe man-
cipare non queat. Saliuam ergo glutire non dimittitur, quia filium quem pius pater ad
Sap.5 hæreditatem diligit ab exceſſibus abominationum flagellis cuſtodit. ¶Et hinc ſum-
ma diligentia penſandum eſt, quanta pœna peſſimi peccatores & ſerui nequam puni-
entur, quando chariſſimi filij tam acriter flagellantur. Quid ſperabunt iniqui, ſi ſic ca-
ſtigantur boni? Profecto pœnitebunt in futuro, quia peccauerunt in præſenti, ſed non
proderit eis illa pœnitentia, nam inexpurgabile habet homo illud flagitium, q̄d ab hac
2.Cori.4 vita recedens ſecum tulit irremiſſum. Ergo bonum eſt hic contriſtari, puniri, caſtigari,
& per modicum tempus pœnitentiam agere, & poſtea inæternum gaudere, quàm præ
ſentem vitam in delitijs & voluptatibus ducere carnalibus, & poſt pauca bona ad ma-
ximam miſeriā dānari ignis infernalis. Dicit itaq; iuſtus: [Vſquequo non parcis mihi,
nec dimittis me vt glutiam ſaliuam meam] & merito, quia [Peccaui] fateor ꝙ feci. D
Pſal.31 Remitte q̄d deliqui, oſtendo ꝙ peccaui, condona offenſam quam merui. Dixi confite-
Pſal.57 bor aduerſum me iniuſtitiam meam domino, & tu remiſiſti impietatem peccati mei, er
go confeſſio introitus eſt ad ſalutem. Tibi ſoli peccaui, quia tibi ſoli de peccati pertinet
remiſſione, & malum coram te, imo cōtra te feci, vt iuſtificeris in ſermonibus tuis, quia
Pſal.10 quodcunq; egeris, iniuſtum eſſe non poteſt, non autem placet tibi iniquitas, qui iuſtus
Pſal.142 es, & iuſtitias diligis ac æquitatem videt vultus tuus, & vincas cum iudicaris, quia non
Iob.15 iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens. Iuſtus enim in comparatione tui iniu-
ſtus eſt, & cœli non mundi in conſpectu tuo, quanto magis abominabilis & inuti-
lis eſt homo, qui bibit ſicut aquam iniquitatem. Abominabilis vtique eſt homo, quia
1.Theſ.5. peccauit, abominabilior quia peccatum ſuum iterauit permiſſus glutire [ſaliuam ſuā]
ſed abominabiliſſimus, quia peccatum in conſuetudinem ducit, & male ſecurus in hoc
quieſcit, ſed cum dixerit pax & ſecuritas tibi in pace tali abſcondatur amaritudo eius
1.Cor.11. amariſſima, repentinus eius ſuperueniet ei interitus, ſicut dolor parturientis & non ef-
fugiet. Ergo ſtatuam me contra me, & arguam meipſum, cōdemnans culpam meam,
ſcrutabor vitam meam ab infantia mea, purgans renes meos & cor meum in tota ani-
Pſal.76 ma mea, non dimittam angulum, aut locum, aut punctum, q̄d non mundabo ad aduen
tum inhabitatoris mei ſpiritus ſancti, vt verificetur de me illud prophetæ: Meditatus
ſum nocte cum corde meo, & exercitabar & ſcopebam ſpiritum meum, eijciam abomi
nationes, fugabo phantaſmata, immundas affectiones interficiam, & circa volantes
Eccls.10. muſcas quæ à guſtu ſuauitatis impedire nituntur, in medio mari demergam: mutabo
mentem meam, & effundam iecur meum in terram fluentem, lacte cœleſtis dulcedi-
nis, & melle diuinæ contemplationis, & lugens clamabo ac clamans lugebo. [Pecca
ui] ſi forte moueat illū ſalutis authorem pietas, & me reſpiciat cum oculo, cum quo Pe-
trum negantem ſe reſpexit, videnſque humilitatem meam, & laborem meum dimittat
Pſal.24. vniuerſa delicta mea, & hæc ſit interim conſolatio mea, vt affligens me dolore pro
ſceleri-



A ſceleribus meis, non parcat donec introducat me in aulam regiam, & ad manſionem 2.Cor.5
angelorum. Efficiar quoque ſecurus de æterna ſaluatione, & ſufficit mihi pro gaudio Iob.6.
dum commoror in hac peregrinatione, quatinus cœleſtibus ſuccenſus deſiderijs & i-
gne perfectę tribulationis probatus pronuntiare potero cum maxime tribulato: Vti-
nam, inquit, appenderentur peccata mea, & calamitas quam patior in ſtatera, ſupra are
nam maris, hæc grauior appareret. ¶Sed videtur mihi ꝙ nullus mortalis hæc verba
deberet dicere, præſertim cum tanta ſit miſericordia dei, ꝙ etiam illos qui in inferno po
nuntur citra condignum cruciat. Et tanta ſit iuſtitia eius ꝙ neminem vltra id quod me-
ruit punit. Quomodo ergo auderet quis loqui: Maior eſt calamitas quam patior & gra-
uior quàm peccata quibus iram merui ſicut arena maris. Sed forſitan hæc ſunt verba in
nocentis quem deus ita à cunabulis cuſtodiuit, ꝙ mortaliter nunquam peccauit, & ta- Iob.1.
men vt maiorem gloriam conſequatur tribulationibus & ærumnis huius mundi ex-
ponitur ſicut ſcriptum eſt de Iob cuius hæc verba ſunt, ꝙ erat vir rectus ac timens deū,
& recedens à malo, & non ſimilis ei in terra. ¶Vel dicantur in perſona damnatorum,
qui in ignibus æternis ardentes vindictam ſummi iudicis coguntur cognoſcere, qui in
iſtis tranſitorijs voluptatibus debacchantes illā noluerunt timere, per breue namq; tem
pus in ſuis carnalibus deſiderijs vixerunt & ſine termino puniūtur. Ergo ſi appendatur
in ſtatera calamitas quam damnatus patitur, & peccata quibus delectabatur, nō ſolum
ſupra arenam maris, imo ſi totus mundus ſimul cum illa poneretur grauior eſt pœna
crucians quàm fuit peccatum delectans. Quapropter tranſfigurans ſe in illis miſeris æ-
ternæ morti addictis, vel potius per ſpiritum prophetiæ videns congrue ſubiunxit, vn- Iob.6.
de ait. Et verba mea dolore ſunt plena, ſagittę domini in me ſunt quarum indignatio e-
bibit ſpiritum meum. Vere dolore plena ſunt verba quæ ſine ſpe conſolationis ſine fine Sapie.5
dolebunt. Et ſagitta domini illorum ebibit ſpiritum, quia vindicta Chriſti ſæuiens o-
mnem ab ipſis abſtulit elationem vt dicant: Quid profuit nobis ſuperbia aut diuitiarum
iactantia quid contulit nobis? omnia illa tranſierunt tanquam vmbra, & ſola tormenta
inæternum permanebunt. Ergo o homo dic peccatum tuum, pro me te ſauciatum, non Iacob.4.
occultes vulnus tuum, & inuenies medicinam. Contemne mundum, caſtiga carnem, 2.Cor.4.
B reſiſte diabolo, non parcas tibi in præſenti & parcet tibi deus in futuro. Labora breuiter
& requieſces æternaliter, quia pro modico labore æternam requiem dabit tibi deus.
Quia laborare ſi renuis, inter ocioſos deputaberis & inde laborabis inæternum & viues
adhuc in finem. Dic igitur dic & apud temetipſum dic [Peccaui] & bene dico
[Peccaui] quia vt ait Salomon. Non eſt homo ſuper terram qui viuat & non pec- Eccls.7
cet. Et Ioannes euangeliſta, ſi diceremus quia peccatum non habemus noſmetipſos 1.Iohā.1.
ſeducimus & veritas in nobis non eſt. Refellitur ergo opinio quorūdam errantium,
qui ſuſtinere nituntur hominem in hac mortali vita poſſe viuere & non peccare, ſed
hanc prærogatiuam nunqnam habuit creatura beata virgine excepta. Itaque cum ſit Nēq̄ vixit hō hic ſine pctō beata virgine excepta.
omnis homo mendax, & natura fragilis, infirmaque conditio. Et ſanctus apoſto-
lus Paulus viderat aliam legem repugnantem in membris ſuis & captiuum ducentem
in legem peccati. Quid ergo ego miſerrimus quid dicam vel quid faciam dum nil bo
ni perferam ante iuſtum iudicem, ſed quia hic eſt tempus pœnitendi & locus meren-
di veniam, conſilium ſalubre agam dicens, peccator ſum & peccaui DEVS meus Pſal.115
miſerere mei, & ideo quia miſer ſum & peccator. [Quid faciam tibi o cuſtos homi- Roma.9 Roma.7.
num] o CHRISTE qui es cuſtos noſter quid retribuemus tibi pro omnibus quæ Pſal.50
retribuiſti nobis. Tribuiſti nobis corpus, tribuiſti nobis animam, lauiſti corpus ma- Pſal.115
culatum, mundaſti animam ſordibus infectam, tribuis ſolem, lunam & ſtellas ad prę- Apoc.2
bendum nobis lumen, terram ad proferendum fructum & animalia tribuis ad victum Matt.5
& veſtitum. Inſuper & dirigis errantes, ducis viantes, conuertis impios, lætificas pios,
iuuas pugnantes, expectas peccatores, ſuſcipis reuertentes, tranſfers dilectos, vincen-
tes coronas & obſtinatos damnas. Ergo [o cuſtos hominum quid faciam tibi] &
vere cuſtos, quia niſi dominus cuſtodierit ciuitatem fruſtra vigilat qui cuſtodit eā: Hęc
ciuitas eſt eccleſia vel quælibet ſancta aīa, quā Chriſtus vt ſpōſam diligit, & ab infeſtan Pſal.126. Iohan.15
tibus inimicis clemēter cuſtodit. Alioqn cuſtodes eius fruſtra vigilāt, qa ſine deo nihil
boni agere poſſunt. Igitur tu es cuſtos hominū, qui creaſti homies. Cuſtos vtiq; ante or
tum,

Ioan.15 tum,cuſtos in ortu,cuſtos poſt ortum,cuſtos in vita,cuſtos in morte.Protegis dum vi-
Cuſtos hominũ Chriſtus. uimus,ſaluas dum morimur,glorificas dum coronamur.Recte itaq; diceris cuſtos ho- C
minum,quia multa ſunt pericula hominum, quot autem ſunt pericula, tot ſunt eis cu-
ſtodiæ neceſſariæ.Es ergo cuſtos hominũ in ſuis anguſtijs, in malo,ſcilicet timore ne
Luc.11 proſternantur,in aduerſitatibus ne frangantur,in proſperis ne extollãtur,in tentamen
tis diabolicis ne in eis inducantur. Cum igitur tam ſolicitus ſis, vt cuſtodiamur ab his
Pſal.118. quæ nos nocere nituntur. Audeo dicere cum propheta: Quia maledicti ſunt qui decli-
nant à mandatis tuis.Ergo o [cuſtos hominum] qui tanta feciſti mihi, qui tot benefi-
cia mihi contuliſti. [Quid faciã tibi] quid quæris à me,quid vis vt faciam?Pararũ cor
Pſal.107 Pſal.118 meum deus cantabo,& pſallam in gloria mea,qa tu es gloria mea,laus mea,ſalus mea,
expectatio mea,cuſtos meus,ſuſceptor meus,& totus amor meus.Paratus itaque ſum,
& non turbatus,vt cuſtodiam mandata tua.Conſiderate fratres beneficia cõditoris no-
ſtri,& amate illum.Non enim plus requirit à nobis,niſi vt vere diligatur, & fideliter ei
Matt.25 ſeruiatur,vt ipſe ait:Euge ſerue bone & fidelis,quia ſuper pauca fuiſti fidelis, ſuper mul
te conſtituam:intra in gaudium domini tui.O quantę dulcedinis eſt audire à deo. Eu-
ge ſerue bone & fidelis,quantę laudis ſuper multa te conſtituam,& quantę ſuauitatis &
iucunditatis intra in gaudium domini tui.Quiſquis ergo es pauper aut diues cuiuſcun
q; gradus,cuiuſcũq; ordinis ſiue ſecularis,ſiue religioſus,fidelem ſeruum te putans, ſi fir
mus fueris in fide catholica, fortis in ſpe Chriſtiana,feruens in charitate diuina,ac dili-
Lucæ.10 Matt.22. gens proximum tuum ſicut teipſum,ſi iſtis virtutibus careas profecto ſcias, quia quod
cunq; egeris ſeruus es nequaqnam, & mitteris in tenebras exteriores, vbi erit fletus &
Matt.25 ſtridor dentium.Et quia homines nolunt attendere nec intelligere quid faciẽt deo, ſed
vitijs & voluptatibus & prauis deſiderijs cordis ſui ſe mãcipantes, deum ipſis ſuperbis
Iacob.4. reſiſtentẽ inueniunt,aperte ſequitur quæſtio in illorum perſona,quaſi vellent per igno
rantiam excuſari.¶[Quare poſuiſti me contrarium tibi, & factus ſum mihimetipſi gra
uis] hæc eſt inquiſitio reproborum,hæc eſt vox damnabilium, ſtulta profecto interro
gatio & inutilis admiratio,quærunt cauſam quare ponuntur deo contrarij quam aper-
tiſſime cognoſcũt.Solum enim peccatũ eſt cauſa, ꝙ deo ſunt contrarij huiuſmodi & ſi-
bijpſi,& propriæ ſaluti. Deſere ergo peccatum, & vide quàm amarum ſit dereliquiſſe D
Ierem.2 dominum deum tuum. Extingue concupiſcentiam, ſuffoca iram & elationem,& de-
ſtrue omnem malam delectationem, & non inuenies te deo contrarium. Rapti autem
reprobi ab hac vita,quam ſolam cum affectu magno dilexerunt, & perducti in aliam
quam non deſiderauerunt,inueniunt ſe poſitos deo contrarios, qui per flagitia illum i-
Sap.5 pſis contrarium fecerunt.Porro videntes, ſcilicet ſemetipſos quantum inimici & con-
trarij Chriſto ſunt,turbabuntur timore horribili & ſubitatione inſperatę ſalutis. Ergo
tunc in vanum quærunt. [Quare poſuiſti me contrarium tibi] cum igitur non ſit tem-
pus miſerendi,quia nec facultas tranſgreſſionem emendandi,nec locus recte pœniten-
di.Hinc patet ꝙ omnis cœtus malorum ſe inuenit deo contrarium. Dicit ergo miſera-
bilis cœtus. [Quare poſuiſti me contrarium tibi] id eſt, quare inter numerum electo-
rum tuorum non me aſſumpſiſti, & quaſi reſpondeat deus. Te mihi contrarium
non poſui,ſed ad æternitatem gloriæ non elegi.Non autem ego malum qui deus ſum,
Deu.32 & abſq; vlla iniquitate iuſtus & rectus, ſed tu teipſum poſuiſti mihi contrarium conte-
Eccli.18. mnendo mandata mea,& eundo poſt concupiſcentias tuas. Et inde te à conſortio ſan-
ctorũ æternaliter expello. Vnde tu ad tempus in deſiderijs tuis iacens dæmonijs te ad-
iungis. Igitur o homo,qui adhuc viuis, cõuertere & vide quàm ſtrictum ſit iudicium
dei, quàm inopinate venit dolor damnationis ſuper omnes amatores mundi.Et ne for
Iob.14 te cum captus ſis hamo impietatis,cum te liberum putes à laqueis Leuiathan diligẽter
attendo qui ſunt deo contrarij.Vtiq; omnes infideles,ſuperbi, cupidi,auari,immundi,
libidinoſi,raptores,fures,prædones,ſortilegi,detractores,deo odibiles,qui dum homi-
nes voluntatem faciunt ſuam, & dant eis quicquam, & vocant eos ad cœnas & hono-
rifice recipiunt,loquuntur de ipſis bonum & magnificant & laudant,& ſi quandoq; ab
huiuſmodi ceſſauerint,ſtatim miſeri detractores linguas ſuas mutãt & pro nihilo com-
putant quicquid eis ante actum eſt. Et hi communiter triſtes ſunt queruloſi & inuidi
& neminem amant qui nõ eorum voluntatem ſequitur.Similiter adulatores bilingues
tergiuerſatores qui faciẽ hominis mulcẽt & dorſum eius rodũt,ſimoniaci,giezitę,hęre-
tici,



A tici,impudici,falſidici,omnes deniq; criminali culpa occupati,his & alijs miſerijs & vi-
tioſis totus mundus plenus eſt.De quibus propheta:veniat mors ſuper illos, & deſcen- Pſal.54.
dant in infernum viuentes. [Et factus ſum mihimetipſi grauis.] Etenim eo ipſo ſibi
mali & peccatores ſe graues inueniunt,quo deo contrarij extiterunt. Numerati nimi- Ephe.1.
rum reprobi irremediabiliter ruunt à ſocietate ſaluandorum quorum Chriſtus caput Iohan.8
eſt,& conglutinantur Sathanæ per vitia, & fiunt eius filij ſecũdum imitationem.Nam
et eius deſideria volunt facere,& amorem diuinum nõ ceſſant impugnare. Igitur per-
fidorum cœtus non à deo,ſed à dæmone ducuntur, & loris Leuiathan, qui eſt rex ſu- Iob.41
per omnes filios ſuperbiæ, ſtringuntur in ſtultitijs, & in tantum ſternuntur in terram,
ꝙ ſtercoribus amplexandis ardentiſſime anhelant.Et facti ſunt ſibiipſi graues ſub pon Pſal.37
dere iniquitatis propriæ, nequiter premuntur, quia ſub iugo Ieſu Chriſti ſuauiter regi Pſal.4
noluerunt. Ergo filij hominum vſquequo graui corde, vt quid diligitis vanitatem &
quæritis mendacium?Graues corde,inutiles corpore,mole criminum depreſſi, ad omne
bonum opus reprobi,damnabiles & excæcati. O filij hominum, id eſt,imitatores car-
nalium,vt quid diligitis vanitatẽ,non proderit vobis,ſed ex ipſa delectatione tam gra-
ues effecti eſtis,ꝙ nec cœlum, nec terra vos ſuſtentare poterit, ita ꝙ in inferno erit ve- Peccatorũ grauitas.
ſtra manſio. Ibi enim eſt locus qui valet capere graues, & tenere oneratos ſceleribus,
qui maluerunt diabolum per malitiam,quàm Chriſtum per manſuetudinem imitari.
O bone Ieſu,remitte quod peccaui,vt leuis fiam ad volandum in contemplationem,&
aſcendam in locum tabernaculi admirabilis, vſq; ad domum tuam.Nam propter pec- Pſal.41
cata mea [Factus ſum mihimetipſi grauis.] Grauis vtique, quia meipſum nequeo por Pſal.37
tare,quoniam iniquitates meæ ſupergreſſæ ſunt caput meum, & ſicut onus graue gra-
uatę ſunt ſuper me. Etenim meipſo nihil grauius ſentio.Premo meipſum pondere pec
catorum meorum. Cupio reſpirare, aſſurgere attento, & deijcit me grauedo carnis
meæ,præcipiat me ſenſualitas mea,agilem quoque effici non ſinit conditionis infirmi-
tas,donec interior natura in gaudio mirabili & ſonora ſuauitate abſorbeatur,ac deſtru 1.Cor.15.
cta inimica mors,menti mirifice æterna lux obſcura inuadat vſquequaq; & terminũ
B tenebrarum tradat intranquillis.Interim vtiq; conſiſtunt aduerſum me caſtra fortium,
& prælium aduerſus me exurgit,atque qui me dum ſeculum amaſſem,laudabant iam
aduerſum me eremum amantem iurant. Similis factus pellicano ſolitudinis & elidor
tentationibus. [Et factus ſum mihimetipſi grauis] velut plumbum poſitum eſt onus
ſuper colla impiorum,& deſcendunt in aqs vehementibus,ſ. in doloribus ſempiternis. Pſal.101.
Vigilauit.n.iugũ iniquitatũ ipſorũ in manu hoſtili ꝛ inuolutę ſunt,& impoſitę collo ſuo, Threno.1
vt nec cœleſtia valeãt aſpicere,nec aurẽ mẽtis ad intelligentiã mãdatorũ dei inclinare.
Ergo cũ ex vna parte inuido,dẽtibus corrodor inter proximos,tribulor à carne,& à dæ
mone tentor, inſuper & cœleſtibus ſolis adhæreo deſiderijs.Quæro, interrogo. [Cur
non tollis peccatum meum,& quare non aufers iniquitatem meam?] vt ab omni pur-
gatus corruptione,ab habitaculo carnis tranſeam & perducar ad paradiſicam amœni-
tatem,idem autem eſt peccata tollere & iniquitatem auferre. Igitur tolle peccatum &
aufer iniquitatem,tu enim agnus dei es qui tollis peccata mundi.Vtique & de te o bone Iohan.1
Ieſu ſcripſit Iſaias,dicens:Vere languores noſtros ipſe tulit,& ſcelera noſtra ipſe porta- Iſaiæ.53
uit.Infirmitates enim in ſua carne ipſe pertulit, & pœnam ſcelerum noſtrorum in cru-
ce temporaliter portans, ab æternis pœnis nos redemit. Ergo tolle peccatum & aufer
iniquitatem,qui ad hoc veniſti,vt tollas piaculum à pectore,& vaſculum mundes cor-
dis,vt decoretur in tua dilectione. Et deberes tollere peccatum & auferre iniquitatem,
quoniam. [Ecce nunc in puluere dormio] Hæc dormitio fratres eſt deſiderabilis,
hæc dormitio delectabilis,dormire nanq; in puluere, eſt in hac corrruptibili carne in
contemplatione quieſcere ſupernorum. [Ecce nunc in puluere dormio.
¶[Expulſis vitijs,ſuccenſa mente igne amoris, quæro cur peccatum non tollis, vt liber
fiam ad volandum in dulcedinem contemplationis. [Ecce nunc] dediſti cupitum
non negaſti deſiderium, quia mirabiliter etiam in hoc præſenti, cœlica ſuauitate ve-
lut ſomno poſt laborem me ſentio refectum. Et ideo [Si mane me queſieris non
ſubſiſtam.] Mane quod tranſit cito, & non habet perfectam claritudinem nec ma-
gnam obſcuritatem, hoc terrenam proſperitatem cui mundani innituntur, non in-
congrue ſignat.Nam ſubito labitur lætitia mortalium miſerorum, ac per modicum
duras

durat potentia peccatorum, verum & nec claritatem habet proſperam ſine triſtitia nec C
triſtitiã continuã habet, ſine inani mulcente gloria. In hoc ergo mane cõtẽplatorem ſi
deus quæſierit, quem vt alios iudicet, quia qualem deus hominem inuenit talem ipſum
iudicabit. Reſpondet ſeruus dei. [Non ſubſiſtam] id eſt, non inuenies me cum damna
tis & miſeris ſubſiſtentem, qui in igne deiecti in miſerijs non ſubſiſtent, ſed integro &
ardenti amore te amplectẽs, cum ſanctis tuis ſubſiſtam, vel aliter ab illo loco. [Cur non
tollis peccatum meum] & cætera. Et legatur in perſona damnatorum vel reproborum,
in hac vita exiſtentium. Mali enim ſtatim poſt mortem, igne infernali ſe vndiq; inflam
matos ſentiunt, qui antequam ab hac luce raperentur peccatum deſerere noluerunt. Di-
cunt ergo. [Cur non tollis peccatum meum & quare non aufers iniquitatem meam]
Fruſtra profecto quæſtionem proponunt, qui iam in damnationem ſe dignos dari ſci-
unt, verum & nonnunquam pleriq; peccatores adhuc in carne ambulantes, dum con-
ſcientia illorum præteritis peccatis vritur & mordetur, interrogant. [Cur non tollis pec
catum meum] Et reſpondeatur eis: Tuum non tollitur peccatum, donec peccandi per-
fecte reſpueris voluntatem. Et quia vſq; ad mortem obcæcati ſunt miſeri, poſt mortem
dæmonibus deputati, ſequitur recte in illorum perſona [Ecce nunc in puluere dormio]
in puluere dormit, qui in peccatis ſuis ab hac luce tranſit, cuius corpus vermibus in ter-
Lucæ.16. ra corroditur, & anima in inferno cum diuite epulone ſepelitur. Hunc ſi deus mane quæ
ſierit, id eſt, in reſurrectione generali ad iudicium excitauerit, non ſubſiſtet, quia conſci-
Pſal. 14 entia accuſante in conſpectu eius ad nihilum malignus redigitur, qui cum magnis ſub-
ſiſtentem ſe putauerat, dum in mundo morabatur. Vel ſic: In puluere dormit, qui ſpurci
Iob.7. Pſal.43 cijs plenus nequiter tutus requieſcit. Vnde ſubditur: Induta eſt caro putredine, & ſordi-
bus pulueris cutis aruit, & contracta eſt. Et iterum pſalmiſta, humiliata eſt in puluere a-
nima noſtra conglutinatus eſt in terra venter noſter, & inde eſt quod ſubditur.

¶Et ſi mane me quæſieris non ſubſiſtam] Mane principium bonæ vitæ ſignat, in qua
deus hominem ſubſiſtere affectat. Nam intentio electorum ſemper, à luce gratiæ inci-
pit, & vſque in æternum lumen perueniant non deficit. Vnde aperte dixit propheta: Va-
Pſal.126 num eſt vobis ante lucem ſurgere. Quia qui opus quo ſaluaretur in nocte peccati agere
non metuit, ad operandum profecto inuanum ſurgit. Peccator ergo quem deus quęrit, D
non mane ſed ſero inuenitur, & ideo recte dicit. [Non ſubſiſtam] Dum enim vſque ad
interitum ſuis prauis deſiderijs innititur, cæcitatem interiorem ſecum portat, qua à ve-
Matt.22 ro ente expulſus, in exteriores tenebras capietur.

## ¶Caput X.

Iob. 8. TAedet animam meam vitæ meæ] In initio lectionis præcedentis petiuit pecca-
tor & pœnitens vt parceret ei deus, quoniam dies eius nihil eſſe aſſeruit velut vm-
bra tranſiens & nulla eſt mora. Nunc autem recogitatis annis eius in amaritudine ani-
mæ ſuæ innoteſcit, ꝙ magno tædio propter ſuam miſerabilem vitam affligitur, & vndi
que moleſtijs anguſtiatur, ait ergo [Tædet animam meam vitæ meæ] id eſt, tædioſa
efficitur ratio mea propter ſcelera, quæ commiſit vita mea. Quicquid enim egerimus, ſi
Prou. 14 nõ peccauerimus, nõ oportet vt pœniteamus, aut tædio aſtricti ſimus, ſolum peccatum
miſerum facit hominem, reprobum damnabilem, doloribus obſitũ, & quod peſſimum
eſt, æternæ mortis culpabilem. Plerumq; tamen pauperes miſeri appellantur, non quia
praui ſunt, ſed quia mendici & egeni ſunt, aut prorſus propter paupertatem non dican-
tur miſeri, quia per illam dei efficiuntur amici. Quin imo diuites auro & argẽto onuſti,
ad amorem terrenarum poſſeſſionum obligati, atq; alij quiq; ex intentione carnalibus
Iob.30 delitijs delibuti, miſeri & maledicti vocitẽtur, quorum cithara vt teſtatur Iob poſt mo-
dicum tempus vertetur in luctum, & organum eorum in vocem flentium. Hoc eſt, o-
mne mundiale gaudium, ab amatoribus mundi in diuino aufertur examine, & illi nihil
niſi miſeriam inuenięntes, flebunt ſine fine. Igitur o domine deus ſabbaoth non declines
id eſt, declinari non ſinas cor meum in verba malitiæ, ad excuſandas excuſationes in
peccatis, cum hominibus operantibus iniquitatem, non communicem, nec gaudeam
cum electis eorum, ſed corripiat me iuſtus in miſericordia, oleum autem peccatoris adu
Pſal.140 latio ſcilicet mentitoris, non impinguet caput meum, id eſt, non delectet mentem meã,
quatinus flendo & lugendo pro commiſſis vere valeam dicere. [Tædet animam meam
vitæ



vitæ meæ. ¶Pœnitet profecto iuſtum prorſus ꝙ peccauit, nam mordet interius con-
A ſcientia maculata & tanto amplius tædet ſe vitæ ſuæ impiæ, quanto ardentius concupi-
ſcit ab oculis dei iniquitates ſuas delere. Vnde vertit ſe vndiq; vt ſi forte liberatorem in-
ueniat qui tædium tollat, gratiam tribuat, & conſolationem infundat. Dolorem igitur
& anguſtiam deſiderans mitigari, emendationem promittit ſe facturum dicens, dum
ſubiungit. [Dimittam aduerſum me eloquium meum.

¶Notandum vero ꝙ peccator intra ſe compunctus multitudine malorum ſuorum, &
diuina inſpiratione conuerſus ad pœnitentiam, in hoc mundo debet dimittere aduer-
ſus ſe eloquium ſuum, vt videlicet ex abundantia tribulati ſpiritus, os loquatur abomi- Matt.18 Lucæ.6
nationem eructans perpetratę iniquitatis. Itaq; integraliter confeſſus aqua lachryma-
rum ſordes lauet vitiorum. Magna velut mare ſit eius contritio, & deducant oculi eius
lachrymas per diem & noctem ſcilicet, per proſpera & aduerſa, & non ceſſent donec in
mente obſcuris euanentibus, claritas ingruerit ſupernæ ſaluatiõis, & conſcientia à ſcele-
ribus ſanata, ſuauitatem in ſe ſentiat ſapientiæ cœleſtis. Porro iam mali in mundo mul
tiplicantur, & pauci inter populos inueniuntur, qui ſancte ſubſiſtunt, omnes pene profi-
ciſcuntur ad peccata, loquuntur turpia, cogitant immunda, agunt nephanda. Deniq; tẽ
poralium bonorum dilector exhibet ſe ad omnem impietatem. Nam cum cupiditas o-
mnium malorum ſit radix, ex ſe germinat innumerabilia vitiorũ genimina, & ramos 1. Tim.6
producit vipera nequiores. Cupidus iſtarum fallibilium rerum intima effundẽs, vt ex- Radix
riora poſſideat fornicationibus dæmoniorum ſinum ſuum expandit, dum à Chriſto ve malorũ quæ ſit
ro ſponſo per malitiam recedit. Homicida eſt, quia propriam animam ſpõte venenum,
quod propinat diabolus, bibens occidit. Nam os quod mentitur occidit animam. Su- Sapi.1.
perbus eſt, quia propriam voluntatem faciens, diuinæ voluntati ſe conformare renuit.
Vnde criminali culpa repletus, vacuus à virtutibus vadit. Merito qui ſe talem viderit,
turbatus erit, & animam ſuam vitæ ſuæ tædebit. Suſpiret igitur in adiutorium, & in ra-
tionis currens rectitudinem, dimittat aduerſus ſe eloquium ſuum. Gratiam enim à
deo conſequitur qui vere contritus omnia peccata in quantum poteſt ſimul confitetur.
B Deinde ſatiſfaciens, & in opere ſe electum oſtendens carnalium voluptatum venenoſas
delectationes fortiter euacuet, & virtutum ſpiritualium in ſe per ſtudium ſanctę cogita
tionis, & deuotę orationis ornamenta indeficienter plantet. Deinde abſq; ambiguitatẽ
ad perfectam pœnitentiam erigitur, & cuncta inquãtũ poteſt conculcans contagia, ſpẽ
cœleſtium gaudiorum non minimum iucundatur, propterea perſpiciens, quia per ad-
iuuamen omnipotentis dei, laqueos illudentis inimici euadere potuit. Adhuc etiam vt
quæq; illicita eijciat modum annectit, & dicit. [Loquar in amaritudine animæ meę.
Dicam deo: Noli me condemnare] Hic in amaritudine animæ loquitur, qui poſtpo-
ſita omnium excuſatione, totam ſuam malam vitam contra ſe reuocare conatur, & in-
de conſequitur veniam, quia in omnibus ſe exhibet ad pronunciandum veritatem.

¶Tria ergo pertinent ad veram pœnitentiam. Primum eſt vt voluntatem peccandi Vera pœnitentia tria exigit.
perfecte deſerat, ſine quo nemo ſaluatur. Secundum vt perpetrata peccata ſalubriter plã
gat. Tertiũ, vt æternam gloriam deſiderare non deſiſtat. Itaq; loquatur in amaritudinẽ
animæ ſuæ, quatinus tandem amota acerbitate, ſecurus ſiat de dulci conſolatione. Vn- Prou.14
de dicitur. Anima quæ in amaritudine eſſe nouerit, in gaudio illius non miſcebitur alie-
nus, etiam amaritudinem ſequitur lætitia, quia nimirum niſi qui prius labores in hac
vita pro Chriſto pertulerit, in gaudio futuræ requiei conſors non erit. Laborem vtiq; aſ Ioh.16.
ſumere neceſſariũ, de quo pſalmiſta. Laboraui, inquit, in gemitu meo, lauabo per ſingu Pſal.6
las noctes lectum meum. Magnus labor eſt gemitus, & non eſt minus vtilis, quando ſit
pro malis commiſſis remouendis, & ſpiritualibus bonis percipiendis. Laborans igitur
hoc modo in gemitu, lauat per ſingulas noctes lectum ſuum, quia conſciẽtiam purgat
à flagitijs, per ſingula peccata iudicium faciens contritionis. Et hæc eſt perfecta progreſ
ſio pœnitẽtis, cum nec vnũ ſcelus relinquitur, ꝙ ſalubre nõ puniatur. Nõ ſolũ videlicet Ocioſa verba vix euitãtur ab altis.
pœnitendũ eſt de malis actibus, ſed etiã oẽs cogitationes noxiæ, & immũdę, ſunt emen-
dandę in bonas mutandę, & cõpunctione lachrymarũ abluẽdæ. At etiã de ocioſis verbis
prauis & inutilibus, quę vix ab altis euitãtur, noſmetipſos cõpungere ſatagamus. Nã de
ipſis teſtãte dño in die iudicij ratione reddemus. Quemadmodum autem capillus capi- Matt.12
tis noſ

Luc.12 tis noſtri nō peribit,nec quicquam erit in corpore noſtro aut in anima noſtra,quod ſi ſal C
uati fuerimus,non glorificabitur,ita nullum erit peccatum, quod non in præſenti aut
in futuro punietur.Cum ergo electus dei hoc ſane pręmeditaretur,ꝙ non parceret deus
delinquenti,& diceret ꝙ tæderet ſe vitæ ſuæ eo ꝙ diſtrictum iudicium Chriſti timeret,
ne tædium hoc inutile foret,ſtatim adiunxit. [Dimittam aduerſum me eloquium me-
um].Et modum dimittendi eloquium annectit[loquar in amaritudine animæ meæ]
Vltimo fructum & dulcedinem ex amaritudine & locutione prouenientes,atq; audaciā
qua per veram pœnitentiam animatur ad loquēdum iudici,ponit dicens. [Dicam deo
Eze.18 noli me condemnare.]Audiui vtiq; ꝙ ais:Nolo mortē peccatoris,ſed vt magis conuer-
tatur & viuat.Et quacūq; hora ingemuerit peccator,ſaluus erit.Et ſi auerterit ſe impius
ab impietate ſua,& fecerit pœnitentiam de omnibus peccatis ſuis,vita viuet & non mo
rietur.Ergo quem ad te cernis conuerſum,pro delictis gementem,repletumq; ſalutifera
compunctione [noli me condemnare.]Et nota ꝙ non dicit,non condemnabis me,ſed
[noli me condemnare.]Quia profecto inſinuat, quia deus etiam iuſtum, miſericordia
præcedente iudicium ſaluat:iniuſtum vero,quia miſericordiam facere renuit ſine ſaluan
te miſericordia per iudicium damnare decreuit.Ergo timens de tremendo examine in
vocem prorumpit petens.[Noli me condemnare]quaſi diceret.Mala egi,iniqua volui,
facinora perpetraui,ſed quia dolui,de his pœnitui,artam viam quæ ducit ad vitam arri
Matt.7 pui,& ideo ſperantem in magnitudine miſericordiæ tuæ[Noli me condemnare] Pote
Pſal.142. ris forſitan, ſi ſtricte mecum agere volueris,quamobrem non intres in iudicium cum
ſeruo tuo.Non enim ſuperbe aut arroganter dico non me condēnabis,ſed humiliter pe
to,rogo,deprecor pro tua immenſa pietate. [Noli me condemnare]Noli habere volū-
2.Cor.1 tatem damnandi pœnitentem,quem non reprobāſti peccantem, o pater miſericordia-
Ioh.5. rum,o pater miſerorum & deus totius conſolationis,cum venerit dilectus filius tuus ad
iudicandum, cui omne iudicium dediſti ,non me condemnet redemptum,qui redemit
perditum,& reconciliauit æternæ damnationis reum.Hinc o fili dei quem quęro,quem
cupio,quem diligo,pro quo patior,dum veneris iudicare noli me condemnare.Inueni-
tur fortaſſis inter mortales qui audacter pronunciet: Iudica me domine ſecundum iuſti
Pſal.7. tiam meam & ſecundum innocentiam meam ſuper me.Sed quia melius eſt timere,q̄ al D
tum ſapere, oret vnusquiſq; electus & perfectiſſimus,o bone Ieſu [Noli me condemna-
re] Congruunt hęc verba iuſto qui ſe ab illicitis & prohibitis perfecte abſtinuit,& à cu
pidine terrenarum rerum ad cœleſtium gaudiorum deſiderium mentem ſuam mutauit
Igitur cum fuero correctus à contagijs meis,& pro exceſſibus meis caſtigatus,atq; in ſe-
mita mandatorum vſq; ad extremum vitæ deductus,poſtquam diſceſſero à pręſenti mi
ſeria,& peruenero ad futuram diſcuſſionem,iubente conditore [Dicam deo: Noli me
condemnare] Sed nunquid praui homines ab habitaculo carnis extracti,& coram iu-
dicante Chriſto præſentati,ipſi audebunt dicere.Noli me condemnare?Nequaquam.
Nam reatus ſui conſcij,& videntes ſe innumerabilibus vitijs circumligatos, confuſi de-
orſum decident,& de ſpiramine ſalutis ſubito deſperabunt.Nimirum ſcitote hoc ſingu
li, qui iam tranſitoriæ vanitatis eſtis amatores,quia erepti ab his fallentibus bonis quæ
diligitis, & per mortem à mortalium vita ad futurum tranſducti forum,in iratum iudi-
cem non audebitis proſpicere.Quomodo ergo dicetis deo:Noli nos condemnare.Ma-
nifeſta eſt enim damnatio reproborum, quæ reuocari non poteſt,& ſententia ſemel ab
ore ætern iudicis prolata, irremeabilis erit in æternum. Quis eſt ergo qui tantum iudi-
cem non timeat,quis eſt qui tam grauem pœnam non pertimeſcat? Quàm diſtrictum
& iuſtum ſit iudicium Chriſti, per hoc quod ſequitur,intimatur. [Indica mihi cur me
ita iudices. Nunquid bonum tibi videtur,ſic calumnieris & opprimas me] pauperem
[opus manuum tuarum & conſilium impiorum adiuues?] Quid dicturus eſt peccator
miſerrimus,cum ſic dicat iuſtus[Indica mihi cur me ita iudices]Arguis me de præteri-
tis,& ſtatuis me contra me,& mecum ſtricte agis,quaſi non eſſem ſeruus tuus. Sed in-
dica mihi cur ita facis.[Videtur enim mihi, ꝙ molliter loqueris mecum quem elegiſti
1.Cor.11 ad iuſtitiam perimplendam.Putaueram leniter pertranſire futurum iudicium, quia in
hac vita iudicaui meipſum. Ergo [Indica mihi,cur me ita iudices] Inſpira mentem &
indica cauſam:Ita ſtricte iuſtum iudicas,vt peccatores terras.Quale putamus iudicium
fiet contra prauos, quando ita diſtricte iudicat deus bonos. Prius autem affirmauerat
vir iu-



A vir iuſtus eo ꝙ cognouerit ſe per pœnitentiam reparatum ſe deo dicendum. Noli me
condemnare,& quamuis obtineat,quod popoſcit,vt videlicet ab æterna damnatione li
beraretur,tamen quaſi miratur cū ſe ſaluandū viderit, cur Chriſtus ita arte contra illū
iudicium facit.Salubriter igitur conſiderandum eſt, quia ſicut eſt deus miſericors, qui
nullum bonum irremuneratum deſerit,& ſic eſt iuſtus, quia nullū malum impunitum
relinquit.Sicut ergo bona quæ fecimus propter ſuum honorem,& noſtrum cōmodum
reuocat ad recompenſationem , ſic multa mala quæ egimus & de quibus memoriam
non habemus ante oculos noſtros reducit ad punitionē. Lętificabitur itaq; quiſquam
in oſtenſione bonorum operum,ſed cum putauerit ſe ſecurum,contriſtabitur valde in
multitudine malorum oblitorum & dicet [Indica mihi cur me ita iudices] vitam ve-
ſtram fratres dirigite , mores corrigite & totam vitam veſtram etiam ab infantia dili- Apoc.20
genter conſiderate,ſi quid in eo ſit quod in oculis diuinæ maieſtatis offendat, vera cor-
dis contritione abſtergite,eleemoſynis redimite,bonis operibus & condigna ſatiſfactio
ne perfecte abolete.Non enim obliuiſcitur punire negligentiam veſtram, quoniam &
ignorantia in qua ſponte & illicite eſtis,in caput veſtrum redundabit.An non recorda
mini,quia ſcribit contra vos Chriſtus amaritudines, & cōſumere vos vult peccatis ad-
oleſcentiæ veſtræ.Ergo indicatum eſt mihi cur me ita iudicet. Si autem negligens, aut
tepidus,aut ocioſus fuero,nonne de his quamuis mihi videantur leuia vel nulla peccata
iudicatus ero.Itaq; cum de omni tempore noſtro quo hic ſumus , rationem reddemus Rōnem
quomodo expendimus illud, quid & qua intentione quicquam egimus,quid & qua- reddem9
le locuti ſumus,& quid cogitauimus,quomodo apud deū & proximum viximus:ſciē- de multis
tes ergo ꝙ ita diſtricte iudicabimur,cur non potius noſmetipſos in hac vita iudicemus 1.Cor.11.
diſcutiamus,& ſcrutemur,quatinus ab hoc exilio migrare iuſſi, ſecure & audacter ante 1.Cor.5
tribunal domini noſtri Ieſu Chriſti aſſiſtamus, ſic deniq; tranſitoria contemnentes, de Rom.14.
flētesq; commiſſa,canamus cum propheta.Ego,inquit,ſum pauper & dolens,ſalus tua Pſal.68
deus ſuſcepit me.Hunc propheto pauperem deus libenter ſuſcipit, qui in ſe nullam ter-
renę copiæ concupiſcētiam ſentit.Qui & ſi dicat [Indica mihi cur me ita iudices]tamē
B quod ſequitur tute loquitur [Nunquid bonum tibi videtur,ſi calumnieris & opprimas
me opus manuum tuarum,& conſilium impiorum adiuues] quaſi diceret, tibi qui ſo-
lus bonus es non videtur bonum,calumniari & opprimere pauperem,& adiuuare con-
ſilium impiorum diuitum ſcilicet iudicum terrenorum,quibus quia mali ſunt bonum
videtur opprimere iniuſte pauperem,& ſine cauſa calumniari eum, quem tu ſaluas &
ſubleuas,& bonum eis videtur adiuuare conſilium impiorum, propter lucrum mundi
obtinēdum, quod tu reprobas & damnas.Non igitur calumniaris & opprimis me pau
perem,opus manuum tuarum,quia fateor id quod ſum tua gratia ſum,à te habeo quic- 1.Cori.4.
quid boni habeo,tu me creaſti & recreaſti,dediſti naturam,dediſti & gratiam:dona na- 2.Cori.3.
turalia,dona gratuita,corpus & anima interiora & exteriora omnia opera tua ſunt.Igi-
tur pauperem,diuitias huius ſeculi contemnentem,deſideria carnis calcantem, æternæ
gloriæ anhelantem,opus manuum tuarum ſe cognoſcentem,non opprimas,non deſpi Pſal.112.
cias,ſed potius ſuſcites à terra inopem,& de ſtercore erigas pauperem, collocando eum
cum principibus,cum principibus populi tui.Quatinus tanto ſublimius & honorabili-
us in cœleſti ſede reſideat,quanto de bonis temporalibus minus poſſidere concupiſcat.
Ergo o domine,inclina domine aurem tuam & exaudi me,fac mecum ſecundum miſe Pſal.85.
ricordiam tuam,& ſecundum iudicium tuum viuifica me.Ego enim egenus & pauper Pſal.69
ſum,deus adiuua me,quoniam non conſilia impiorum adiuuas,ſed reprobas cogitatio Pſal.32
nes populorum,& reprobas conſilia principum. Conſilium autem tuum in æternum
manet.Et intellige ꝙ dicit ſe pauperem,opus manuum dei,& cum ſubiunxerit & con-
ſilium impiorum adiuues,non expreſſe poſuit impios opus manuum eius, cum tamen Gene.3
omnes homines bonos & malos condidit deus. ¶Nimirum profundum eſt hic non
nullum.Non enim fas eſt ponere aliquem præter vnum conditorem, qui ex nihilo o-
mnia viſibilia & inuiſibilia creauit.Quamobrem ſane intellige ſi non vis errare. Ideo
beatum pauperem opus manuum dei affirmauit, & de impio hoc tacuit, quia bonus
pauper cœleſtibus ſuccenſus deſiderijs,in omnibus ſe totum deo tribuit,& nihil niſi ſo-
la dei gratia ſe habere oſtendit. Impij autem & plerique iſtius mundi honoribus exal-
tati,per ſuam potentiam ſe putant excellere,& non niſi diuitijs & delitijs ſe arbitrantur
S viuere

viuere poſſe,ſiquidem & ſuperbi per ſeipſos ſe ſubſiſtere iactitãt,q pares habere odien-
tes,de honore dei & vtilitate proximi indignantur, hi quippe non cognoſcunt ſe opus C
manuum,nec attendunt eos oportere deum diligere,quia proprijs voluptatibus manci
pati,& humano facinore impinguati, meretricibus citius quàm deo cupiunt obedire.
Horum conſilium non adiuuat deus ſed deſtruit,& in damnationem mittit, quia tales
miſeri non cogitant,vnde veniunt aut quo vadunt,& quod peius eſt,non aduertunt v-
bi ſunt. Veniunt enim de tenebris,ſcilicet de vtero miſerabilis & dolentis matris, & ne-
Hoĩs ini- mo regum aliam habet natiuitatem,& morantur in hac via lamentationis,ſed per mo-
tiũ & fi- dicum ſpatium,quia vadunt per viam lubricam latronibus obſitam, à quibus capiun-
nis q̃s ſit. tur,conteruntur,& illaqueantur,& cadunt in infernum. Non conſiderant,quia inimici
Pſal.36 domini,mox vt honorificati fuerint & exaltati,deficientes quemadmodum fumus de-
ficiẽt. Hæc fotſitan ſi attenderent,cognoſcerent ſe opus manuum dei, cupientes paupe-
res fieri & deſinerent eſſe impij [ Nunquid igitur ] o domine [ tibi videtur bonum pau-
perem opprimi & conſilium impiorum adiuuari ] Impij vtiq; inimici accuſantes nos,
& fratres noſtros,vt à te ſeparemur. Quia qui cuſtodiebant animam meam, conſilium
fecerunt in vnum,dicentes,deus dereliquit eum,perſequimini & comprehendite, quia
Pſal.70 non eſt qui eripiat. Verum ſcio nemo eſt,qui illum eripit, quẽ deus dereliquit,ſed in per
ſecutione conprehenditur,niſi à deo defendatur. Mentiuntur ergo qui dicunt: Deus de-
reliquit me. Non autem opprimit pauperem, ſed pauperis humiliat calumniatorem.
Pſal.71 Animas enim pauperum ſaluas faciet, ex vſuris diaboli & iniquitate mundi redemit
animas illorum,& honorabile eſt nomen eorum coram illo. Nomen vero diuitum &
iniquorum deſpicabile eſt corã ipſo & improbum. Igitur o miſericors pater,non ſinas
me pauperem,qui cognoſco me opus manuum tuarum, calumniari & opprimi, nec à
deſiderata & iucunda viſione oculorum tuorum abduci,ſed proijce o pie protector dra
Apo.12 conem accuſatorem iniquum & mendacem,in terram ſcilicet tenebroſam, qui prin-
Iohan.8 ceps eſt tenebrarum, vt ego lucis effectus filius ſecure ab hac ærumnoſa peregrinatio-
Ephe.5. Pſal.115. ne tranſeam,& lætabunde videam tuam faciem toto cordis conamine concupitam.
Quoniam o domine ego ſeruus tuus & filius ancillæ tuæ: Dirumpe vincula mea, & tibi
ſacrificabo hoſtiam laudis,& nomen tuum inuocabo. [ Nunquid oculi carnei tibi ſunt D
aut ſicut homo videt & tu vides] & cætera vſq; in finem lectionis. O ſancti ſeniores ora
Hic ro- te pro me iuuene,vt non errem in hac expoſitione,ſed potius digna & congrua valeam
gat vt o- pronunciare. Alta enim ſententia hic dominatur,& ideo conandum eſt,vt non aliter q̃
rẽt pro eo bene exponatur. Superius quæſiuit pœnitens: Nunquid bonum videretur deo, oppri-
ne erret mere ipſum pauperem,confidentem in ipſo,& recognoſcentem ſe opus eius, & adiuua-
in iſta ex re conſilium impiorum,qui confidunt in ſua propria aſtutia & in viribus ſuis. Hic quæ
poſitione rit [ Nunqutd deus oculos habet carneos aut ipſe videt ſicut homo. ] Et tanquam reſpõ
det ſibi, neq; opprimis pauperem humilem,neq; impiorum adiuuas conſilium ſuper-
borum,& ideo non habes oculos carneos, & aliter vides q̃ homo videt. Iſtis autem po-
tentibus mũdi ſunt carnei oculi, qui niſi ſecundũ viſum oculorum carneorum nouerũt iu
Iſaiæ.11. dicare. Tu ergo o domine deus es qui ſcrutaris cor & renes,& oculi tui in omni loco cõ-
Pſal.7 Ierem.17. templantur bonos & malos,id eſt, omnia ſcis & omnia potes & nulla re latet cogitatio
Heb.4. [Nnnquid] igitur [oculi carnei tibi ſunt] quaſi diceret,non quia ſi oculos carneos ha-
1.Reg.16 buiſſes,opprimiſſes me pauperem,opus tuum,& exaltaſſes conſilium impiorum, ſicut
Apoc.19. Lucæ.1 iſti iudices ſeculi faciunt,quibus tantummodo ſunt oculi carnei, quia ſpirituales ocu-
los amiſerunt,& ideo non iuſtitiam quam tu quęris,ſed pecuniam quam tu deſeris,cõ
cupiſcunt. Deſeruiſti deniq; dum tu rex regum ex paupercula puella naſci voluiſti, dũ
pannis inuolui non negaſti,dum famem,ſitim,& algorem tolerаſti,dum pauperibus &
Pſal.87. humilibus te ſociaſti,vnde ais in proheta. Pauper ſum ego & in laboribus à iuuentute
mea. Ergo cupidi errant,diuites inſaniunt,auari deuiant,qui tanto affectu tanto ambi-
tu ditari anhelant. Etenim qui confidit in diuitijs corruet, & hoc eſt ex iudicio dei qui
non oculos carneos,ſed oculos omnia conſiderantes habet. Deus vero ſpiritus eſt,& ſpi
Ioan.4. ritus carnem & oſſa non habet,ergo o deus oculi carnei non ſunt tibi,non nego tamen
Lucæ.24 quin Chriſtus filius dei in quantum verus homo eſt,& veros hominis oculos habet &
cætera membra,quæ ad hominem pertinent,lõge tamen aliter eſt ille homo aſſumptus
in deũ q̃ aliqua creatura,vtpote glorificata natura in eſſentia dei æterna. Perfectus ho-
mo in



mo in delitijs deitatis ſine fine manet,in oculis amabilior,in facie pulchrior,in tota cor-
A pore Chriſtus eſt formoſior. Tanta eſt delectatio in viſione humanitatis Chriſti, ꝙ ſi
quis illam in decore ſuo videret,proculdubio in gloria ſatiaretur. Ergo ſuperabundãs
& affluens eſt gaudium,quoniam in ſplendore ſuæ maieſtatis deum & hominem cerni
mus regem ſeculorum. Quippe non æquabitur purus homo humanitati conditoris,qa
qui ſolus ſine peccato in mundũ naſci potuit,ſolus ſine pari vniuerſos ſanctos tranſcen 1.Pet.2
dit. Ipſe eſt qui ſuper omnes cœlos aſcendit vt adimpleat omnia [ Aut ſicut homo vi- Ephe.4
det & tu vides] homo videt ea quæ exterius apparent,deus autem intuetur cor. Ergo ſi- 1.Reg.16
cut homo videt & non vides,ſed alio modo. Non enim iudicas ſecundum faciẽ,quia re Iſai.11.
ctum iudicium iudicas,& oculi tui vident æquitates. Ergo non vides ſicut homo q fal-
ſa loquitur,vana videt,praua operatur. Prophetę Iſrael iam ſicut lupi in deſerto, veniũt
ad nos in veſtimentis ouium,intrinſecus autem ſunt lupi rapaces,imo & pulices morda Matt.7
ces. Intelligite & audite fratres,quomodo hoĩes vidẽt, & ſcietis qa nõ ſicut homo videt, Oculos
videt & deus. Detractor male videt,quia ſæpe de bono hoĩe pronũciat malum,& quod malos
non poteſt auferre ſuo opere,ſuo molitur auferre ſermone, & quod in aperto nõ audet pctõres habent
dicere,in occulto non ceſſat derogare,ſic nec videt deus,vnde ait per pſalmiſtam: Exi- Pſal.49
ſtimaſti inique,ꝙ ero tui ſimilis,& merito,arguam enim te & ſtatuam ſcilicet ſententiã
meam cõtra faciem tuam. Non autem detractor ſum tibi,poſt tergum tuum detrahens,
ſed veritatis amator ſum,te in facie tua de ſceleribus tuis reprehendens. Proinde adula-
tor non videt recte,qui ſæpe peruerſum hominem affirmat eſſe bonum,non timens ver
ba ſcripturæ dicentis: Qui dicit iniuſto: Iuſtus es,maledicant ei populi, & deteſtentur eũ
tribus,& ſicut iſte videt non videt deus,qui nec potentia vincitur, nec precibus flectitur, Prou.24.
nec muneribus placatur,quoniam zelus & furor viri non parcet in die vindictę, ſed cũ
exarſerit in breui ira eius,& verus & iuſtus iudex ſanctos & pios coram cunctis appro- Prou.6
bat,omnes vero iniquos & malitioſos oĩm oculis cernentibus condẽnat. Poſtremo hy- Matt.25.
pocrita hominibus placere cupiens,& deum cõdemnans,peſſime videt, qui dum exte-
rius de ſua actione quęrit gloriam, interius per ipſam prauam intentionẽ ſuam occidit
B animam. Et qui in viſu hominum,cœleſtem putatur mereri manſionem,in viſu dei di
gne ducitur ad gehennam. De quo recte dicitur: Sicut tela aranearum fiducia eius,quia
gaudium hypocritę ad inſtar puncti: ſcitis enim, ꝙ tela araneæ flatu venti diſpergitur,
& nimirũ tota merces hypocritæ vento laudis humanę, & iniqua intentione ad nihilũ
defertur: Hic eſt ſimilis viperę quæ pariendo moritur. Nam cum miſer quiſquam carna
li & inani gloriæ deditus, de operibus & pœnitentia quæ agit & laudem hominum li- Iob.20
benter accipit,profecto quaſi producendo fœtus ſpiritualiter occumbit. Sunt & alij nõ- Hypocri ta cui ſi-
nulli qui meliores apparent,q̃ exiſtunt,quia & ſi coram hominibus modicam videan- milis ſit.
tur agere pœnitentiã, interius non nitunt̃ diuini amoris ſentire ſuauitatẽ,& ideo culpã
di ſunt,quia gaudent ſe honoris famam accipere cuius opus ſe ſciunt non habere. Quã-
quã enim de actibus ſuis humanũ fauorem ardenter non cupiuut, oblatum non decli-
nant. Deberent potius tanto deſiderio, & tanta aſſiduitate in ſeruitio & amore Chriſti
ſtudere perſiſtere,vt ad eminẽtiorem & ſublimiorem ſanctitatis ſtatum eleuentur, q̃ ſci
ret vulgus nunciare,vt de eis dicatur: Non ſicut homo de ipſis videt,& tu vides o deus.
Quidam libri habẽt videbis,& bene ſimiliter,vt mihi videtur. Nam ſicut homo videt in
præſenti,ipſe in futuro non videbit. Videt homo in hac vita multos,q vt boni honoran-
tur & laudantur,& tamen hos in futuro deus & videbit & roprobabit ſicut malos. Patet 1.Cor.4.
hinc,quia non eſt bonum iudicare ante tempus,& de incerto cordis habitu ſententiam
ſimplicem dare non præſumamus,ſub veſte enim precioſa quandoq; latet humilitas,&
ſub lugubri vultu,cor carnali deſiderio captiuatur, ſub ſpecie vere religionis abſcondi-
tur hypocriſis,& ſub pallio innocentiæ dolus iniquitatis,ſed quamuis fictio plurimorum
homines lateat, in examinatione diſtricta,deum profecto non latebit. Quia [nunquid
ſicut dies hominis,dies tui,& anni tui,ſicut humana ſunt tẽpora?] Has quæſtiones bea-
tus Iob non affirmando ſed negando intulit,& propter infirmos, & imperfectos in fide
quæſiuit. O bone dñe non ſicut dies hominis dies tui,quoniã dies noſtri ſicut arena me Pſal.89
ditabũtur. Et melior eſt dies vna in atrijs tuis ſuper milia. Dies enim noſtri ſicut vmbra Pſal.83
declinant,& nos ſicut fœnum areſcimus,quia modicũ in hac miſerabili mora virides, Pſal.101
ſtatim per falcẽ mortis cadẽtes marceſcemus. Igitur petimus,deprecamur,depoſcimus, Iſaiæ.40.

 vt lon-

vt longitudine dierum repleas nos,& oſtendas nobis ſalutare tuum,id eſt,Chriſtum tu-
um ſaluatorem noſtrum,tribuas nobis videre in ſplendore ſuo, quia neq; anni tui ſicut C
humana ſunt tempora.Humana nanq; tempora cito terminabuntur, & quæ incipiunt
in gaudio,finiunt in dolore,quinimo tempus noſtrum cum fletu venit,& cũ luctu tran
Pſal.101. ſit,ergo inſtabile & incertum eſt tempus humanum. Tu autem o dñe deus idem ipſe es,
& anni tui nõ deficient,quia tibi immutabilis æternitas eſt,& anni ſine fine. Benedices
eñ coronæ anni benignitatis tuæ,& campi tui replebuntur vbertate, quandoqdem pul
Coronæ cœleſtiũ ciuium chritudo agri tecum eſt. Laurum videlicet apoſtoloꝝ,Roſæ martyrum,Violę virginũ,
Lilia confeſſoꝝ,Suauis fragrantia angeloꝝ & omnium ſanctoꝝ. [Vt quæras iniquita
tem meam, & pc̃m̃ meum ſcruteris] quia tantus & talis es,non ſicut homo cui breues
dies ſunt,& tempus momentaneum,non propter hoc auſterus es & crudelis,opprimẽs
pauperem,& exaltans diuitem,ſicut peruerſi principes ſæculi,qui cum potẽtiam habue
1.Cor.3 runt,ſuam tyrannidem in minoribus exercent. Sed potius hoc agis, quia ad te pertinet
Matt.16. de omni creatura,vt illi retribuas ſecundum merita ſua.[Vt] ſ. [quæras iniquitatẽ me-
am,& peccatum meum ſcruteris.] Nam tu q iuſtus es,& iuſtos diligis,peccatores odis,
Sap.14 Pſal.5. odiſti omnes qui operantur iniquitatem. Timeo ergo te quærentem iniquitatem meã.
Nam infallibiliter quęris & rectiſſime ſcrutaris, quia vſq; ad nouiſſimum quadrantem
Math.5. iubes reddi debitum. Sed habeo conſolationem & ſpem euadendi tam tremendã ſcru-
tationem,quia cum quæſieris & ſcrutatus fueris.Scias qa nihil impiũ fecerim.Sed quo-
modo hoc ſcies,quia tu qui fidelis es,& nõ potes teſtari falſum,cum ego fateor me mul-
tum impium feciſſe.Quid ergo miſer ego,quid dicam:reus ſum,& nõ ſaluabor niſi au-
deam dicere cum me ſcrutatus fuerit.[Scias quia nihil impium fecerim] Recte ergo in-
tellige ſi nolis deuiare.[Scias quia nihil impium]mortale,ſ.flagitium [fecerim]de quo
non pœnituerim,& in quantum in me eſt de ſcientia vindictæ tuæ non deleuerim.
¶Itaq; deleto quod deliqui,& purgato quod impie geſſi. [Scias quia nihil impium fe-
cerim] Me ergo propter innocentiam ſuſcipies, & confirmabis me in cõſpectu tuo in-
æternum,quia vere pœnitẽti ſemel remiſiſti,amodo id ei non improperabis,& opus ha D
beo vt ſcias me purum & perfectum,& ſine omni malo. [Cum nemo ſit qui de manu
tua poſſit eruere] Qualem quemq; inueneris,talem ipſum iudicabis, quia nemo eſt qui
2.Cor.5. ſe vel alium de manu tua eruere poſſit.Omnes enim ante te aſtabimus. Vnuſquiſq; pro
Rom.14 ſeipſo reddens rationem,& ſi iuſtus quidem vix ſaluabitur,impius & peccator vbi pare
1.Pet.4 bunt?In poteſtate tua omnes erunt tam electi q̃ reprobi. Electos vero in ſupernis ſedi-
Ioan.10 bus tua bonitas ſtatuit,quos de manu tua ſine fine nemo rapit. Similiter & reprobi de
manu tua non poſſunt erui,qui per iudicij tui poteſtatem æterno igni ſunt damnati.

## ¶Caput .X.

Gene.1 MAnus tuæ fecerunt me,& plaſmauerunt me.] Cogita homo à quo creatus es,&
in quãta dignitate,quia ad imaginem & ſimilitudinem dei, & noli propria ma
litia amittere,quod tibi æterna maieſtas ex ſua bonitate dignatus eſt exhibere. O deus
ne elongeris à me,ſed reſpiciens in auxilium meum,vide,quoniam iniqui dæmones,ſ.
& inuidi homines inſurrexerunt ſuper me,& in ſynagoga potentiũ quæſierunt animã
Pſal.85 meam.Sed da imperium puero tuo,& ſaluum fac filium ancillæ tuæ,vt ego quem [ma
nus tuæ fecerunt & plaſmauerunt] ad tuam voluntatem in tuis præceptis iugiter va-
leam viuere,& in ſolo tui amoris deſiderio inceſſanter feruere, hic intendit pœnitẽs ar
gumentari cum deo & probare,ꝙ dederet abeſſe ſibi in tentatiõibus,& in anguſtijs tan
quàm diceret:O domine non ſum factus à dijs alienis, ſed cum nihil fueram, per te ali-
quid eſſe inccœpi, quia [manus tuæ fecerũt me,& plaſmauerunt me] & non ſolum me
ſed [totum in circuitu] id eſt,etiam illę creaturæ quæ me tribulant, non niſi per volũta-
tem ad eſſe prodierunt.Ergo qui me feciſti ſine me,non me ſinas perire,non confiden-
tem niſi in te. Et ſicut gratis me feciſti,& plaſmaſti totum in circuitu. [Et ſic repente
præcipitas me] totum in circuitu,vnde ipſe affirmat ſe vnum de montibus, qui ſunt in
circuitu domini,id eſt,qui toto ſe interiori,ſcilicet natura deum amplectitur, & quaſi
certa via Chriſtum circuiens,ad aliud ambiendum non vagatur,inde dicitur: Circuiui
Pſal.26 & immolaui in tabernaculo eius hoſtiam vociferationis.Sed & impij in circuitu ambu
lant,q̃uis alio modo, quia nihil præter hæc terrena ſolatia cupiũt,in qbus à mane vitæ
vſq;



A vſq; ad veſperam mortis,quaſi in circuitu gradiuntur. Vnde poſt mortem requiem nõ
inuenient,qui ſic in hac lachrymoſa valle ambulauerunt.Deſerentem vero diuitias ſe-
culi,& circumeũtem in iugo domini,ſicut [fecit & plaſmauit, ſic & repente præcipitat] Heb.12
Quia magna eſt ſuper hominem miſericordia dei, quãdo ipſum in hac vita flagellans Prou.3
emendat. Vnde ipſe Iob in alio loco dicit:Eleuaſti me, & ſuper ventum me ponens eli- Iob.30
ſiſti me valide. Deus aũt hominem eleuat,quia alijs cunctis creaturis in vno derelictis,
ipſum ad imaginem & ſimilitudinem ſuam creat.Deinde quaſi ſup ventum ponit, qñ
ei à deo datum vel promiſſum eſt,vt in his p̃ſentibus & viſibilibus bonis, vel ad modi-
cum vt flatus venti proſperetur. ¶Sed hunc elidit valide,quia quem ad æterna bona p̃- Eleuat et elidit de hominẽ q̃uo.
deſtinauit,à carnali proſperitate in qua delectatur [repente præcipitat] vt terrena gau-
dia vana eſſe & inſolida tranſeuntia & incerta,cœleſtia vero & inuiſibilia ꝑpetuo man
ſura fore exinde cognoſcat. Quem ergo deus ad ſuam gloriam abinitio elegit,mirabi-
liter & ſalubriter p̃cipitat, vt videlicet qui prauus & infirmus cecidit, bonus atq; ſanus
reſurgat.Reſurget vtiq; indutus nouũ hominem, qui ſecundũ deum creatus eſt in iuſti Col.3
tia,& ſanctitate, nõ ad gaudium mundi appetendum,ſed ad regnum dei promerendũ.
In hac itaq; p̃cipitatione,de ſuperbo facit humilem,de diuite pauperem,de auaro largũ,
de luxurioſo caſtũ, de cupido mundi contemptorem,de iniquo ſanctũ religionis ama
torem,de mendace veracem,deniq; de damnabili ſaluandũ.Nonne ſane p̃cipitantur,q Præcipi-tat deus vt erigat
ſic de filijs perditis,hæredes dei efficiuntur,væ illi quẽ deus hoc modo nõ p̃cipitat in p̃-
ſenti.Grauius profecto cadet in futuro,quia mox vt exutus fuerit à corpore,in puteum
p̃cipitabitur infernalem,& nõ reſurget iteꝝ,niſi ad maiorem pœnã. Porro & reprobos
p̃cipitat,ſed contrario modo q̃ electos.Nam reges à ſuis regnis p̃cipitat,principes à ſuis
poteſtatibus priuat,diuites depauperat,ſuperbos humiliat,cupidos adnihilat, inuidos
deuaſtat,immundos fugat, & terrenos iudices qui alios iudicantes ſeipſos neglexerũt,
condemnat:Reuelabitur enim ira dei,ſuper peccatorem,& impiũ,& ſuper omnes filios
diffidentiæ,qui mundum potius quàm deum dilexerunt, & qui libentius adhæſerũt va Roma.2.
B nitatibus & nequitijs hoĩm,q̃ Chriſto deſeruire regi angeloꝝ. Temporalibus nanq; re
bus implicati,æternam gloriam non cupiunt,& inuoluti muliebri mollitiæ,amorẽ di-
uinum captiui contemnunt.Et ideo iuſte in inferno ſine fine dolebunt, q in hoc exilio
q̃diu viuere potuerunt,nequiter & iniuſte gaudere volebant. Verſ. Cum fex,cũ limus,
cum res viliſſima ſimus. Vnde ſupbimus,ad terram terra redimus. [Memento quæſo,
ꝙ ſicut lutum feceris me,& in puluerem reduces me. Nonne ſicut lac mulſiſti me, & ſi-
cut caſeum me coagulaſti?] O bone Ieſu,dum me ſic repente p̃cipitas,quæſo vt parcas,
ne nimis dure hoc agas. Labilis eñ ſum,& homo fragilis naturæ,infirmæq; cõditiõis,
ꝑtimeſco igit̃ ictũ robuſtiſſimi diei,qm̃ vt ait propheta:Quis ſtabit ad videndũ eũ, q̃to Malac.3
minus quãdo ꝑcutit,qs ſtare valebit. [Memẽto itaq; quæſo,ꝙ ſicut lutũ feceris me] q̊d
vas vile eſt,& fragile,non ſicut cœlum quod valde pulchrum eſt & ſolidum [de luto fe- Gene.2
ciſti me] & ſicut lutum vt reminiſcens vilem materiam quæ ſum,& de qua factus ſum Iſaiæ.14.
ſupbire non audeam,ſed potius inceſſanter ad ſupnas ſedes, à quibus ſupbi ceciderũt,
qui tamen non ſicut lutum fuerunt,ſuſpirem. Confunditur profecto diabolus,& nimia Quare diabolus confunditur & inuidet homini
cruciatus inuidia fremit & tabeſcit,ꝙ in illam gloriam aſcẽdunt humiles homines, re
cognoſcentes ſe ſicut lutum factos,à qua ille Lucifer ad æqualitatem dei aſpirans p̃cipi-
tatus eſt in profundum laci. Heu ipſum ſequuntur iam multi,qui in propria pulchritu-
dine & fortitudine confidentes,& in ſua potentia ſoli deo æquari cõtendunt, & omnes
alios ſub ſe eſſe nolunt, & inde cum diabolo in caliginoſum carcerem coguntur ruere,
vnde eius veſtigijs inuidiæ,ſcilicet & ſuperbiæ ac immunditiæ gaudent adhærere: Nõ
cogitant,quia ſicut lutũ facti ſunt,& poſt modicum in puluerem reducentur. Qui eñ ſe Homo ſicut lutũ eſſe dr̃.
videt lutum,& cito in puluerem reuertendum, non multum quærit præſens gaudium,
ſed potius abhorreret,& manentem gloriam affectaret. Quomodo autem vocabimus
quenquam pulchrum,fortem aut formoſum, quando omnes facti ſumus ſicut lutum.
Ergo o miſericordiſſime pater,memento quia ſicut lutum feceris me, & ignoſce fragi-
litatem meam,condona quod deliquimus,quia inſitum eſt nobis quaſi à natura, quod
in malum proni ſumus. Ideo delicta iuuentutis meæ,& ignorantias meas ne memine- Gene.8
ris,ſed memento,quia in puluerẽ reduces me. Merito qui ſicut lutum efficitur, in pulue Pſal.24
rem reducetur, quia lutum in altum,& in glorioſum poni non congruit, ſed potius in

Gene.3 in lutum lutum labatur,quod lutum ſemper fuit. Vnde & dictum eſt primo parenti no- C
ſtro poſtquam peccauerat:In ſudore vultus tui,veſceris pane tuo donec reuertaris in ter
rã de qua aſſumptus es. Quia terra es & in terram reuerteris: Exinde liquet,quia omnis
homo terra & cinis , & qui ab initio ſicut lutum conditur ,conſtat abſque dubio ꝙ in
Pſal.15. puluerem redigetur. Verum ſi quis ſe opponere putet, propter hoc ꝙ pſalmiſta dixit:
Non derelinques animam meam in inferno,nec dabis ſanctum tuum videre corruptio-
nẽ. Hoc intellige dictũ eſſe de Chriſto, cuius corpus corruptionẽ videre nõ debuit,cuius
reſurrectio noſtræ reſurrectionis cauſa exiſtit. Præterea omnis auris audire abhorreſce
1.Cor.15. Iohan.1 ret,ꝙ verbum dei,per quod omnia facta ſunt, vel ſecundum carnem corruptionem vi-
deret,vnita eſt enim caro deitati inexplicabili quoq; modo in illam aſſumpta eſt , vt di-
catur deus homo,& homo deus. Ad hoc nanq; naturam hominis aſſumpſit , vt homi-
Beata Maria aſſumpta ẽ corporaliter. nem faceret deum,deo hũanato. ¶Quippe corpus beatę virginis corruptionẽ videre nõ
debuit,quæ ſola ſine omni peccato permanens , quadam incõparabili & ſpecialiſſima
puritate perpetue refulſit & ſingulariter electa & prǣelecta deum generauit. Non fas ſed
nefas potius dicere eſt,ſiquis probare contenderet illam carnem in terra putreſcere, vel
etiam in alio loco eſſe q̄ in cœlo vbi anima ipſa præfulgida & beatiſſima eſt,de qua deũ
veram carnem credimus aſſumpſiſſe. Si enim in terra iaceret,non ipſi ſed filio eius dede
Matt.27. cus eſſet,præſertim cum euangeliſta dicat:Quod multa corpora ſanctorum qui dormie
Pſal.15 rant ſurrexerunt. De cæteris vero ſanctis ſimpliciter eſt dicendum,ꝙ omnes vident cor
ruptionem . Qui dicunt illud , propter hoc lætatum eſt cor meum , & exultauit lingua
mea,inſuper & caro mea requieſcet in ſpe,ſcilicet reſurgendi in nouiſſimo die . ¶Et
non obſtat,ꝙ multa corpora ſanctorum transferuntur,& in auro & argento ponuntur
omnia tamen putredini dicunt. [ Pater meus es tu &c.] proprie autem locus carnis eſt
terra,& non eſt argentum & aurum niſi e terra. Cur ergo non eſt ita honorabile iacere
& putreſcere in tumulo,ſicut in auro de terra inuento,ſed forſitan hoc ideo fieri conce-
ditur,vt fidelis plebs ad deuotionem & orationem largius excitetur, vel potius propter
honorem ſanctorum,vt citius eorum ſuffragia impetrent,quos multum honorauerũt. D
Iob.10 Sed bonum eſt fratres,humiles eſſe miſeriam veſtram recogitare dicentes, cum beato
2.Reg.14 Iob. In puluerem reduces me. Neceſſe eſt mihi mori & in puluerem reduci, quia omnes
morimur & quaſi aquæ dilabimur in terram. Sed o bone domine,cum morior & redu-
cor in cinerem,animam digneris accipere,& tecum in æterna gloria collocare, & meri-
to illud facies [ quia nonne ſicut lac mulſiſti me] id eſt,delectatione tui amoris me mul
cens,ſuauem & dulcem ſicut lac me in conſcientia mea feciſti , vt amota morſione ver-
mis putredinis,nimia facilitate etiam in hoc præſenti in te viuerem , & quem ſicut lac
mulſiſti,tua benignitas ſubleuet,& feruore ſempiterno funditus inflãmet. Memor ſum
tui & delectatus ſum magno deſiderio in te anhelans,& inſeparabiliter tibi adhærens,
vt iam dictũ [ Et ſicut caſeum me coagulaſti ] Caſeus ex lacte conficitur,ſed antequam
confici poteſt,lac per ignem coagulatur,virum ergo iuſtum deus ſicut caſeum coagula-
Nunquã ad amorem tẽporalem relabitur,q vere incẽditur æterno amore. uit,qa fidelem & deuotã animam prius per ignem ſpiritus ſancti in ſe colligit,& deinde
ſibi per veram charitatem coniungit. ¶Et nota ꝙ lac ſemel coagulatum nũquam ite
rum ad priſtinum ſtatum redire poteſt,ſic qui vere æterno amore incenditur ad amorẽ
temporalem nunquam relabetur. Alioquin quicquid egerit,amator verus non fuit. Et
perpende ꝙ dicit ſe ſicut caſeum coagulatum,vt per hoc ꝙ dicit caſeum innuat ſe matu
rum,& regalli menſę aptum,& per coagulatum deo inſeparabiliter coniunctum. Hic re
uera eſt mons coagulatus, mons pinguis qui ita in bonam voluntatem coagulatus eſt,
vt ab aliqua mollitia aut impietate non poſſit ſuperari. Sicut obſtinati in mũdo nullo ſer
Pſal.67 mone,nullo terrore,nulla cœleſtium gaudiorum promiſſione,ad deum poſſunt cõuer-
ti,de quibus dicitur:Coagulatum eſt ſicut lac cor eorum. [ Pelle & carnibus veſtiſti me
oſſibus & neruis compegiſti me &c] Hæc ad literam manifeſte patent intuenti. [ Pelle
& carnibus]id eſt,corpore[veſtiſti me]Veſtimentum enim animæ eſt corpus. Vnde in
Iſaiæ.9 Iſaia:Veſtimentum mixtum ſanguine erit in cõbuſtionẽ & cibus ignis , id eſt, corpus
ſceleribus & immunditie peccati pollutum erit in combuſtionem & cibus ignis ſcilicet
infernalis. Iſta autem fit quando homo moritur & anima egreditur,ac ſiquis à veſtibus
ſuis exuatur. Cupiens ergo iuſtus vir magnificare deum,& flectere ipſum ad faciendum
cum eo miſericordiam,beneficia quæ ei exhibuit recolit,& quantum ad corpus & quã
tum



A tum ad animam pertinent euidenter ponit [ Pelle & carnibus veſtiſti me,oſſibus & ner
uis compegiſti me] Hæc de corpore ſunt,& ſtatim ſubiungit de anima [ Vitam & miſe
ricordiam tribuiſti mihi] vitam ſpiritualẽ & corporalem videlicet tribuis & miſericor- Iſaiæ.38.
diam qua ſaluor largiris. Inde vero ſcribitur viuens viuens ipſe confitebitur tibi,viuens
corpore viuens gratia & charitate ipſe confitebitur tibi,id eſt,laudabit te,quia non infer
nus confitebitur tibi,neq; mors laudabit,& non expectabunt,qui deſcendunt in lacum
veritatem. Dicit fidelis anima ab hac luce tranſiens o domine Ieſu Chriſte,creator & re
demptor meus,bene feciſti mihi. [ Pelle & carnibus veſtiſti me ] in corpore oſſibus &
neruis compegiſti me in ſpirituali fortitudine,& non ficta humilitate cõglutinaſti me,
& vt in ſocietate ſuperna tecum æternaliter ſubſiſtam,videndo te facie ad faciem, in de- 1.Cor.13
litijs deitatis tuæ ſaciatus,quod eſt gaudium plenum perfectum & conſummatum. Sine
oſſibus vero robur in homine non eſt,ergo per illa fortitudo interior , qua quis vitijs &
voluptatibus reſiſtit,recte intelligitur. Per neruos enim habemus lineamenta membro
rum,vt iuncturas mouere,& ſtare,& ſedere,& ambulare poſſimus , per quos igitur hu-
militatem deſignari non incõgrue videmus. Nam ſine humilitate nec in vnitatem cha Hũilitas neruis deſignatur.
ritatis coniungimur,nec recte mouemur,nec in mandatis dei ſtamus, nec in bona vita
ſedemus,& bene non ambulamus,ſed erramus. Dum ergo deuota in deſiderijs cœleſti
bus ſuſpenditur,oſſibus & neruis fortitudine,ſcilicet humilitate compaginatur. Et inde
fit ꝙ ſuauitatem conſcientiæ purgata in ſe iugiter retinet,cui vitam & miſericordiam æ-
terna maieſtas præbet. Vnde ſequitur. [ Vitam & miſericordiam tribuiſti mihi]ſcilicet
viuẽtem æterne, id eſt,teipſum,qui ſolus vera & æterna vita es,quam qui habet per gra
tiam ſecurus eſt,quia gloriam angelicam introibit. Et miſericordiam, quia me ab omni-
bus malis liberas & inter ſanctos & electos tuos ſedem perennis requiei concedis ſor-
tiri. [ Et viſitatio tua cuſtodiuit ſpiritum meum] Ideo enim vitam & miſericordiã deus
meus mihi tribuit,quia eius viſitatio ſpiritũ meum cuſtodiuit. Et notandum eſt ꝙ val-
de eſt neceſſaria viſitatio diuina. Omnis vero ſpiritus beſtijs traditur,q viſitante deo nõ Viſitatio dei nobis valde neceſſaria.
B cuſtoditur. Vnde & conſiderandum eſt , ꝙ viſitatio diuina dupliciter fit , vtroq; modo
electos cuſtodit. Viſitat autẽ deus hominem quem elegit ad æternitatem, aliquãdo per
aduerſitatum & flagellorum paſſiones,& his cuſtodit ſpiritum iuſti,quia ſi aliquãdo ei
delectatio peccati immittitur,ſtatim miſerente Chriſto ab hac ſuperueniẽte anguſtia re
mouetur ,quatinus vitium illud punitio diuinitus data ab animo auferat,ꝙ terrena pro
ſperitas ingerere tentabat. Aliquãdo etiam viſitat deus electum ſuum per internam,ſci-
licet,& ſupernam conſolationem infundendo, vt ſolatium diuinitus inſpiratum men-
tem à malis cogitatibus excipiat,& oblectamentum carnale immũdumq; quodlibet ex
pellat. ¶Porro plærunq; in nonnullis electis quamuis per paucis in tantum ſuauitas di
lectionis Chriſti ſuperaffluit,ꝙ ab omnibus deſiderijs terrenis, & appetitu carnalitatis
ipſos continue defendit. Et ſic profecto dum ſpiritus à malitia auerſus, omni quoq; bo-
no conuerſus, æterno amore rapitur ſalubriter , & ſancte per diuinam viſitationem cu-
ſtoditur. Quamobrem electa anima Chriſtum laudans & glorificans, lætãter prorum
pat in canticum,dicens:Ecce ad te venio, quia viſitatio tua cuſtodiuit ſpiritum meum.

¶Caput XIII.

Reſponde mihi] Quid ſignat hoc,quia vir pœnitens hic primo à deo quęrit reſpõ Explanatio ádmodũ pia:
ſionẽ antequã propoſuerit quęſtionẽ,ſed hoc cito ſoluitur,ſi intellectus habeatur.
Nã aperte innuit,ꝙ & per deũ quęſtio proponit & ſolutio inſpirat. Quęſtionẽ ergo facit
ibi[Cur faciẽ tuã abſcõdis & arbitraris me inimicũ tuũ] Reſpõſionẽ ibi quęrit. Reſpõde
mihi, ſolutio annectitur cũ ſubiũgit. [ Quantas habeo iniqtates & peccata ſcelera mea
atq; delicta oſtende mihi] ſciẽs ergo peccator & ſentiens ſe merito pctõrum ſuoꝝ affli-
ctum,& deũ offenſum,& forſitã non oĩa iã ad memoriã veniunt in quibus deliqt,rogat
deum q ſingula per ſe iudicat,vt in quot & in quãtis lapſus ſit oſtendat, quatinus vita in
melius mutata,ac peracta pœnitẽtia,offenſaq; placata,facies.ſ.miſericordię quę ab ini-
pio & in pctõ perſeuerante abſcõditur,pœnitẽti & pctã deſerenti reueletur. Quęrit itaq;
[Cur faciẽ tuã abſcõdis] Et reſpõdeat ſibi,qa pctõr ſum,& in pctis iaceo , & ab illis non
reſurgo,ſed quem prędeſtinaſti ad hæreditatem,nõ differas inſpirare ad veram pœnitẽ
tiam [ Quãtas habeo iniquitates oſtẽde mihi] .i.reduc ante oculos cordis mei flagitia
quæ perpetraui,vt dum viuo vitam meam emendem,& dum peccare poſſum à peccatis
deſiſtam.

Quatuor modi peccandi. deſiſtam. ¶ Et nota ꝙ quatuor modos peccandi enumerat, iniquitates,peccata,ſcelera C
& delicta [Iniquitas ] eſt quaſi non æquitas & in hac peccat qui iniuriam facit proxi-
Iniquitas mo,ore,ſcilicet improperando, irridendo aut detrahendo, vel opere iniuſte percutien-
do,aut damnis alterius auxilium vel conſilium ſeu fauorem præbēdo. ¶ [Peccatum]eſt,
Peccatū. Scelus. quando quis ſcienter in aliquo mortali facinore cadit [Scelus] eſt crudelitas beſtialis,
delictum qua quis rapinam,extorſionem iniuſtam,vel pauperum oppreſſionem exercet. [Deli-
ctum] quando quis ſponte bonum deſerit quod agere poſſit,quia delictum dicitur qua-
ſi derelictum,& eſt magna temporis amiſſio,& à deo grauiter puniendum,cum à bonis
2.Tim.2. quę pro tunc agere poſſumus, negligentia vel ocioſitate torpemus. Non enim vt ait apo
ſtolus,coronabitur quis,niſi qui legitime certauerit. Nequaquam vero pugnat legitime
qui dum alij contra ſpirituales hoſtes decertant , ipſe ſe torpedine captum fingit infir-
mitate. Bene autem certantes omnia vicia tam mentis quàm corporis euacuant,& in di
uino amore inceſſanter anhelant. Prædictis ergo generibus peccati pœnitēs ſe tactum
& coinquinatum intelligens,omnia ſibi poſtulat oſtendi, vt de omnibus poterit pœni-
tentia fieri,& de omnibus priuſquam abeat,& amplius non erit , purgari clamans cum
Pſal.12 pſalmiſta dicit : Illumina oculos meos,ne vnquam obdormiam in morte,nequando di-
cat inimicus meus:præualui aduerſus eum, oculos meos ſcilicet ſpirituales,fulgore gra-
tiæ tuæ illumina,vt intuitum habeam ad cœleſtia,& diuina deſideranda. Alioquin ſi in
tenebris maneam criminum,in morte obdormiam infernorum. Ergo illumina,quia ſi
illuminas videbo viam qua pergam ad vitam,& non obdormiam,in morte , atq; con-
fundetur inimicus meus,& exaltabor ad honorem tui,quia nō præualuit aduerſus me.
Nequando,id eſt,ne aliquando dicat,id eſt,iactitet ſe diabolus,ꝙ inſidijs & aſtutijs ſuis
præualeret & vinceret hominem. Gaudium enim dæmonum eſt dolor noſter. Non au-
tem habent lætitiam niſi aduerſus nos præualeant. Fide ergo vere pœnitentis animum
illuminas:Spe mentem lætificas. Charitate confirmas. Itaq; cum facis [ Cur faciem tu-
am abſcondis & arbitraris me inimicum tuum ] Vſquequo domine obliuiſceris me,
vſquequo auertis faciem tuam à me:Vſquequo exaltabitur inimicus meus:deprime eū,
Pſal.12 & exalta me ſeruum. Nam & ipſe hoſtis tuus eſt,ſicut & meus. Quippe niſi eripueris me D
à tribulatione & cuſtodieris in tentatione,qui tribulant me exultabunt cum motus fue-
ro,& dicent præualuimus aduerſus eum. Ergo miſerere miſeri & pœnitentem ſuſcipe
Lucæ.15 reuertenti occurre filium prodigum de longinqua terra veniētem amplectere, primā
ſtolam iube ei afferre,& de vitulo ſaginato depaſci,& noli amplius ab eo abſcondere fa
ciem miſericordiæ tuæ,neq; arbitrari eum inimicum tuum. O bone domine Ieſu abſcō
de vindictam & oſtende faciem , arbitrare me ſeruum tuum non inimicum tuum , fac
Iohan.15 me conſortem cum ipſis quibus dixiſti:Iam non dicam vos ſeruos ſed amicos,quia ſer
uus neſcit quid facit dominus eius, verumtamen penſandum eſt quod dicit. [Arbitra-
ris me inimicum] cum om̄i rationationi repugnet,ꝙ creatura odiret creatorem ſuum.
Qui vero non odit non videtur eſſe inimicus,quia inimicitia eſt mutua mentium diſcor
Quid ſit inimicus. dia cum odio,vnde illud inimicitias ponam inter te & mulierem. Ipſa autem conteret
Gene.3. caput tuum:In hoc vtiq; ꝙ caput conterit,apparet ꝙ odit. ¶ De dęmonibus vero &
Non audet diffinire an demōes & damnati deū odiāt damnatis ſi deum odiant non audeo diffinire. Forſitan vellent eum non eſſe,vt ipſi poſ-
ſent melius eſſe,& ſi ſic vellent ſine dubio deum odirent. Sed neſcio,an in ipſis ſit aliqua
cogitatio,qua cognoſcunt ſe dignos tanti tormenti , & memoriam habent , quod ſuo
proprio commiſſo & defectu non conditoris ad illam miſeriam deputantur,Ioānes au-
tem dixit ꝙ blaſphemauerunt deum cœli prę doloribus,ideo non eſt bonum plus ſape
Apoc.16 re quàm oportet. Nouerunt iam ad quantam pœnam peruenerunt,qui mandata dei de-
ſpexerunt. Apocaly.xvi. Aeſtuauerunt homines æſtu magno,& blaſphemauerunt no-
men domini habentis poteſtatem ſuper has plagas. Vbi dicit gloſa,ꝙ in inferno poſiti
quamuis ſciant ſe pro merito puniri , dolebunt tamen ꝙ deus tantam potentiam ha-
beat,ꝙ plagas eis inferat,hæc Thomas ſecunda ſecundæ.q.xiij. articulo ſecundo.
¶ Quid curabimus de eis quorum damnatio irreuocabilis eſt,omnipotens deus eſt qui
eos punit ,& ſi oderint eum non nocebunt ei,vere ſcio diligere nunquam poſſunt deū,
nec ipſe curat de eis q̃uis clament,blaſphemēt,vlulent,& gemant,nulla pietate erga eos
mouetur,nec eius offenſa magis intenditur , ſed in æternum prout in hac vita peccaue-
runt puniuntur. De ipſis ergo non eſt diſputandum,ſuper quos omne quod malum eſt
irruet



A irruet, quos omnis anguſtia tenet,ſed debemus iugiter cauere,ne & nos talia opera aga
mus,pro quibus iam ipſi damnantur. Fuerunt enim homines quōdam ſicut nos ſumus
nunc & voluptatibus & deſiderijs iniquis ſe exibuerunt, ſicut iam pene omnes homi-
nes ſe exibent:& quemadmodum illi propter peccata quæ relinquere noluerunt,in pu-
teum pœnarum præcipitantur:Ita & iſti poſt modicum præcipitabuntur , & tamen nō Apoc.9
timent homines iudicium dei antequam ſentiant illud,ſed profecto nimis tarde pœni- Iudicium dei non timent homines
tent,qui iam bene facere nō valent. Loquamur ergo de hominibus adhuc in carne exi-
ſtentibus,et taceamus interim de miſeris ſuper quos prouulgata eſt ſententia damnatio
nis,& videamus quomodo amator mūdi odit deum,vnde & deus ipſum ſibi arbitratur
inimicum,ſi vis intelligere diligenter perpende. Deus præcepit homini diligere verita-
tem ,ſequi iuſtitiam,tenere caſtitatem,habere charitatem,adiuuare proximum, ſuſtēta
re pauperem,tueri oppreſſum,nemini nocere,omnes ſicut ſeipſum amare. Qui hęc facit
amicus dei eſt,id eſt,animi eius voluntatis ſcilicet cuſtos efficitur , quia totus ad diuinā
voluntatem conformatur. Ergo qui contraria iſtorum facit,videlicet qui falſus eſt,iniu-
ſtus,luxurioſus,ſuperbus,maioribus ſe inuidens,minores opprimens,egēti non ſuccur
rit,pupillum & viduam non defendit . Iſte abſq; dubio malitiam damnationis ſequi-
tur,quia ipſum ei deus inimicum arbitratur , atq; deum odiens non immerito dici po-
tuit,dum ea quæ deus odiuit cum magno affectu dilexit. [ Contra folium quod vento
rapitur oſtendis potētiam tuam,& ſtipulam ſiccam perſequeris] O deus quid faciet mi-
ſer peccator [ oſtendis contra eum potentiam tuam] & abſcondis ab eo faciem tuam.
Deus cuius abſconſio faciei mors eſt,cuius viſio vita,quis reſiſtet tibi,niſi tu volueris,nō
eſſemus. Quomodo ſubſiſtet folium,cōtra quod oſtendis potentiam tuam,folium vtiq;
[quod vento rapitur]id eſt, mortis flatu,vbicunq; miſeris deportatur. Miramur o ma-
gne deus & fortis,ꝙ contra inane folium,quod ad nihil vtile eſt,oſtendis potentiam tu-
am, quia ibi non immenſa laus,vbi robuſtus debilem,ſanus infirmum,deus folium ſu-
perat,ſed quando fortis fortem,humilis tyrannum,Chriſtus ſatanam deuincat. Scrute
B mur ergo profundius vt plenius cognoſcamus. ¶ Per folium quod vento rapitur]in Hō foliū dicitur
ſtabilis homo qui omni vento tentationis ſe ſinit circumferri intelligatur. Multorum
enim corda tam vagabunda ſunt,vt ſine firmitate flexibilia ad omnes vanitates, ꝙ quā
cito miſera mens vento inanis gloriæ,aut iracundiæ,laſciuiæ,aut alius cuiuſcunq; vitij
impellitur,ſtatim vſq; ad delectationem & conſenſum impudenter declinatur. Rapitur
autem iſtud folium ab arbore eccleſiæ militantis,quia qui ſuſcepto baptiſmi ſacramen-
to fidelis & Chriſtianus, in bona arbore extitit, creſcentibus annis captus à cupiditate
ad opera tenebrarum facienda,quaſi cum vento volauit. Igitur contra hoc folium, id
eſt, falſum CHRISTIANVM qui [vento] vanitatis [rapitur] deus [potentiam]
ſuam oſtendit,quia nimirum qui ſuperbia inflatus ſe ſuper alios indigne extollere ni-
titur,iuſtum eſt vt potentia dei,ad quam nemo poteſt pertingere, contra eum oſtenda-
tur,quatinus dum deo ſaltem reſiſtere non valeat confuſus addiſcat,quia nemo vnq̃ ſe Lucæ.18 Iſaiæ.14.
per inanē gloriā in altū eleuare potuit,quē deus nō ſtatim per ſuā potentiā humiliauit.
Et tanto durius ac grauius miſer corruit,quanto ſuperbius pręæ alijs aſcēdit . Eſt igitur
honor deo,tyrannos deijcere,& magnos mundi principes, qui ſe quaſi deos reputant,
& reuerentiā vt dij exigunt,quēadmodum Pharaonē & exercitum eius demerſit in ma
re,expugnando à ſuis gaudijs deuincere & vincendo conquaſſare. Nam in pſalmo ſcri-
bitur:Dij fortes terræ vehemēter eleuati ſunt,ſed Chriſtus deus noſter qui eſt dominus
fortis & potens,dominus potens in prælio,contra hos deos arcum ſuū tetendit, gladiū Exo.15
ſuum vibrauit,& potentiam ſuam oſtendit , & inebrians ſagittas ſuas ſanguine, id eſt, Pſal.46
ſententia vindictę ſuæ implens in animabus eorum. Gladius eius carnes eorum deuo- Pſal.23
rauit,quia poſt iudicium generale ſimul in corpore & anima ſine fine cremabuntur. Ita Pſal.7
domine [ contra folium quod vento rapitur oſtendis potentiam tuam] imo [ & ſtipu-
lam ſiccam perſequeris] Per ſtipulam à ſole ſiccatam humana mens, ſole proſperitatis
mundanę arefacta,& ſine rore gratiæ relicta deſignatur. Vnde ſicut ſtipula ſicca in fa-
ſciculis colligitur , & in ignem mittitur , quia ad hunc apta eſt , ita & miſera anima hu
ius vitæ vanitati dedita malis & immundis affectibus illecta , quia ſine operibus vere
pœnitentiæ à ſuis delectationibus capitur , hanc D E V S perſequitur & in ignem Matt.3
infernalem , quia ad nihil aliud apta eſt , mitti iubetur. Vnde dicitur. Pugnabit Sapi.5.
cum

cum eo orbis terrarum contra inſenſatos. Omnes autem non ſolum cœlum, ſed & ter- C
ra, inſurgunt aduerſus impium accuſantes ipſum coram iudice, imo & vniuſcuiuſq; re-
probi propria conſcientia ipſum non ceſſat condemnare. Igitur o bone Ieſu, ſtipulam
ſiccam perſequere, antequàm ab hac terra cogatur tranſire. Nolite fratres mei intellige-
re de deo, quod ipſe magnæ deus potentiæ potentiam ſuam contra hoc materiale foli-
um oſtenderet, cum ipſe curam de hoc non habeat, aut ꝙ ipſe ſtipulam quæ iacet in ter
ris noſtris perſequeretur, cum ipſe nobis de hac dominium dederit. Sed potius intelli-
gite quemadmodum ſupra expoſitum eſt, ꝙ de vobis miſeris qui leues eſtis fragiles &
ad omnem impietatem cum vento tentationis volantes, & ꝙ eſtis calidi in carnali con-
cupiſcentia, & ſicci ſine humore diuinæ gratiæ, conſiderate ꝙ dicta ſunt hæc verba.
Quia contra vos oſtendit potentiam ſuam, vt relinquatis viam veſtram malam & iudi-
cia dei ſemper habeatis in conſpectu veſtro. Ac perſequitur vos infligendo tribulatio-
nes, vt qui per proſperitatem ad ipſum conuerti renuitis, ſaltem per aduerſitatem miſe-
riam veſtram cognoſcatis. Quia niſi conuerſi fueritis, ſine dubio occidet vos in gladio
oris, id eſt, ſententia irremeabilis verbi, qua percutit peruerſos dicens: Ite maledicti in
Matt. 25. ignem æternum. Grauis & magna percuſſio eſt, q̃ qui percipit, in puncto ad infernum
cadit. ¶ Propter quod nec ego timeo hæreticos aut inuidos qui forſitan inſurgent cõ
tra me dicentes: Aut me in expoſitione errasſe, aut ſacra verba congruenter non tractaſ
Doctores moderni, nõ ſpernẽdi ſunt. ſe, non acceptantes me, quia modernus ſum. Sed profecto qui bonos modernos repro-
bat, heſternos non laudat. Non enim eſt deus nunc minoris bonitatis, quàm fuit in pri
mitiua eccleſia, qui adhuc electos ſuos ad amorẽ æternitatis deſiderandum pręparat, qa
& quos vult cœleſtis ſcientia, ſapientiaq; diuina inſpirat. Verum ſciatis ꝙ epiſcopus nõ
ſum, nec prçlatus, nec rector eccleſiarum: tamen ſolicitus ſum pro eccleſia dei, ſi poſſem
D. Richardi nři vita aliquo bono modo quicquã facere, vel ſcribere quo eccleſia Chriſti augmentum capiat
in diuina dilectione. Sum vtiq; ſolitarius intentione, & eremitæ propoſitũ arripui, atq;
mutata tunica ſoli deo vacare concupiui. Quamobrem forſitan, quia pauper ſum, & nõ
reputatus inter magiſtratus mundi, paruipendetis verba quæ loquor vobis, ſed ſi me cõ D
temnitis quod parum reputo, hoc vnum ſciatis, ꝙ nunquam deus, nec papę, nec epiſco-
po, nec alicui alij cuiuſcũq; ſtatus fuerit, ſingulari virgine excepta, de gloria æterni amo
ris in hac vita illam prærogatiuam tribuit, quam vero ſolitario denegauit. ¶ Vnde
qui arguere contendunt, communẽ vitam plus valere quàm eremiticam, niſi conſidera
rent inſtantiam exterioris operis, non affluentiam internæ contemplationis, nimirum
deſipere probantur. Quia dum auſteriori pœnitentiæ eremita ſe ſubijcit, atque cum
hoc in canorum iubilum Chriſto annuente ſurgit: quis audeat aliquẽ hic proponere,
q̃uis mortuos ſuſcitauerit, & maxima opera fecerit, quem deus in tanto amoris ſui my-
Libros de pfectione Richardus ſcripſit ſterio dignatur collocare. Sed quærite de hac materia in libello de vita eremitarum, etiã
& in libro de perfectione, & gloria ſanctorum, quia ibi inuenietis de eminentia ſanctita
tis. Redeo ergo ad propoſitum accinctus ad explanãdum, quod autem ſpiritualiter ſint
intelligenda non literaliter prædicta verba, etiam per hoc quod ſequitur manifeſtatur.
[Scribis enim contra me amaritudines, & conſumere me vis peccatis adoleſcẽtiæ meę]
Patet profecto ꝙ peccator & pœnitens ſe folium vento raptum inſinuat, & ſtipulam ſic
cam non negat, ſcit nanq; deum contra ſe potentiam oſtendentem, & ſentit ipſum ſe per
ſequentem, dum audiendo intelligit, & intelligendo audit [Scribis enim contra me a-
maritudines] id eſt, in memoria retines, ꝙ pro venenoſis terrenis ſcilicet, delectationi-
bus, amaritudinibus merui ſubiacere. Hic loquitur humano more. Sicut clerici ſolebant
ſcribere defectus aliorum, vt in tempore viſitationis, in prõptu ad accuſandum inueni-
ant, quod contra eos ſcripſerunt. Ita deus omnes defectus noſtros contra nos reuocat,
Apoc. 20 ac ſi ſingulos per ſe ſemper ſcripſerit, vnde Ioannes dicit: Aperti ſunt libri & iudicati
ſunt mortui ex his quæ ſcripta erant in libris ſecundum opera eorum.
¶ Vel ſic [Oſtendis potentiam tuam] id eſt, iuſtitiam tuam contra impios qua damnas
eos, & non eſt mirum ſi ſtipulam ſiccam, id eſt, animam peccantem, ſine gratia exiſten
tem perſequeris. Nam [ſcribis cõtra me amaritudines] id eſt, me amara paſſurũ præui-
deſti me ſcilicet, qui ſine malis ſum, non dimittes impunitum, quanto magis qui ſceleri-
bus inuoluitur, ſine magno tormento non euadet? Verumtamen iuſtus in hac vita af-
fligitur, vt in futuro maiorem gloriam conſequatur. Et non ſolum hoc modo ſcribis
contra



cõtra me] ſed quod grauius mihi videtur [Cõſumere me vis peccatis adoleſcentiæ meç]
quia peccatis meis & in adoleſcentia perpetratis, me vis conſumere, ſi ea in quantum in
me eſt nolo emendare. Audeo nanq; dicere, ꝙ neminem conſumis quem de peccatis ve
A re cernis contritum. Porro raro inuenitur vere pœnitens, quia q̃uis quiſquam pœnite-
re incipiat, tamen non perſeuerat, nam tentatus in peccatum iterum labitur & peiorem
ſe ſtatuit q̃ prius fuit. Hunc deus vult conſumere peccatis adoleſcentię ſuæ, quia non
ſolum peccata peracta purgare non nititur, ſed & iniquitatẽ ſuper iniquitatẽ addere de-
lectatur. Et ſic dum ſe bene & ſecure in deſiderijs gaudere æſtimat, ſubito hinc raptus
aperte coram Chriſto deſperat. Et ſciendum eſt ꝙ adoleſcentia nõ ſemper ponitur pro Adoleſcentia lubrica.
ætate, ſed & pro ipſa peccati delectatione. Nulla enim ętas hominis ita lubrica eſt & la-
ſciua, ſicut adoleſcentia & iuuentus, & quando homo tentationi conſentit, velut eſſet
adoleſcẽs, ſine freno progreditur, non ceſſans quantum poteſt, donec cõcepta libido cõ
pleatur. Et ideo ſic poſſumus exponere iſtud. [Conſumere me vis peccatis adoleſcen-
tiæ meæ] id eſt, laſciuiæ meæ qua mandata tua contẽpſi, & pro libito ad prauam volũ-
tatem explendam impudenter ambulaui. Cauete omnes conſumptionem, quæ eueniet
in diuina examinatione. Latere non poteritis. Apparere non tollerabitis. Cauti ſitis, di-
rigendo vitam veſtram, & timete ipſum qui vult cõſumere vos adoleſcentiæ peccatis. Heb. 4.
Non enim erit momentũ temporis, quod nõ requiretur à vobis, in diſtricto die, quid in
illo egiſtis. Recte ergo dixit ſapiẽs: Beatus qui ſemper pauidus eſt, quia multos nũc ma-
le ſecuros, poſt hanc vitam peſſimus pauor circundabit, vnde ſequitur [Poſuiſti in ner- Prou. 28.
uo pedem meum, & obſeruaſti omnes ſemitas meas, & veſtigia pedum meorum & cæ.
[Poſuiſti in neruo] id eſt, poni permiſiſti in laqueo [pedem meum] id eſt, amorem me-
um, quo feror quocunq; feror, vel ad cœlum vel ad infernum. Amor enim noſter, pes Pes nř amor dr̃.
noſter eſt, qui ſi fixus ſit in cœleſtibus gaudijs perfruendis, ad deũ profecto nos ſuſcipit
& ad æternas polorum mãſiones nos perducit. Verum ſi amor cordis noſtri interna de-
lectatione, & carnali mollitie inuolui permittitur, abſq; dubio per latam viam ad caligi Matt. 7
nem infernalis amaritudinis, & ad carcerem captiuorum nos ducere non deſinit, quia
pondus mundanæ cupiditatis cor deorſum premit. Vnde & recte hic dicitur. [Poſuiſti
B in neruo pedem meum] quia iam (quod dolendum eſt) laqueus leuiathan vbiq; poni-
tur, & vix vnus euadit, qui ab eo non capiatur. Etenim hoſtis noſter in iſtis temporibus
ſe vndiq; ſuſceptum iactitat, quia iam pene totum orbem terrarũ ſuis vinculis ligat, vn-
de iam impletum eſt illud quod alibi dicitur. Abſorbebit fluuiũ, & non mirabitur, & fi-
duciam habet ꝙ fluat Iordanis in os eius. Et ſunt verba dei ad Iob de leuiathan. Per flu- Iob. 40
uium ergo peruerſi populares intelliguntur, qui fluunt & refluunt in vitijs, & nuſquam
in deo, vel per vnam horam quieſcunt, quos abſorbet diabolus, & nõ miratur, quia dum
hos in faucibus ſuis ab initio tenuit mirum & magnum non reputat, ſi hoc flumen ſecu-
larium impiorum ad ſtagnum inferni cum eo deſcendit. Per Iordanem qui humilis de
ſcẽſus interpretatur, prælati, & ſacerdotes, & religioſi ſignãtur, qui quanto magni ſunt
ſe deberent in omnibus humiliare ſuam quoq; infirmitatem cognoſcere & deſcendere Prælati pverſi in os diaboli fluunt.
ad inſtructionem populi, verbo & exemplo paſcendo gregem Chriſti. Sed dum vnuſ-
quiſq; ad temporalia bona poſſidenda, humanumq; fauorem amplectendum innititur,
nimirum apud deum omnes reprobantur, ſic quidem diabolus fiduciam habet ꝙ fluat
Iordanis in os eius, quia cum hi qui præcipue in eccleſia dei prodeſſe deberent, ſeculari- Clerici laſciuitã xantur
bus negotijs ſe implicantes, non niſi corporalia gaudia cupiunt, ſciant ſine dubio, ꝙ in
os ſatanę fluunt, hi dicant [Poſuiſti in neruo pedem meum] quia in laqueo quem ab-
ſconderunt inimici comprehenſus eſt pes eorum. ¶ Quidam dixerunt neruum eſſe
laqueum ſicut hic ponitur. Alij dicunt neruum eſſe longam herbam & tenacem. Alij le-
gũt hic neruũ & habet duas ſignationes ſecundũ ipſos. Cũq; ponitur pro cippo, & eſt Cippus.
quoddã genus tormẽti, cippus anglice ſtoKKes. Aliquãdo ponitur pro illis, quibus oſſa
ligãtur, anglice ſeuenus, & ſic cõſequẽter hic exponitur. Heu oẽs diligũt munera, oẽs ad Iſaiæ. 1
terrenã dignitatẽ aſpirãt, à propheta vſq; ad ſacerdotẽ oẽs faciunt dolum, oẽs in laqueo Ierem. 6.
terrenorum poſiti ſunt, ad vanã & fallibilẽ gloriã vniuerſi cõcurrunt. Et ne putent ſe leui
ter tranſire, ſine ſtatus ſui reddenda ratione, ſtatim ſubditur [Et obſeruaſti oẽs ſemitas
meas] ac ſic aperte diceretur, ad quẽcunq; finẽ deuenero ibi mihi obuiare cogitas, qa oẽs
ſemitas per quas ambulo obſeruas. Et ſi hic fideliter fecero diſpẽſationẽ quæ tradita eſt
ab omni-

ab omnibus malis me eripis. Alioquin ſi male tortoribus me tradis. O quàm felix eſt, C
Pſal. 22 qui poteſt dicere cum pſalmiſta: Deduxiſti me ſuper ſemitas iuſtitiæ propter nomen tu-
um. Nam & ſi ambulauero in medio vmbræ mortis non timebo mala, quoniam tu me
cum es. Magna nimirum audacia amatoris Chriſti in medio vmbræ mortis mala non
Vmbra mortis vita præſens dr. timuit, quia exiſtente deo cum ipſo, iuſtitię ſemitam indefeſſe cuſtodit. Vmbra mortis
poteſt dici hic præſens vita, quia in hac omnes per ſimilitudinem mortis morimur, &
tamen nulli niſi hi qui ad infernum cadunt, moriuntur vere. Ibi enim ad vitam nunquã
reſurgunt, nos deniq; ſi iuſti ſimus iterũ reuiuiſcimus, & ideo vmbra mortis hanc tẽpo-
ralem mortem vocamus, in qua ſi perfectus vir ambulat, mala non formidat nam diui
no ſolatio in corde ipſius infuſo, ſecure viuit, & gaudens moritur, quia non niſi in æter-
no amore lætari conabatur. Et merito quidem cum excellenti gloria ſuſcipitur ad ſe-
des cœlicas qui in terra poſitus perfecte contempſit diuitias mundanas. Nam inter e-
pulas diuitum, dilecti dei æternæ dilectionis delitias concinunt, & poſtpoſita carnali
gloria, oblitaq; immunditia, in ſonoram cœli citharam interius liqueſiunt. Igitur non
ſolum [ obſeruaſti omnes ſemitas meas ] ſed [ & veſtigia pedum meorum conſidera-
ſti] id eſt, affectionum mearum veſtigia quo tendunt percipis, & de omnibus exteriori-
bus & interioris hominis arcanis tibi rationem reddi requiris. Quid eſt enim veſtigia
pedum meorum conſideras, niſi finem cogitationum mearum expectas? Nihil eſt quod
Hebr. 4 te latet, omnia ſecreta mea bene noſti, ſemitas meas obſeruas, & veſtigia conſideras, qd
1. Reg. 16 faciam vbi fugiam, ſi male egero væ mihi eſt, dolor vndiq;, anguſtia vbiq;, ſupra me iu-
Sopho. 1. dex condemnans, intra me conſcientia mordens, iuxta me mundus accuſans, ſubtus
me infernus abſorbens. In iſtis aſtrictus articulis, quo ibo in quem ſperabo, apparens cõ
fundor, & ſi deliteſcere voluero nunquam abſcondor, & quia contempſi deum non in-
Titum. 2 ueniam adiutorem. Porro ſi bonus fuero, & mãdata dei fideliter cuſtodiero, ſobrie, pie,
& iuſte, vixero in conſideratione veſtigiorum pedum meorum gloriabor, erit mihi iu-
dex ſaluans, concio ſanctorum applaudens, conſcientia gaudens, & infernus à me rece-
dens. Et quia iam omnia hæc aſpicere non potero, diuinam clementiam patienter ex-
pectabo, quia nondum peruenio ad corpus glorificatum, qui adhuc [ quaſi putredo cõ D
Iob. 25. ſumendus ſum. ] Caro enim ſicut putredo conſumitur, quæ exhalans animam in terra
vermibus datur. Vnde quidam recte dixit, homo putredo & filius hominis vermis. O
vermis vt quid extolleris? O putredo quid fruſtra gloriaris? Indecens enim eſt putredi-
ni in altum ſublimari. Ergo [ quaſi putredo conſumendus ſum & quaſi veſtimentum
Homo putredo et vermis dicitur. quod comeditur à tinea] hanc conditionem omnes homines habent. Non enim hæc
neceſſe eſt exponere, quæ omnes iam in viſu parentũ didecere, oſſa viderunt mortuorum,
vſq; ad putredinem conſumpta cognoſcunt corpora parentum, imo in nihilum ipſa ſci-
unt redacta, & tamen quod ſtultiſſimum & dementiſſimum eſt, pro iudicio animarum
ſe non præparant, ſed quaſi hic ſemper viuere poterunt terrenis rebus anhelant. Cor-
pus igitur eorum velint nolint, vt putredo conſumitur, & ſicut veſtimentum vetus à ti-
nea & vermibus comeditur, ſed quod miſerabilius praua anima dæmonijs deputatur.

¶ Vt aliter ab illo loco Poſuiſti &c. & legatur in neruo pedem meum, ſicut multi libri
habent, & exponatur in perſona viri iuſti ſic [ Poſuiſti in neruo pedem meum ] id eſt,
per neruum compegiſti pedem meum cæteris membris vt p pedem amor dei intelliga-
tur, per neruum patientia. Dicatur ergo [ Poſuiſti in neruo pedem meum ] id eſt, te lar-
giente charitati patiẽtia cõnectiť & p patientiã charitas magna velocitate ad currendũ
Chriſto dilatatur. Qui enim ardentius amat, amplius feſtinat, velocius currit, citius &
fœlicius peruenit. Non retardatur obſtaculis viæ, qui ardenter anhelat ad cœnam pa-
triæ, & merito quia [ obſeruaſti omnes ſemitas meas ] dicit iuſtus per quas ad te gradi-
or, quia nõ declinaui ad dextrã, ſuperbiens propter proſpera, neq; ad ſiniſtrã dolens pro
Lucæ. 14 pter aduerſa, & bene dico [ obſeruaſti ] nam ego non potui nec ſciui, quia inimici mei
Pſal. 119. funes extenderunt in laqueum, & iuxta iter ſcandalum poſuerunt mihi, vt caperent me.
Pſal. 21 Circundederunt me canes multi & conſilium malignãtium latronum obſedit me, ſed
tu domine deus meus cuſtodiſti me de manu peccatoris, & obſeruaſti oẽs ſemitas meas
à te ne euerterẽtur. Iſtę ſemitę ſunt virtutes ſpirituales, caſtitas ſcilicet humilitas, chari-
2. Cori. 5. tas, patientia, temperãtia, fortitudo, iuſtitia, & his ſimilia, quibus ad deum proficiſcimur
& cum in corpore peregrinamur, quas obſeruat Chriſtus à latronibus, id eſt, à malignis
ſpiriti-



ſpiritibus qui obſident nos, ne illas à nobis per ſuam aſtutiam auferant, & in vijs vitio-
A rum lubricis & lutoſis demergant [& veſtigia pedum meorũ conſideraſti] vt recte, ſ. in
ipſis ſemitis meis, non quia à me ſunt, ſed quia tu mihi eas dediſti, ambulem & in vani
tatibus mundi prorſus non attendens, ad te feliciter peruenire iugiter ſuſpirem. Ecce q̃ Ephe. 1.
magna eſt bonitas dei in nobis, in ipſis videlicet quos elegit quã ſolicitus eſt, ſalutis no-
ſtræ ſemitas obſeruat, veſtigia cõſiderat, inimicos calcat, & nos exaltat. Et quamuis ca-
ſtus ſim corpore, mundus corde, mitis mente, tamen [quaſi putredo cõſumendus ſum]
à detractoribus, ſ. qui nituntur ſcandalum ponere, & me quaſi putredinem conſumere,
dum mihi quaſi libidinoſo & iniuſto non ceſſant derogare. Quid enim dicatur verius
peccator quàm putredo, qui putreſcens in ſordibus ſcelerum ad putredinem pergit in-
fernorum [& quaſi veſtimentum quod comeditur à tinea. ] Tinea eſt vermis, quæ pan Tinea in
nos raro vſos & in arcis abſconſos comedit & rodit, per quam inuidi non incongrue uidi notã
poſſunt deſignari, qui veſtimenta, id eſt, ſpiritualia ornamenta iuſtorum, quæ abſcon- tur.
ſa ſunt à vana gloria, & poſita in arca conſcientiæ firmæ, rodũt & demoliri conantur, Matt. 5
vt non luceat lux eorum coram hominibus, quam ipſi detrahendo & inuidendo extin
guere ſtudent, ſed dum inuidi alios rodere & deſtruere cupiunt, ſeipſos profecto acerbiſ
ſime pungunt, quia vermem immortalem quo inæternum rodentur, in ſe aſſumũt. Vn- Iſaiæ. 66.
de in inferno poſiti dicent, qui nos comedunt non dormiunt. Quia enim inuidus pro Marc. 9
alieno bono igne nequam exuri non timuit, in igne inextinguibili qui amariſſimus eſt, Iob. 30
ſine fine ardebit.

## ¶ Caput XIII.

HOmo natus de muliere, breui viuens tempore, repletur multis miſerijs. ] Diffini-
unt hæc verba triplicem dolorem, qui poſt peccatum primi parentis noſtri Adæ
toto humano generi ex virili ſemine deſcendenti introductus eſt. [Homo natus de mu
liere] Ecce damnabile primordium, qui enim in peccatis & iniquitatibus concipitur,
neceſſe eſt vt & in peccatis naſcatur, niſi aliquo ſpeciali priuilegio in vtero matris ſan- Lucæ. 1
ctificetur, & purificetur ſicut beata virgo. Sed iam nemo renaſcitur antequam naſcať, Ierem. 1.
& ideo intrantibus in hunc mundum illud originale peccatum imputatur, donec ablua Iohan. 3.
tur baptiſmi ſacramento. [ Breui viuens tempore] ecce immenſum periculum. In exi-
lio enim ſumus & neſcimus quando iubemur hinc recedere, incerti quoq; exiſtimus ad
B quod hoſpitium, ad bonum ſcilicet vel ad malum poterimus tranſmigrare [ Repletur
multis miſerijs ] Ecce ineuitabile ſupplicium, ex duobus præmiſſis ſequitur. Quia q pec
cator eſt, & in exilio manet, nimirum multa incommoda experiri cogitur, & iuſtum eſt
in quantũ ſic eſt, ꝙ pœnã patiať. Repletur igitur miſeria miſer homo, quia qui ſpõte pa
radiſicam amœnitatem deſeruit, digne ad terrenã miſeriam inuite peruenit. Deſcendit Miſerijs multis
itaq; à gaudio ad luctum, à cantu ad fletum, à delitijs ad horrorem, à diuitijs ad mendici hõ repleť.
tatem, & merito multis miſerijs repletus in prolongatione incolatus ſui, cogitur geme- Pſal. 119.
re, qui in ſedibus cœligenarum deum contempſit amare. Indictum eſt ergo ei, ꝙ pecca-
tor venit, in periculo manet, & ꝙ multis miſerijs repletur. Vnde & apoſtolus ait: Vani-
tati ſubiecta eſt omnis creatura non volens, velit, nolit, homo vanitati ſubijcitur, dum Rom. 8
in mundo moratur, etiam ſanctus homo, donec à ſe carnis pondus abijciat, & ad cõtem
plandam veritatem in cœlum vadat. [ Homo natus de muliere] nihil ſordidius [breui
viuens tempore] nihil ſceleſtius [repletur multis miſerijs] nihil doloroſius. Fragilis ho-
mo de molli materia naſcitur, & in hoc videtur, ꝙ mulier nõ degenerat, nam qualis eſt
quæ parturit, talis eſt qui generatur. Dolens mater & dolentem filium gignit, & huma-
næ cõditionis miſeriam initium hominis exprimit: ſed periculoſa progreſſio exilij im-
portunitatem oſtendit, viuit enim breui tempore: quia vt ait Salomon, hoc iudicium o-
mni carni ſcilicet vt breuiter viuat, & cito moriatur, ſiue enim decem ſiue centum ſiue Eccli. 41.
mille annis, quis vixerit, non eſt in inferno excuſatio vitæ, heu in mundo breui viuens
tempore in inferno moritur ſine fine. Vnde ſcribitur væ vobis viri impij, qui dereliqui-
ſtis legem domini, & ſi nati fueritis in maledictione naſcemini, & ſi mortui fueritis, in
maledictione erit pars veſtra. Væ iniquo ſiue naſcitur ſiue moritur maledictioni ſubiu- Eccli. 41.
gatur. Putant quidam homines, ꝙ ſi viuere poſſent centum annis in voluptatibus & de
ſiderijs ſuis, ꝙ eſſet eis ſufficiens felicitas. Sed conſiderent miſeri, quia in inferno nulla
eſt redemptio, ſi centum mille annis vixerint, ad æternos annos in quibus cruciabuntur

Miſeriæ hominis multæ. — qui erit. Repletur nanq; miſerijs, miſeria corporis, miſeria mentis, miſeria ante ortum, C
miſeria in ortu, miſeria poſt ortum, miſeria in vigilia, miſeria in ſomno, miſeria in vita,
Hõ non habet miſeriã niſi propter pcͤm. — miſeria in morte, miſeria poſt mortem, & hæc grauior eſt & maximi mœroris. Ergo
verum eſt, ꝙ [natus de muliere breui viuens tempore repletur multis miſerijs.] ¶Mul
tæ ſunt miſeriæ, quibus repletur miſer homo, & non habet miſeriam niſi propter pecca
tum. Quot ſunt peccata, tot iuſte miſeriaꝝ habebit tormenta. Sed vitia in quibus labi
tur, innumerabilia ſunt: ergo miſeriæ, quibus replebitur, innumerabiles erunt. Huic cõ
Pſal.139. cordat propheta, dicens: In miſerijs non ſubſiſtent. Quare non dixit Iob: Repletur miſe
ria, ſed multis miſerijs. Quia miſeri damnati tranſeunt ab aquis niuium ad calorem ni
Iob.24. mium. Habent enim miſeriam mortis, miſeriam vitæ, miſeriam ignis, miſeriam aquæ,
miſeriam nuditatis, miſeriam veſtis, miſeriam caliditatis, miſeriam frigoris, miſeriam
ſitis, miſeriam famis, miſeriam putredinis, miſeriam fœtoris: ita non ſolum multis, ſed
Iob. 3. omnibus potius miſerijs replentur. ¶Quare miſero data eſt lux & vita, his qui in ama
ritudine ſunt: Pereat, inquit, dies in qua natus ſum, & nox in qua dictum eſt, conceptus
eſt homo. Obtenebrentur ſtellæ illius noctis caligine. Expectet lucem, & non veniat,
nec ortus ſurgentis auroræ, quia non concluſit oſtia ventris qui me portauit, nec abſtu
lit mala ab oculis meis. Heu quàm miſer homo, qui perdidit omnia pomo. Labimur &
cadimus, præſto peccamini ſumus. Verm[i]bus, dum morimur, caro, ſpiritus igni dona
tur. Cogita, o homo, quàm vilis & immundus, & miſerabilis ſis intrans de vtero mulie
ris in hunc mundum. Penſa, ꝙ flens, lugens, & dolens, pauper & nudus hoc exilium in
cipis inhabitare. Et ne putes ſi poſtea adquiſieris falſas diuitias, ꝙ diu viues in illis. At
tende, quod ſubditur. [Breui viuẽs tempore] at ne adhuc decipiaris, æſtimans hoc par
uum tempus quo hic morari permitteris, tibi ad ſola proſpera exhibitũ eſſe, ſtatim an
nectitur [Repletur multis miſerijs] Ex his liquet, quia ſi modicum habet quod mulcet,
Filij huius mũdi miſeria ſi replẽtur — habet etiam & multum de miſeria, de quo dolet. Verum & dum ſe proſperari lætatur,
repletur miſeria. Epulis ſe ſatiat, delitijs ſe mancipat, diuitias congregare non ceſſat: &
tamen non caret miſeria, ſed repletur ipſa. Vnde enim cibus vel potus ſuperflue ſumi
tur, hoc ꝙ nimis eſt ad corrumpendum naturam vertitur, non ad ſubſtãtiam carnis ſu D
ſtentandam hauritur. Si vero diminutum, hoc eſt minus naturæ ſufficiens accipit, caro
profecto debilitata, ad deficiendum non ſubſiſtendum vadit. Deniq; inhiat diuitem fie
ri, & in rebus mundi glorificari: & nimirum ibi miſeria eſt, quia & ſi multa concupierit,
multa adquiſierit, adhuc in cupiditate anxius erit. Nam & ſi pecunia non implebitur,
abſq; dubio miſeria repletur: vbi ergo diuitiæ deficiunt, miſeriæ ſupplebuntur. Non di
Modus comedendi. — xi, ꝙ non deberent comedi bonæ eſcæ mundi: ſed volo, vt temperate & in mẽſura & bo
no vſu ad neceſſitatem, non ad voluptatem, nec ad voluntatem comedantur. Non eñ
ſunt continentiores nobis beſtiæ, quæ fœnum comedunt & herbas, & nos optima ciba
ria deguſtamus. Neq; vero meliores ſunt cupidi & auari, qa viles eſcas ſibi emunt quas
comedant, vt bonis temporalibus parcant. Ille namq; de abſtinentia ſua pœnam meru
Eleemoſyna facienda tempore ieiunij. — it, qui pro parcitate ſeu tenacitate abſtinere curauit. Quantum aũt quis res mundi poſſi
dens, de cibo & potu quando ieiunat ſe abſtinet, tantum ſi meritorium ſit ieiuniũ, pau
peribus dare debet. Alioquin non animæ ſed carni ieiunare conuincitur: quia quod al
tera die à deo detinuit, altera ventri proprio præbetur. Porro ipſæ diuitiæ male vtenti
bus eis miſeriæ ſunt, & miſerum non diuitem faciunt. Ergo peccator quanto plus abun
dat diuitijs, tanto plenior eſt miſerijs. ¶Quippe Chriſtus homo natus de muliere, ſed
Lucæ.1 — benedicta & glorioſa ſuper omnes mulieres, breui viuẽs tempore in hoc, ſ. exilio ſcd̃m
Iſaiæ.53 — carnem replebatur multis miſerijs, miſerijs pœnæ non culpæ. Sponte enim famem, ſi
1.Pet.2 — tim, & frigus pertulit. Demum & amariſſimam mortẽ tolerauit. Nos vero miſerijs cul
Philip.2. — pæ & pœnæ affligimur, & nolumus volumus, dolori multiplici ſubiugamur. Inde eteñ
in multas miſerias cadimus, vnde cõtra deũ nrm̃ ingrati peccamus. Quamobrẽ nõ de
beret homo cõfidere in diuitijs, nec ſpare in theſauris. Neſcit eñ homo, vt ait ſapiẽs, fi
Eccls.9 — nẽ ſuũ. Sed ſicut piſces capiunt hamo, & aues laqͦ: ſic capiunt hoĩes in tp̃e malo. Vñ &
cõgrue ſubiũxit, poſtq̃ deſcripſerat hoĩem miſerijs repletũ, dicẽs. [Qui q̃ſi flos egredit,
& fugit velut vmbra, & nunq̃ in eodẽ ſtatu p̃manet] Flos ſpecioſus eſt ĩ æſtate, ſed poſt
ea ſtatim marceſcit: & q primo erat amabilis & cõfortabilis in oculis intuentium, cito
deuenit in puluerem & conterit in nihil: Sic homo floret ĩ iuuenilibus annis, & trãſacto
lasciuiæ



A laſciuiæ tempore, cum iam ſeneſcere incipit, velut flos egrediens in mortem cadit, ac à
gloria præſentis vitæ marceſcens, per morbum mortalem conteritur, qui paulo antea
fortis, formoſus, & florens videbatur. Hinc Iſaias aperte dicit: Omnis caro fœnum, & Iſaiæ.40
omnis gloria eius quaſi flos fœni. Flos fœni cito tranſit, & tota humana gloria per mor
tem recedit. Vnde pſalmiſta: Percuſſus ſum vt fœnum, & aruit cor meum, quia obli Pſal.110.
tus ſum comedere panem meum. Qui crudelis vt leo vixerat, iam vt fœnum per falcem
mortis percutitur, & cor eius ſine gratia dei exiccatur. Et merito, qui panẽ verbi dei au
diendo, & faciendo comedere noluit, fame & ſiti arefactus peribit. Igitur homo quaſi Matth.4
flos egreditur, dum per proſpera blandimenta mundi lætatur, & vt flos conteritur, quia Lucæ.11
qui laudabatur dum diues extitit, iam hyeme aduerſitatis intrante, vel paupertate ſuper
ueniente, in contemptum vadit. In mundum miſer venit, à mundo miſer & pauper exit.
Quomodo ergo audet appetere ſe diuitem fieri, vnde ſe cognoſcit ſicut non rectum & va Eccls.5
num damnari & conteri? Intelligat homo, quia non deberet terrena cupere, nec carna 1.Tim.6
lia gaudia deſiderare [Fugit enim velut vmbra] ſed à quo fugit? & ad quem fugit? & Iob.1.
cur fugit? Si malus ſit, fugit ab his quæ amat, & cum quibus vellet ſemper eſſe, ſi poterit,
ſcilicet ab vxore, à filijs, à poſſeſſionibus ſuis: & his omnibus merito carebit, quæ ſuper
flue dilexit. Et quamuis fugiat, tamen non inueniet refugium, quia qui Chriſti adiuto
rium in hac vita non meruit, poſt mortem profecto nõ ad cœlum, ſed ad barathrum fu
giens venit. Ex his patet, ꝙ ideo fugit, quia diutius hic perſiſtere non finitur, vt amplius
in his quæ male amauit non delectetur. Fugit ergo velut vmbra, Vmbra quæ ex corpo Vmbra
re lucido & opaco cauſat, ab ortu ſolis vſq; ad occaſum ſemp eſt trãſiens & fugiẽs: ſic ho homo dr̃
mo q velut vmbra apparet, & vere non exiſtit, qa cito euanet ab initio ortus ſui, vſq; ad fi
nem vitæ ſuæ ſemper fugit, & eſt in recedendo à præſentibus ad futura. Quanto enim
puer ad ſtatum hominis creſcit, tanto propius ad non hominis ſtatum venit. Vnde veriſ
ſimum eſt quod ſubditur [Et nunquam in eodem ſtatu permanet] Penſate fratres con
ditionis noſtræ fragilitatem, & nolite polliceri vobis longam vitam. Vigilate in præce
B ptis dei, & parati eſtote omni tempore, quia neſcitis diem neq; horam, qua dominus no Luc.12
ſter venturus ſit. [Et dignum ducis ſuper huiuſcemodi aperire oculos tuos, & adducere Matt.24.
eum tecum in iudicium?] &c. Merito hæc verba ad comminationem hominum ſequũ
tur, qui cum ſint miſeri, inſtabiles, inanes, velut vmbra tranſeuntes, inſuper & mẽdaces
rapaces, ſuperbi, malitioſi, multis miſerijs culpæ & pœnæ repleti: tamen autumant ſe iu
ſtos, & remanere impunitos: & plerique promittunt ſe coram iudice audacter reſponſu
ros, fruſtra extollentes ſemetipſos, & non attendentes illud quod ſcribitur: Si voluerit Iob.9
homo contendere cum deo, non poterit ei reddere vnum pro mille, ac ſi aperte diceret:
Deus homini mille beneficia contulit, vbi homo nec vnum bonum opus fecit. Igitur o
domine deus qui ſedes ſuper thronum & iudicas iuſtitiam, dignum ducis ſuper huiuſce
modi ſcilicet tranſgreſſionibus & præſumptionibus aperire oculos tuos, id eſt, oſtende
re, ꝙ oculi tui vident æquitatem, qui ab illis clauſi ſunt, quia non vident nec intelligunt
quàm iuſtus es, & quàm vlciſcens in impijs & peccatoribus: & ideo aperis oculos, quia Pſal.16
quamuis abſcondis iudicia tua ab eis, dum in lubricum permittis eos cadere, extractis
tamen à corruptibili carne, plane videbunt te contra illos oculos tuos reuelare. Et addu
cere eum tecum in iudicium hominem videlicet, qui ſeipſum iuſtificare voluerit, quem
os proprium condemnabit. Adducis vtiq; eum tecum in iudicium, vt cum tecum iudi Eccli.5
catus fuerit, exeat condemnatus, & confundatur aperte, tanto inferius per iniuſtitiã de Lucæ.16
iectus, quanto in iudiciũ tecum eſt adductus, & fiat tibi in iudicio omnino diſſimilis, q
ſe tibi ſimilem per falſam iuſtitiam ſuſpicabatur. Quis enim eſt homo, vt immaculatus
ſit & iuſtus appareat natus de muliere? Et ſi aliqui iuſti ſint in compatione reproborum,
in compatione vero dei vlli non ſunt iuſti. Et ideo [Quis poteſt facere mundum de im
mundo conceptũ ſemine, nonne tu q ſolus es?] Tu ſolus deus es, qui potes purgare im
mundum, & ipſum facere mundum, quod eſt conceptum ſemine virili, & natum in pec
cato originali. Tu es ſolus homo, nullus eſt tibi ſimilis, nec audet quiſquam tecum ad Lucæ.1
duci in iudicium, qui es de ſpiritu ſancto cõceptus, & natus non cõmuni modo quo nos Pſal.18
omnes naſcimur. Sed vtero virginali clauſo, tanquam ſponſus de thalamo proceſſiſti.
Et ideo rogamus te ſolum magnum, qui tam magnam rem ſolus agere potes, quam ne
mo alius poteſt, vt nos purges à peccatis contractis & commiſſis, & facias mundum de


immun

ĩmmundo,antequam pergat de hoc mundo,in quo ipſum modicum manere oportet. C
[Quoniam breues dies hominis ſunt] Breues ſunt,quia cito tranſeunt & nunq̃ reuertũ-
tur.Semitam enim,per quam non reuertar,ambulo:imo(vt prius dictum eſt)nihil ſunt
Pſal.57 & ad nihilum deueniunt tanquam aqua decurrẽs.Miror multum,ꝙ hoĩes non cogno
ſcunt,quia dies ſui breues ſunt.Verum videtur,ꝙ omnes inſani ſunt,aut in freneſi ligan-
tur.Nã ita laſciui, ſuperbi,& cupidi,& præſenti gloriæ mancipati,quaſi longi eſſent an
ni eorum,& multi ſuper terram:imo ita ſecure in his vanitatibus gaudẽt,ac ſi in his ſem
per ſe viuere ſcirent.Et ex hoc conſtat,ꝙ iugiter vitam præſentem appetunt, & mortẽ
abhorreſcunt.Qui nanq; fiduciam non habet futuri gaudij,nihil nouit quærere niſi ſo-
latium mundi.Vnde & merito peccatrix anima in manibus inimicorum dolens deci-
dit,quæ amore terrenæ delectationis decepta,in ipſa venenoſa mollicie vſq; ad mortem
ſe occupauit.Ergo qui male vixerit in breuibus diebus hominis,longos annos habebit
infernalis punitionis.Quia non eſt putandum ab aliquo ſapiente,ꝙ hic aliquis multos
Vitæ nr̃ę terminus nob̃ cõſtitutus eſt annos habeat.Nam ſequitur.[Numerus menſium eius apud te eſt]Tu enim noſti quot
menſibus hic homo morabitur,cuius dies tam breues efficiuntur.Breues quidem & pau
ci,imo quod & durius eſt, mali dies noſtri ſunt doloribus pleni, ærumnis vndiq; obſi-
Philip.1 ti:& ideo boni viri eos ſemper finire cupiunt,quia in die æternitatis glorifice permane-
Pſal.26 re confidunt.Vnde pſalmiſta hunc diem deſiderauit,dicens:Miſericordia tua ſubſeque
tur me,vt inhabitem in domo tua in longitudine dierum. ¶ Longitudo dierum eſt
illa vna dies æterna,quæ in comparatiõe dierum præſentium ſic vocatur, quæ noctem
nec ſolis occaſum,nec obſcurationem nunq̃ videbit:quia ciuitas illa in qua habitabunt
ſancti,claritate dei quę indefeſſe reſplendet illuminatur,& lucerna eius agnus eſt,Chri
Apo.12 ſtus quippe qui abſterget omnem lachrymam ab oculis iuſtorum,& deducet eos ad pa
Iohã.10. ſcua vitæ æternæ,qui in lumine eius lumen videbunt inextinguibile,reſplendentes æter
Pſal.35 naliter in ſedibus annoꝝ delectabilium,de quibus ſcriptũ eſt: Quoniam mille anni an-
Pſal.89. te oculos tuos,tanq̃ dies heſterna,quæ præterijt. Etenim benedices coronæ anni beni-
2.Pet.3 gnitatis tuæ,& campi tui replebuntur vbertate gaudiorum.ſ.angelorum & hominum,
Pſal.64. laudem tuam ſine fine canentium. Quapropter profuſa in deuota mente ſpirituali læti-
Rom.7 tia,ſuſpirat ad exitum præſentis miſeriæ,vt cum ſanctis ſubſiſtat cœligenis, qui in viſio D
ne vultus tui donantur iubilare,atq; vt cum his conſortium capiat, qui iam exuti à cor-
poribus,cũ beatis ſpiritibus coniungi meruerũt.Et ne nimis lõga videat̃ præſens pegri-
natio,& ne duro labore deficiat in via, conſoletur interim in ſpe beata, & expectet patiẽ
2.Cori.5. ter finem tranſitorię tribulationis.[Nam conſtituiſti terminos eius qui præteriri nõ po
terunt] Vnuſquiſq; terminum à deo vitæ ſuæ habet conſtitutum,ad quem nullus homi
num quicquam poteſt addicere,nec in aliquo præterire:vnde & in omni ætate moritur
Hoĩes moriũtur in omni ætate. genus humanum,& hoc deus innoteſcit homini,vt excuſationem non habeat,qui dum
iuuenis eſt ad mortem ſe parare recuſat. Videmus infantes,pueros,adoleſcentes, iuue-
nes,ſenes,decrepitos,deniq; cuiuſcunq; conditionis,cuiuſcunq; ſtatus,ordinis, & ætatis
morientes:& tamen nos fatui & inſenſati mortem nõ timemus.Vere obſcuratum eſt in
ſipiens cor noſtrum & euaneſcimus in cogitationibus noſtris. Væ nobis miſeris, obte-
Rom.1 nebrati ſunt oculi noſtri,& non videmus mala,quibus feſtinamus,ſponte capimur,ſpõ
te labimur,ſponte hoc agimus quo damnamur. Statutus eſt terminus noſter,vltra quẽ
hic viuere non poſſumus,& ſi inducias etiam per momenti ſpacium peteremus,illas nõ
obtinemus:ſed quales tunc in illo tranſitu fuerimus,tales proculdubio iudicabimur, ſi-
ue boni ſiue mali.Et videtur iam,ꝙ pene omnes damnantur, qui in iuuentute moriun-
tur,nam communiter omnes iſtius temporis iuuenes laſciui ſunt,ſuperbi,guloſi, luxu-
rioſi,raptores,fures,pauperum ſpoliatores:deniq; omnium turpium verborum & actu
um ſectatores,& in iſtis & his ſimilibus nequitijs innumeri ab hac luce rapiuntur:vt alij
habeant ſignum qui ſuperuiuunt,ꝙ niſi pœniteant,eandem viam pergunt. De ſenibus
vero qui vſq; ad ſenectutem in ſuis prauis deſiderijs deducuntur, neſcio dicere, ſi ali-
Impœnitentium mors. quis ipſorum ſaluetur.Difficile eſt,vt quiſquam in extremis hoc perquirat,quod per to
tam vitam ſuam obtinere non valebat.Raro enim peruerſa calliditas finem merebitur
felicem,quia ſimilatores & callidi prouocant iram dei. Si ergo in omni ætate mori-
mur,cur in omni ætate ad mortem non præparemur?Nos quippe terminum noſtrum
neſcimus, finem noſtrum penitus ignoramus: & ideo magis cauere debemus, quia
magnũ



A magnum periculum nobis imminet nequando malo fine capiamur. Qui autẽ in cœlo
ſunt ſecuri ſiunt,ſcientes ꝙ terminum gloriæ non videbunt. Ipſis etiam qui in infer-
no ponuntur nullus terminus conſtituitur.Nam damnati cognoſcunt in ipſa exuſtio- Dãnati cognoſcũt i ipſa vſtiõe ꝙ cruciabũtur ibi ſine fine.
ne,quod cruciabuntur ibi ſine fine. Porro qui ad purgatorium iudicantur, in medio
ſunt inter infernum & cœlum, quia quamquam torqueantur in flamma, habent ta-
men terminum conſtitutum,quando liberabuntur à pœna. Vnde & ſecuriores ſunt de
gloria cœli quàm homines in hoc mundo,ſciunt enim poſt illam punitionem ſe perdu
cendos ad paradiſum.Nos vero etiam quamuis in tribulationibus hic viuimus, adhuc
neſcimus ſi poſt peractum hoc exilium ad regnum perueniemus. Et cum huiuſmodi
ſit homo in carne manens, vel in purgatorio exiſtens, quantum ad animam, ꝙ vter-
que dignus ſit flagello [ Et quia terminos eius conſtituiſti ] interim donec finiantur.
[Recede paululum ab eo vt quieſcat,donec optata veniat] In quantum punis paululum
recede,ſed conſolando digneris adeſſe.Iſte eſt ſimilis Petro qui dixit.Exi à me,quia pec Lucæ.5
cator ego ſum domine,quaſi diceret:Peto domine,vt à me exeas.Nam ſcio de te, ꝙ tu q
es iuſtus deus,hominem iniuſtum & peccatorem ſi accedis flagellas,vel forſitan ſic dixe
rat Petrus, qui reputauit ſe indignum tangi ab illo, per quem videret tam mirabile ſi-
gnum fuiſſe factum. Et eſt ſignum ꝙ populi debent ſanctos viros reuereri & honora- Probi & ſancti viri honorãdi ſunt.
re, & ſemper cauere ne offendant eos,aut verbo, aut facto, quia & ſi illi ſint mites & pa-
tientes iniurias,vel irriſiones non recolentes,ſine dubiò deus non obliuiſcitur quin vult
vindicare ſanctos ſuos. Vnde dicitur: Innoteſcat coram oculis noſtris vltio ſanguinis Pſalm.78
ſanctorum tuorum.Et intellige ꝙ dicit : Recede paululum ab eo, id eſt,mitis eſto in pu-
niendo eum,quia nulla anima in purgatorio exiſtens,à pœna perfecte liberabitur anteq̃
totum delictum ſoluatur.Ideo hoc dicit [ Recede &c. ] quia non eſt pœna niſi à deo, &
iuſſu dei. Nam ſubdit [ Vt quieſcat ] vt in ſpe ſcilicet futuræ gloriæ quieſcamus à carna Amos.3.
li & terrena cupidine, dum deus recedit, id eſt, nos carere facit conſcientia mordente Iſaiæ.66.
[donec optata veniat] Hic videlicet quam pſalmiſta deſiderauit dicens: Vnam petij à Pſalm.26
B domino hanc requiram, vt inhabitem in domo domini omnibus diebus vitæ meæ.
Paululum ergo à nobis quos caſtigat in hoc mundo, & ab his qui ſunt in purgatorio
deus recedit, quando & hic & ibi mitius punit, & hoc eſt q̃d ſequitur [ Vt quieſcat] ad
compationem maioris cruciatus [ donec optata veniat ] id eſt, donec perueniamus ad
cœleſtem gloriam,quam optauimus,vbi eſt perfecta quies,ſumma ſecuritas,& indefeſ
ſa felicitas.Et interim vtiq; [ Sicut dies mercenarij dies eius ] Mercenarius eſt qui pro
labore ſuo mercedem expectat. Ergo dies hominis ſicut dies mercenarij, quia ſecun-
dum apoſtolum vnuſquiſq; accipiet mercedem ſecundum laborem ſuum. Sic quoque
velut mercenarius à deo mercedem percipit,qui in vinea domini conſtanter & fideliter 1.Cor.3
laborauit. Inde eſt quod in euangelio dicitur:Voca operarios & redde illis mercedem. Matt.20
Vel proprie vocantur mercenarij illi qui ſunt in purgatorio,quia inuite ſuſtinent pœ-
nam,& tamen expectant cœleſtem manſionem.Vel alij in hac vita, qui non amore ſed
timore deo deſeruiunt. Nam timor pœnam habet,charitas vero foras mittit timorem.
Vel dicitur mercenarius prælatus vel ſacerdos,qui curam animarum accipiunt,non q̃a 1.Iohã.4.
cupiunt regere vel cuſtodire eccleſiam dei in iuſtitia & ſanctitate, ſed quia volunt diui-
tes fieri,& in altitudine mundana præ alijs honorari,& ideo incidunt in laqueum & ten
tationem diaboli. Similiter & hi qui ſacros ordines ea intentione ſuſcipiunt,vt in tem
poralibus bonis exaltentur,inter malos mercenarios computantur, ſed patet quomo-
do [ Sicut dies mercenarij dies hominis] Initium iſtius diei eſt exordium humanæ vi-
tæ,finis vero diei eſt nox mortis:Exeat ergo homo ad opus ſuum à mane vſq; ad veſpe- Pſal.103
ram,& poſtea accipiet plenam mercedem.Sed nõ eſt totaliter ita inter ſeruos dei,& mer
cenarios temporalium dominorum.Nam mundus retribuit mercenarijs ſuis pro diu-
turnitate temporis,vt qui diutius laborauerit, & ſi minus tamen plus accipiat.Deus ve- Differẽtia inter remunerationem ſeruoꝝ dei & mũdi.
ro mercenarijs ſuis maiorem reddit gloriam,qui conſtantiores fuerunt in vero amore,
& paratiores in ſalubri labore,quamuis in hac vita pauciores habuerunt dies, etiam ſi
in iuuentute diſceſſerunt.Alijs tepide vſq; ad ſenectutem laborantibus. Quia apud deũ
non tam valet abſtinentea cibarij, ſicut deſertio peccati,nec ieiunium panis & aquæ ſi-
cut immenſum deſiderium charitatis æternæ.

¶ Caput XIIII. C

QVis mihi hoc tribuat, vt in inferno protegas me, & abſcondas me donec pertran
ſeat furor tuus, & conſtituas mihi tempus in quo recorderis mei?] O infelix cul
pa, & dirus lapſus primi parentis noſtri, quot & quantos deiecit in exitiũ, id eſt, tormen
tum, quàm miſerabiliter filijs ſuis intulit dolorem. Heu quàm abiectum & humiliatum
erat humanum genus, ꝙ poſtea in inferno ſe petebat protegi ab ira dei, q̃d prius in deli-
tijs paradiſicis potuerat epulari. Neſciuit ſinere ſe eſſe bene, & ideo inflictum eſt ei ma-
gnam miſeriam petere, vt maiorem valeret euitare. Ait ergo: [Quis mihi hoc tribuat,
vt in inferno protegas me?] Hæc eſt vox antiquorum patrum, expectantium aduẽtum
filij dei, ad redimendum naturam humanam, qui cupiebant potius protegi & abſcon-
di in inferno, id eſt, in ſuperiore parte inferni, ſcilicet in lymbo, vbi erãt pœnæ tenebra-
rum, ſed non ignium: quàm videre deum iratum & iudicantem, quia tunc forſitan da-
mnaſſet eos ad ignem æternum, quemadmodum fecit cum omnibus reprobis qui co-
ram illo præſentabantur. Electos vero ſuos protexit, & abſcondit in inferno, donec ꝑ-
tranſeat furor eius, quẽ habuit erga genus humanum pro primo peccato, & cõſtitueret
Gal.4. tempus illud, ſcilicet de quo apoſtolus ait: Cum venerit plenitudo temporis, miſit deus
filium ſuum, natũ de muliere, in quo recordetur illorum deſcendendo ad inferna, per-
Zach.9. acta paſſione & educendo illos de tenebris, ponendo in lucem æternæ claritatis. Bene
ergo & ſalubriter optauit, dicens: [Quis mihi hoc tribuat] quaſi diceret: nõ omnes poſ
ſunt hoc tribuere, vt in inferno protegar & abſcondar. Sed tu ſolus qui deducis ad infe
1.Reg.2. ros & reducis, hoc mihi tribuas, vt per tranſita ira tua digneris me inuiſere, & ab infer-
no in quo me abſcondiſti liberare. Neq; vero hoc conceſſiſti omnibus, ſed mihi, id eſt,
Heb.11 omnibus ſeruis tuis, qui fidem veram habuerunt, & illam bonis operibus impleuerunt,
quos ab initio prædeſtinaſti ad vitam æternam, & abſcondiſti interim in loco ſecreto à
Rom.5 rabie dæmoniorum, donec pertranſeat furor tuus, id eſt, placaretur ira tua in ſententia
mortis, quam Adam peccando meruit, & in nos omnes transfudit, ſedaretur vel dele-
Heb.4. retur filij tui incarnatione, qui iam ex quo naturam noſtram aſſumpſit, factus eſt nobis
valde miſericors, cognoſcens quia multæ ſunt miſeriæ & tribulationes noſtræ. Nam & D
Fames pcti. ipſe experimento didicit, qui pro noſtra ſalute pœnam ſuper omnes tolerauit. Sed ecce
nos à ventre matris noſtræ, concupiſcentiam fomitem peccati languorem naturæ noci
uum nobiſcũ portamus, q̃ ipſe Chriſtus nunq̃ habuit, & ideo miſeroꝝ miſerãs & infir-
mis cõpatiẽs nos exules filij Euę ad te clamamus: Eſto nobis ꝓpitius, qa niſi tu ꝑ gratiã
2.Cor.3. tuam in nobis maneas, nec à malo reſiſtere, nec bonum quicquã agere valemus. Proni
Gene.8 in malum fuimus, & quia te fontem vitæ ſponte perdidimus, merito iudicium nobis, vt
nec guttam gratiæ, qua bene faceremus, niſi te donante habemus, imo quod durius eſt,
Rom.7 quia te deſeruimus, à peccato ceſſare non valemus. Hoc enim ago quod nolo, quia qui
ſponte bonum deſerui, nolo volo, malum agere inflictum eſt mihi. Nõ ſolum ergo pec
cando bonum perdidi: ſed etiam deinceps non poſſe non peccare merui, donec veniat
1.Cor.15. [tempus quo recorderis mei.] Tempus vtiq;, quod erit finis temporis, in quo te reſuſci-
Matt.13. tante iacentes in puluere, hoc corruptibile induet ĩcorruptionẽ, & mortale hoc immor
talitatem, quãdo fulgebunt iuſti, ſicut ſol in regno patris eorum, & amoris æterni amœ-
nitas naturam abſorbuerit vſquequaq; tenebras perenni luce inuadente. Tunc recupe-
rabo quod perdidi, habebo potentiam non peccandi, imo qui primo potuit non pecca-
re, ſecundo non poterit peccare. Vel aliter exponantur hæc verba, de his videlicet, qui
ſunt mediocriter boni, qui purgatorium potius petunt quàm damnationem. Nam per-
fecti viri euolant cito ad cœlum, quibus placatus eſt deus, & non indigent in inferno
protegi, quia ipſe deus abſcondit eos in abſcondito faciei ſuæ à conturbatione. Damna
ti vero reprobi, quamuis in inferno abſcondantur, tamen protegi non deſiderant, nec
conſtituit eis deus tempus in quo recordetur illorum, quia nunquam inde liberabun-
tur. Niſi forte aliqui vellent arguere, ꝙ recordabitur ipſorum, quoniam iterum ad cor-
pora redibunt, vt acerbius puniantur. Sed hoc non cupiunt, ſed maxime abhorrẽt. Elo
quamur ergo in perſona illorum, qui imperfecti ſunt, & ab luce capti ad purgatorium
deſcendunt. Nam & videtur hæc lectio legi pro ipſis, & non pro alijs, quando in exe-
quijs mortuorum legitur, Mortuus ergo cognoſcens ſe imperfectum, cœleſtiq; habi-
tatione



A tatione adhuc indignum temporali potius pœnæ ſubijci, quàm inæternum cremari
deſiderans, petit dicens [Quis mihi hoc tribuat] & quid ſibi vult tribui, ſtatim an-
nectit [vt in inferno] id eſt, in humiliatione purgatoria [protegas me] ſcilicet à lu-
dibrijs dæmoniorum, ne de me, qui nondum ad plenum purgatus ſum, faciant velle
ſuum [& abſcondas me] ibi ſcilicet non ad infernum proprie dictum me iudicans [do-
nec pertranſeat furor tuus] id eſt, quouſq; mundatus fuero ab omni macula, pro qua fu-
ror iræ tuæ ſuper me venit, & clarus fiam, & habilis ad videndam lucem æternam, quia
tunc tranſit offenſa tua [& conſtituas mihi tempus] illud ſcilicet [in quo] abſolueris me,
ab omni nexu culpæ & pœnæ [recorderis mei] educendo à tenebris ad lucem, ab infi-
mis ad ſolium, à purgatorio ad paradiſum. Et intelligite fratres, ꝙ magna eſt miſeri-
cordia dei, quando hominem iubet ad purgatorium relaxando quam meruit æternam
pœnam vſq; in tranſitoriam. Quamuis enim grauior ſit omni pœna, quæ ab humana
mente poſſit excogitari, tamen finem habet, quia non diutius niſi vſq; iudicium dura- Purgatoriũ nõ durabit vltra iudicium
bit. Infernus autem poſt iudicium miſeros acrius exurit.
¶ Claudentur nanq; damnati reprobi in carcere caliginoſo & ſimul in corpore & ani-
ma mittentur in ſtagnum ardentis ignis, & ſulfuris: & ſic in flammis inextinguibilibus
inæternum laborabunt, qui in hac breui vita pro cœleſti gloria laborare renuerunt. At- Apoc. 21
tendamus igitur quantæ pœnæ parantur peccatoribus, quàm dira tormenta debentur Lucæ.3 Marc.9
iniuſtis: & pro breui & miſera delectatione, non perdamus vitam ſine fine, & amicos æ-
ternitatis non conſumamus in paucis diebus iſtius tempori. ¶ Penſemus quanta iucun
ditas, claritas, & ſuauitas ſit iam ſanctis in cœlo regnantibus, & excutiamus à nobis o-
mnem torporem, & abijciamus mundanam ſolicitudinem, augentes noſmetipſos ad
ſpũalem & ſalubrẽ laborẽ, orando, meditãdo, & præcipue ſacræ lectioni incumbendo, Sacræ lectiõi ſemper incũbendum.
in his quoq; iugiter permanendo. Per hęc nanq; exercitia oĩa peccata noſtra dimittẽ-
tur, & ignis diuini amoris, in mentibus noſtris ſuccendetur. Quia & ſi mortui fuerimus
per culpam, nequaquam deſperemus: ſed potius à contagijs ſurgere conemur per pœni Pſalm.1.
tentiam, & viuificabit nos deus noſter per ſuam gratiam, vnde & ſubiungitur. [Putas
B ne mortuus homo rurſum viuat? cunctis diebus quibus nunc milito, expecto, donec ve
niat immutatio mea] Loquitur ad deum vir iuſtus, ſed per pœnitentiam iuſtificatus,
non in innocẽtia à principio cuſtoditus. Putas ne, ac ſi diceret: Mortificatus fui per ſce- Iohan.11.
lera, ad nihilum deductus per delicta, & quaſi quatriduanus Lazarus in puluerem
ſordiũ defoſſus: tamen te inſpirante ſpero me iam à ſepulcro fœtentis extractum, ſentio Matth. 7
me viuificatum, & ſcio me à lubrica via & lata deductum, & in ſemitam mandatorum Pſal.118
directum. Putas ne ergo mortuus homo rurſum viuat? Nam & ego mortuus fui, & ec-
ce ſum viuens. Auertiſti oculos meos ne videant vanitatem, in via tua viuificaſti me.
Et ego laudo, magnifico, prædico, benignitatem tuam, & multitudinem miſericordiæ
tuæ. Tu enim es pater pauperum, magiſter miſerorum, protector pupillorum, iudex vi- Opa dei quæ ſunt
duarum, adiutor orphanorum, defenſor deſpectorum, peremptor peccatorum, infirma 1.Cor.1
mundi eligis, & fortia quæq; confundis. Tu diuites depauperas, & pauperẽ ditas, lapſum Pſal.40
ſubleuas, occiſum reſuſcitas. Et puto, ꝙ mortuus homo rurſum viuat. Tu autem domi
ne miſerere mei, & reſuſcita me, & retribuam eis, vt in hoc cognoſcam, qa voluiſti quo-
niam, ſi non gaudeat inimicus meus ſuper me. Vel ſint verba dei ad peccatorem & recen
ſeatur litera præcedens, quaſi diceret: Deus tu quæſiſti quis tibi hoc tribueret, vt in infer-
no protegam te & abſcondam te. Sed putas ne, ꝙ mortuus homo rurſum viuat? non pu
tas me tantæ potentiæ, ꝙ mortuum hominem in peccatis poſſem viuificare: ſcio ꝙ à te
nunquam pertranſibit furor meus, ſi in hac vita per gratiam meam non fueris iuſtifica-
tus. Accinge ergo ſicut vir lumbos tuos, & memento vnde excideris, & age pœnitentiã. Apo.2.
Puta, ꝙ mortuus homo rurſum poteſt viuere, & de omnibus facinoribus ſuis veniã im
petrare. Certe non eſt tanta pœna aliqua in inferno, quãta eſt in vltima diſcuſſione de-
um amittere, & ipſum iratum videre. Ideo forſitan petit peccator in inferno protegi &
abſcondi à vultu irę dei, vt non videat Chriſtum iudicantem, cuius contempſit præce-
ptum. Quia quamq̃ grauior & acerbior ſit infernalis cruciatus, q̃ aliqua creatura poſſet
deſcribere vel cogitare, ſine dubio amarius pũgit dolor, quẽ habet dãnatus, dũ Chriſtũ
intuerĩ ſe reprobantẽ & dãnantẽ, à ſua fruitiõe ęternalit̃ & irremeabiliter ſequeſtrantem,
ac ama-

Pſal.29 ac amabiles oculos & tranquillos non ferentes ſe in eum proſpicere. Dicet vtiq; male-
dictus miſer: Auertiſti faciem tuam à me, & factus ſum conturbatus. Igitur dum hic vi- C
uimus, Chriſtum amare ſatagamus, quia nimirum ſecure ab hac luce morimur, ſi oēs
Ioh.5. iniquitates reſpuendo, veram charitatem tenere gloriamur. Et inde erit, ꝙ in tremēdo
1.Cor.15. examine faciem Chriſti in iubilo videbimus, & peracto iudicio inter angelorum ordi-
nes, æternam requiem capiemus. Et hinc confidere poſſumus, ꝙ mortuus homo rur-
ſum viuet, in generali videlicet reſurrectione, quando non ſolum boni, ſed etiam mali
corpora recipient ſua. Boni vero ad maiorem gloriam, vt plene & perfecte ſanctorum
Mali q̄re diu viuere cupiāt. deſiderium impleatur. Mali autem ad maiorem pœnam, vt qui ſimul in corpore & ani
ma peccauerant, ſimul in vtroq; puniantur. Et hæc eſt cauſa, ꝙ mali homines qui ne-
ſciunt lætari niſi in terrenis rebus, nunquam vellent mori, quia non habent ſpem in cœ
Pſal.88 lo, ſed quærunt phyſicos, medicos, & herbas, vt longam vitam habeant & ſenectus elō-
getur. Quorum intentio improba valde confunditur, quia velint nolint, omnes mori-
untur. Quis enim eſt homo, qui viuit & non videbit mortem? vtiq; nullus. Et commu-
niter contingit, ꝙ hi citius ſubita & inſperata morte ab hac vita rapiuntur, qui maxime
pro hac corporali vita ſeruanda ſoliciti fuerunt. Hi profecto fatui & plane imprudentes
arbitrandi ſunt, qui mortale corpus in tanta cura cuſtodire cupiunt, & ſpiritum peren-
niter victurum in morte miſerabiliter iacere permittunt. Deniq; vir iuſtus tanto ampli-
us in futura gloria lætabitur, quanto minus in iſtis fallibilibus rebus, & mundanis vani
tatibus delectabatur. Sed & quia electus Chriſti ſolis æternis gaudijs deſiderandis infa
Opus militum Chriſti tigabiliter ſe tribuit, nimirum deceptiuam carnalis contagij dulcedinem diuinitus do-
natur deſerere, & dulcorem pauperibus paratum lætanter expectare. Vnde ſequitur.
Iob.7 [Cunctis diebus quibus nunc milito, expecto donec veniat immutatio mea] Sanctis
hæc verba congruunt, qui non ocioſi ſtant, ſed viriliter militant, & contra ſpirituales ho
ſtes aſſidue pugnant. Nam alibi dicitur: Militia eſt vita hominis ſuper terram. Vt quē-
Ephe.6 admodum mundi milites in corporalibus inimicis effugandis, multum ſatagunt: ita &
1.Cor.3 Chriſti milites, inimicos dei vitia ſcilicet & peccata mortalia, à ciuitate dei, id eſt, à fide- D
Arma militum Chriſti li anima eijcere non deſiſtunt. Habent etiam arma militantes pro cœleſti regno, ſcutum
ſcilicet fidei, galeam ſalutis, loricam iuſtitiæ à dextris & à ſiniſtris. Et quia non præſu-
Ephe.6 munt de ſeipſis, ſed totā ſpem ſuā ponūt in deo, ipſum orāt, vt eos adiuuet in bello, clamā
Pſal.34 tes cum pſalmiſta: Apprehende arma & ſcutum, & exurge in adiutorium mihi. Effun-
de frameam & conclude aduerſus eos, qui perſequuntur me, dic animæ meæ: ſalus tua
ego ſum. Sed iam pauci inueniuntur, qui fortiter militent, qui caſtra dæmoniorum de-
Sacerdotes & religioſi inermes. bellent, omnes immunditijs ſe obligant, quos etiam in impietatibus victos hoſtes con-
quaſſant. ¶Milites quippe Chriſti ſacerdotes & religioſi, eremitæ & monachi, atq;
alij & aliæ voluntariæ paupertatis amatores eſſe deberent, qui non ſolum à ſeipſis hoſti-
lia iacula repellere, verum etiam & ab aliorum cordibus in quantum poterunt niteren-
tur auferre. At, vt videtur, vecordes ſunt, infirmos ſe fingunt, mundum quærunt, deum
amare neſciunt, imo contēnunt, hoſtes non expugnant ſed introducunt. Heu ſeruitium
idolorum libenter admittunt, & Chriſtianæ militiæ decus amiſerunt, & qui præ alijs
in vitę ſanctitate, & morum honeſtate excellere tenentur, iam terrenis deſiderijs inuolu
ti, & prauis actibus mancipati, in omnibus ſcandalum efficiuntur. Aut enim ſacerdotes
comeſſationibus, & ebrietatibus, & impudicitijs atq; illicitis lucris deſeruiunt: aut ocioſi
Quare non lucet contēplatio in religioſis ſicut ſolebat. tati & ſomnolentiæ dediti, à diuino ſeruitio per torporem deficiunt, & negligentes &
vagabundi fiunt. Itaq; quod dolendum eſt, obſcuratum eſt aurum, id eſt, excellentia ſu-
pernæ contemplationis iam non lucet in viris religioſis, vt ſolebat, quia obnubilatur te
nebra iniquitatis. Mutatus eſt color optimus, ſcilicet charitas in crudelitatem. Diſperſi
ſunt lapides ſanctuarij in capite omnium platearum, id eſt, prælati & ſacerdotes eccle-
Thren.4 ſiæ, qui alios verbo & exemplo ſuſtentare deberent, manibus inimicorum ſuorum di-
Matth.7. ſperſi ſunt in latam viam & ſpacioſam, quæ ducit ad infernum, poſt concupiſcentias
Matt.15. ſuas euntes. ¶Et nota, ꝙ dicit in capite, quia ſubditi videntes ſuperiores ſuos in ſuis pra
uis deduci exemplis, eos quaſi mēbra caput non ceſſant imitari. Hi profecto perſi ſunt
milites, & praui duces, cæcus cæcū ducit, & vterq; in foueā cadit. O bone Ieſu erue ab im-
pijs aīam meā, & de manu canis vnicam meam, ſalua me ex ore leonis, & non deuoret
draco,



A draco, qui hypocritas deglutit: nec ſerpens me accipiat, qui habitat in acedioſis: ſub her- Pſal.90
ba latet anguis, & inſidiatur ocioſis, donec introitum habeat in animam: quam ſi mol-
lem inueniat delectatione fallibili, aut amaram triſtitia ſeculari, proculdubio eam ve-
nenat ad mortem. ¶Porro ocioſi confunduntur per hoc, quod dicitur: Cunctis die-
bus quibus nunc milito, expecto donec veniat immutatio mea. In nullo enim die ocio-
ſus exiſtit, qui cunctis diebus immutationem ſuam expectat. Pleriq; profecto maiori
ſolicitudine terrena bona expectant quàm cœleſtia, & plus carnalem vitam, quàm ſpi-
ritualem curare non deſinunt. Quapropter merito vtramq; vitam amittunt, hi non ex-
pectant, quamuis dicant, donec veniat immutatio eorum, quia nunquam immutabun
tur. Nam vt ait apoſtolus, omnes quidem reſurgemus, ſed non omnes immutabimur.
Nam reprobi qui iam nullam delectationē in diuino ſeruitio ſciunt inuenire, ſed faci- 1.Cor.15
unt ſtrepitum labiorum, & cor in vanitatibus mundi habent vagabundum: & alij mi- Matt.5
ſeri, qui non niſi in tranſitorijs rebus cupiunt honorari, corpora induent obſcura, defor Iſaiæ.29
mia, debilia, & paſſibilia, ſed immutabuntur, id eſt, aliter erunt, quàm hic fuerunt. Nam
immortalia erunt, & æternam mortem patientur, effecta præda fœtentis inferni, vt mo Damnatorū miſeria
rientes non moriantur, quia ad ſola incendia inæternum ſe ſentient rediuiua. Soli vero
electi & ſancti, qui inertiam à ſe expulerunt, & ingenti conſtantia vineam Chriſti ex-
coluerunt, glorioſa immutabuntur immutatione, & duplicem ſtolam accipiētes, in cœ-
leſtibus ſedibus gaudebunt ſine fine. Quorum immenſum deſiderium innuitur, & ma-
gna fatuitas tepidorum damnatur, cum dicitur: Expecto donec veniat immutatio mea.
Etenim electi viri, quos deus ad iuſtitiam in præſenti, & gloriam in futuro prædeſtina-
uit, iugiter innituntur deo deuote deſeruire: falſas videlicet diuitias deſpiciendo, carna
lia deſideria calcando, nihil præter neceſſaria retinere valendo. Inſuper & ſtudent ſeſe
in fletibus compungere, diuinum amorem in ſe accendere, peccata perpetrata plangere,
& plangenda non iterare, voluntariam paupertatem amare, & cœleſtia gaudia infati-
gabiliter deſiderare, virtutibus fulgeſcere, & vitijs carere, vt illud quod ſeqtur audacter
B valeant pronuntiare. [Vocabis me, & ego reſpondebo tibi. Operi manuum tuarū porri-
ges dexteram, tu quidem greſſus meos dinumeraſti, ſed parce peccatis meis.] Vocabis
me, ſ. ab hac vita, ad reddendam rationem coràm te de omnibus quæcunq; egi, locutus
ſum, aut cogitaui, quibus auxilijs, quo merito, qua intentione ad aliquem ſtatū ſeu gra
dum eccleſiæ veni, quomodo intraui, quomodo perſeueraui, quō vixi, quid didici, q̄d
docui, in quali doctrina continuaui. [Itaq; vocabis me] ad iudicium, ſed nimis ſtrictū.
Et ego reſpōdebo tibi. Sed quomodo reſpondere audebo? Quia ſi plura egi, adhuc for-
ſitan multa omiſi, quę agere debui: & ſi omnia benefecero, oportet me dicere: Inutilis ſer
uus ſum, quę facere debui, feci: Sed tamē ſiquis hanc reſpōſionem habeat, ſecurus ſiſtat.
In vocatione em̄ labitur, & in reſponſione magnificatur. O deus quis eſt qui non perti- Matt.25.
meſcat hoc verbum: Et ego reſpondebo tibi, cum & alibi dicatur: Neq; poſſum metuēs Iob.9
reſpondere. Ille nimirum reſpondendo metuit, quia adhuc in ſe malum inuenit, q̄d in
oculis iuſti iudicis offendit. Sed huiuſmodi abſq; ambiguo cito in reſponſione obtundi
tur, quia quem propria conſcientia accuſat, ad reſpondendum deo impotens iudicatur. Pſal.7.34
O quàm felix eſt, qui ſine metu audet dicere cum propheta: Iudica me me domine ſe-
cundum iuſtitiam meam, & ſecundum innocentiam meam ſuper me. ¶Vel ſic: Vo-
cabis me ab infidelitate ad fidelitatem, ab iniuſtitia ad iuſtitiam, à vitio ad virtutem, à
mala vita ad pœnitentiam. Et ego reſpondebo tibi ſcilicet non fugiam, non latebras
quæram, ſed comparebo ante te. [Reſpondebo] dicam: Operi manuum tuarum porri-
ges dexteram. Ac ſi diceret: Fragilis homo ſum & infirmus exiguiq; temporis, & non
poſſum per meipſum peccata deſerere, meam malam vitam emēdare, & cætera ad quæ
me vocas perimplere. Porriges ergo dexterā mihi, id eſt, adiuuabis me, quia fruſtra ho
mo pœnitentiam agere, & virtutes colligere nititur, niſi dextera, id eſt, auxilium & fa-
uor dei ipſi porrigatur. ¶Et notandum, ꝙ multis modis vocat nos deus ad ſe. Aliquos Vocat deus hominē ad ſe varie
autem vocat per blandimenta, quoſdam per flagella, & per miracula, & per infirmita-
tem, aliquando per ſanitatem, aliquando per paupertatem. Et neceſſe eſt, vt oēs ſe miſe
ros ac debiles cognoſcant, & fragilitati ſuæ ſubſidium ab omnipotente deo inceſſanter
depoſcant, clamantes. Operi manuum tuarum porriges dexteram. Et non ſine cauſa
quidem operi manuū tuarū dexterā porriges, quod in nullo alio præterq̄ in te cōfidens
vides.

vides. Et bene dico: Porriges dexteram, quia nihil petit vir iuſtus, niſi propter æternam
(Canti. 2) ſaluationem. Vnde in canticis canticorum dicitur: Leua eius ſub capite meo, & dextera C
eius amplexabitur me. Tunc leua Chriſti eſt ſub capite, quando de temporalibus bonis
tantum nobis præbet, quantum indigemus, ita ꝙ nec ſuperflua habeamus ad volupta-
(Leua Chri ſub capite qd ſit.) tem, nec minoribus careamus quę nobis ſuppetunt ad neceſſitatem: ſed tamen minus et
maius vnicuiq; timendum ſit. Minus ne nimia paupertate à deuotione opprimamur.
Maius, ne terrenis abundans diuitijs gloriæ, obliuiſcat̄ conſolationis ſpiritualis. Verũta
men amplius cauenda eſt abundantia temporalium bonorum, q̄ paupertas vel indigen
tia: quia quamuis multi fame corporali mortui ſunt, tamen multo plures ſuperbia diui-
(Eccls. 5) tiarum ſeipſos occidunt. Quis enim eſt qui habet diuitias & non amat eas? Amator au-
(Ephe. 5) tem earum execrabilis eſt coram deo. Nam omnem rem viliſſimam mũdi plus diligit,
quàm iuſtitiã dei. Inde apoſtolus ait: Omnis fornicator, aut immũdus, aut auarus (quod
eſt idolorum ſeruitus) nõ habet hæreditatem in regno Chriſti & dei. Sit igitur leua ſub
capite, & dextera in amplexu, vt videlicet in omni re quam agimus, intentio noſtra ſit,
(Col. 3) ꝙ nihil præter deum ſapiamus, fixum ſit cor noſtrum in cœleſtibus, & in nulla terrena
ambitione detineamur. Conari debemus, vt ſuperna ſolatia ſpeculemur, vt dum in deſi
derio diuinæ dulcedinis per omnes dies præſentis vitæ noſtræ conſtanter deducimur,
poſt trangreſſionem vniuerſæ carnis dexteram dei gaudentes amplexemur. Siquidem
(1. Cori. 13) & nos dextera eius amplexabitur, quando in cœleſti ſede collocati, deum facie ad faciẽ
videndo indeſinenter gloriamur. O quàm ardenter deberemus mentem noſtram ad a-
morem Chriſti extendere, quàm magnis & indefeſſis laboribus circa curam animæ no
ſtræ ſtudere, quatinus ſempiternis gaudijs dignaretur deus noſter nos ſuſcipere, & ab in
cendijs infernalibus penniter ſaluare. Deniq; cœleſtis delectatio animam quam arripit,
in ſublime ponit, & nõ ſinit eam in ocioſitate exiſtere, neq; ad ſiniſtrã declinare. Quin-
imo ad exercitandum ſe in ſpiritualibus laboribus iugiter excitat, & ad deſiderandum
conditorem, inceſſanter inflammat. Vnde electus vir conſtans in charitate, per viam mã
(Iacob. 1.) datorum dei ad æternam manſionem velociter gradit̄, vt probatus in perfectione coro-
(Pſal. 118.) nam vitæ percipere mereatur. Nam & pſalmiſta orat dicens: Greſſus meos dirige ſecun D
dum eloquium tuum, vt non dominetur mei omnis iniuſtitia. Quot enim homo opera
bona agit, quaſi tot greſſus ad deum pergit. Et inde eſt quod ſequitur. ¶ Tu quidẽ greſ-
ſus meos dinumeraſti] Deus autem electorum ſuorum greſſus dinumerat, vt eis pro o-
mnibus mercedem reddat. Hoc nimirum pertinet ad iuſtitiam dei, vt ipſi de gloria æter
na capaciores exiſtant, qui in amore diuino ardentiores fuerunt. Dinumerat ergo greſ-
ſus hominis, quia quem in affectionibus cordis, & in cogitationibus mentis, purum &
recte ordinatum inuenit, ſine dubio greſſus dinumerando, id eſt, dignum remunerari
ducendo in ſublimẽ ſuauitatem ſuſtollit. Et cum ſcriptum ſit, ꝙ infans vnius diei non ſit
(Iob. 15.) ſine pctõ ſup terrã, poſtq̄ dixerat: Greſſus meos dinumeraſti, cõgrue ſubiunxit [Sed par
ce peccatis meis] Memento peccatis parcere. i. ea vt meruerunt noli punire. Fac mecum
ſecundum miſericordiam tuam, pœnitentiam inſpirando, veniam largiendo, gratiã in-
fundẽdo, & ad regnũ reducẽdo. Itaq; parce pctis meis, imo mihi, q pctã feci tẽporali pœ
næ peccata mea ſubijce, & ab æterna parce. Bene nãq; mihi parcis, ſi in præſenti me pro
(Conſolatio eorũ q hic puniuntur.) peccatis meis punis. Proinde penſandum eſt, ꝙ pœnitẽtia quam agimus dum hic viui-
mus, à magna futuri tormenti pœna nos liberat, vt veraciter cognoſcamus, quia ipſos
Chriſtus præcipue dilexit, quos in hac peregrinatione caſtigauit. Vere felices erunt in
iuditio, qui afflicti ſunt in hoc mundo, & inuenientur pauperes per paupertatem purga
ti à contagijs, quando qui proſperantur præ multitudine malorum amaritudinem ſen-
tient manifeſtæ damnationis. Quorum peccatis non parcet deus, quia iuſte ſententiam
doloris interminabilis peccatores deo iudicante incurrũt, qui in hac vita poſiti ſibiipſis
peccando percere noluerunt.

## ¶ Caput XVII.

SPiritus meus attenuabitur, dies mei breuiabuntur, & ſolum mihi ſupereſt ſepul-
crum] Conſiderantur hic quædam incõmoda, quæ ex natura corruptibilem car-
nem ſequuntur, & illam paulatim ad non eſſe perducunt, ſed & nullum corpus præter
mittunt. Nam & inde omnia mortalia fiunt. Ait ergo: Spiritus meus attenuabitur. Ec-
ce anxia debilitas per naturæ defectionem. Attenuatio enim ſpiritus eſt præſentis vitæ
noſtrę



A noſtræ continua ad finem eius progreſſio. Dies mei breuiabuntur. Ecce humana fragi-
litas, per ſuccreſcẽtiam ætatis naturalem. Abbreuiatio autem dierum noſtrorum eſt, q
ad terminum illorum inceſſanter accedimus; vel quia minus hic viuimus quàm puta
mus. Multi nanq; ſunt ſtolidi & inſenſati, qui promittentes ſibi longam vitam, congre
gant temporalia bona, & colligunt theſaurum in terris, quo ſe opinantur viuere in ſene (Matt. 6)
ctute, cum defecerit virtus eorum, & tamen ſubito rapiuntur ab his, quę collegerunt, & cõ (Lucæ. 12)
muniter bonorum ſuorum poſſeſſores fiunt hi, qui de animabus eorum non curabunt,
ſic miſeri totum amittunt, quia in deo non confidunt, vnde aperte dixit pſalmiſta: The- (Pſal. 38)
ſaurizat, & ignorat cui congregabit ea. Non ergo habet quod concupierat, ſed inuenit
quod minime timebat. Quia ſolum mihi ſuper eſt ſepulcrum. Ecce ineuitabilis captiui
tas, per mortis ſuperuentionem. Aperte hic oſtenditur per hoc quod dicit: Solum mihi (Mors õia rapit.)
ſupereſt ſepulcrum, quia mors omnia rapit, omnia diuidit, omnia adnihilat, vniuerſa
deuaſtat. Nulli parcit, nullius miſeretur, diuitem ſpoliat, & ipſum qui multa poſſidet ple (Eccli. 10)
ne denudat. Quod tibi verba ſapientis teſtantur dicentis: Cum homo moritur, hæredita (Hõ cum morit̄ hæreditabit beſtias ſerpentes & vermes:)
bit beſtias, ſerpentes, & vermes. ¶ Homo ſecularis tria habet, dum hic viuit, corpus ſcili
cet & animam, & iſta temporalia bona. Et iſta tria cum moritur illis tribus diuerſis be-
ſtijs ſcilicet ſerpentibus, & vermibus tribuuntur. Beſtię ſunt homines mundi, qui beſtia
liter viuunt, vnde propheta dicit: Vniuerſæ vrbes derelictæ ſunt, & nõ habitat in eis hõ-
mo. ſ. viuẽs ſecundũ rationẽ. Omnes enim falſi & mali ſunt viuentes, vt beſtię. Nam in- (Ierem. 4)
fornicationibus, adulterijs, rapinis, & vſuris, exultant, & ideo nomen hominis qui p nã
turam rationalis eſt, benignus, mitis, & miſericors, merito perdiderunt. Serpentes ſunt
dæmones inferni. Moriens vel mortuus ergo miſer homo, hæreditat beſtias, ſerpentes
& vermes: quia homines mundi bona eius diripiunt, dæmones animã à carne euulſam
ſecum ad infernum ducunt, & vermes derelictum corpus in ſepulcro rodunt. Cauete o-
mnes ab iniquis actibus, abſtinete ab immundis cogitationibus, & nociuis colloquijs.
Nam hoc ſcitote, quia infernus eſt hæreditas malorum, quam pro perpetuo poſſidere
B meruit, qui peccando cœleſtẽ hæreditatem pdidit, ad quam Chriſtus moriendo ſi bene
egiſſet, ipſum redemit. Spiritualiter autem & ſpecialiter ſpiritus peruerſorum attenuan
tur à gratia dei. ſ. & pinguedine charitatis per cupiditatem terrenorum, & delectationẽ
deſideriorum carnalium: & ideo dies eorum breuiabuntur, id eſt, æterni dies, quos habi-
turi erant, ſi Chriſtum amaſſent, in cœlo cum angelis: & breuiabuntur valde, quia finiũ
tur in paucos dies præſentis temporis. Similiter & minus viuunt hic q̄ putauerunt. Ple-
runq; vero ſubito ſagittantur inopinate occiduntur per dæmones in noctibus, quando
ſe ſecuros æſtimauerunt, ſtrangulantur, & etiam multotiens quando ſe ſanos dicunt, re (Lucæ. 12.)
pẽte mala morte ꝑuenti ſunt. Sic quippe attenuatis ſpiritibus, & breuiatis diebus, ſolum
eis ſuper eſt ſepulcrum, hoc eſt lutum cadaueri, & infernus ſpiritui. Omnia enim quæ in
hoc habuerunt mundo, prorſus ad ipſis euanuerunt. Quod propheta affirmans ait: Re-
linquent alienis diuitias ſuas, & ſepulcrum eoꝝ inæternum, cum diuite ſcilicet epulone (Pſal. 48)
qui mortuus eſt & ſepultus in inferno, & merito, quia cum in honore eſſent ad imaginẽ (Lucæ. 16.)
& ſimilitudinem dei creati, q̄d eſt honor inæſtimabilis, non intellexerunt, vt ſcilicet ſi-
militudinem illam in ſe cuſtodirent: ſed ambulantes in tenebris, comparati ſunt iumen (Gene. 1)
tis inſipientibus, & ſimiles facti ſunt illis. Etenim hi ſunt, qui in pſalmo reprehẽduntur: (Pſal. 48.)
Mutauerunt, inquit, gloriam ſuam, in ſimilitudinem vituli comedentis fœnum, quia (Pſal. 105)
pro carnali delectatione, gloriam ſimilitudinis effuderunt. Væ vilitati mortalium, mu-
tant ſeipſos in maculis, & longos dies abbreuiant vſq; in punctum tranſitoriæ dulcedi-
nis. Heu, cur fruſtra conturbantur homines ſine cauſa, deſcendunt ad interminabiles
dolores. Væ mihi cur laſciuus ſum, vt quid inſanio: vt quid ditari quæro? Ad quid ſu-
perbio? quid proderit mihi, ꝙ vana mundi concupiſco? Ecce enim quàm ſubito ab hac
luce raptus ſum, & ſolum mihi ſupereſt ſepulcrum. Omnia enim in momento finiunt,
quæ mundi amatores diu deſiderauerunt. [Non peccaui, & in amaritudinibus moratur
oculus meus. Libera me dñe & pone me iuxta te, & cuius vis manus pugnet contra me.]
Non peccaui: Hic oritur quęſtio. Superius dixit: Peccaui. Nã & ſancti apoſtoli hoc de ſe
dixerunt, quomodo ergo facit ſe cõtrariũ ſibi, qa hic dicit, nõ peccaui? Hæc quæſtio ſol-
uitur, ſi occulta ſpũaliũ viroꝝ cogitent̄. Dixit, peccaui, qa nemo eſt, q tã ſancte viuat in (Pſal. 115)
hoc mũdo, ꝙ nõ peccet venialiter. Vnde v̄bum eſt illud ꝓpheticũ: Ego dixi in exceſſu
meo,

Quis dr̃ mendax. meo, omnis homo mendax. Mendax eſt, qui non implet quod promittit, quod rationa C
biliter vel vtiliter implendum eſt. Sed omnis in baptiſmo promiſimus, ſtatuimus, & iu-
rauimus cuſtodire iudicia iuſtitiæ dei, & quis eſt etiam ſanctus homo in carne viuens,
qui nunquam, nec mente, nec ore, nec opere, delinquit: ergo omnis homo mendax. Et
tamen hic dicit: Non peccaui, ſed quia inconueniens eſt in ſanctis ſcripturis contrarieta
tem relinquere, circa concordantiam curamus ſtudere, ſic ergo intellige: Non peccaui,
id eſt, peccato mortali non conſenſi. Verum ipſe peccator proprie dicitur, qui vult pec-
Peccator quis proprie dicatur. care, & cum facultatem peccandi habuerit, ſe libenter & intrepide ad peccãdum reddit.
Et ideo cum vir iuſtus in innocentia ſua, abſq; libidine, abſq; peccandi voluntate, à pri-
mæua ætate permanſerit, audacter dicit: Non peccaui ſcilicet mortaliter, & tamen ſe fa-
Gene. 8 tetur peccatorem, id eſt, fragilẽ, infirmum, & ad malum pronum niſi gratia Chriſti ful-
Prou. 24. ciatur. Fatetur quoq;, ꝙ ſepties in die cadit iuſtus, id eſt, dum in hac præſenti vita eſt, quę
non eſt niſi quaſi vna dies, non poteſt nõ peccare, & propter hoc quia peccat, ſtatim ſub-
dit [& in amaritudinibus moratur oculus meus] Recte congruunt hęc verba beato Iob
Iob. 1. 2 cuius oculus in maxima amaritudine morabatur, dum exuſtis manerijs, extinctis filijs
perditis bonis, improperantibus vxore & amicis, & ſedens in ſterquilinio, nil niſi ama-
rum ante oculos ſuos habuit, quamuis interius laudabili pacientia coram deo refulſit.
Et licet à flagitijs immunis extitit, ab amaritudine tamen liber non fuit. Felix, qui cum
Lucæ. 2 ipſo dicere poſſit: Non peccaui, id eſt, peccare nolui, vnde dicitur: Pax hominibus
bonæ voluntatis. Si quis enim agendi non habet facultatem, bona volũtas ſufficit ei ad
ſalutem. Inde eſt, ꝙ non ponderat deus opus hominis, ſed voluntatem eius, qua intentio
ne, quo deſiderio, quo feruore in diuinum amorem aſſurgere nititur, & memoriã Chri-
ſti inceſſanter meditatur. Itaq;: Non peccaui, & tamen in amaritudinibus morat̃ oculus
meus, loquitur hic iuſtus, pro iuſtitia tribulatus, & propter maiorẽ coronam conſequen
dam tẽtationibus pluribus amaricatus. Vnde notãdum eſt, ꝙ duplex eſt oculus, ſcilicet
Oculus duplex corporalis quo viſibilia videmus, & mentalis quo interna conſpicimus. Felix eſt, cuius
vterq; oculus in amaritudine morat̃. Hoc modo videlicet, vt ea quæ exterius videt, nõ ni
ſi vana & amara per internũ oculum intelligat, qa in amaritudinem maximam ducũt D
ipſum, qui hæc amat: ſic vero in amaritudinibus moratur oculus meus. Iuſti ſcilicet, dũ
delectatio peccati ante oculum cordis aut corporis eius proponitur, nihil ex hac, & ex fi
ne illius, niſi amaritudo conſideratur. Similiter & ſi quandoq; anguſtijs & nocumentis
iudicij dei iugiter moretur, vt dum aduerſa fortem & conſtantem non deijciunt, etiam
nec blandimenta reſiſtentem ſeducant. Quatinus dum terrena contemnens, cœleſtia de
ſiderans, ad amandum Chriſtum, vehementer afficitur, ſpiritualis oculus in dulcoribus
morari mereatur. Et verificetur de tali viro illud pſalmi: Tranſiuimus per ignem & a-
Pſal. 65 qua & eduxiſti nos in refrigerium. Iſtum tranſitum oportet nos omnes facere, qui in re-
frigerium cœlicum cupimus peruenire. Tranſire per ignem & aquam, id eſt, aſpera &
ſuauia, vt non immergamur in voluptatibus, nec murmuremus in aduerſis, vt per ignẽ
tribulationis tranſeuntes, piacula noſtra purgari libenter ſinamus, etiam aquam carna
lium delitiarum euadentes, refrigerij ſedem deo ductore pertingamus, petitionem aſſe-
quendo, quæ ſubinfertur. [Libera me domine & pone me iuxta te] quaſi diceret: In a-
Pſal. 16 maritudinibus ſum, afflictus ſum, tẽtatus ſum, probaſti cor meũ & viſitaſti nocte: ideo
libera me domine ab his ſcilicet qui oderunt me, & ab inſurgentibus in me, erue me de
inimicis meis deus meus. Libera me de pondere peccati, quod me premit: libera me de
grauitate pœnæ, quæ pungit: libera me de mole carnis, quæ me deorſum trahit, o bone
Ieſu, libera me ab omni malo [& pone me iuxta te] ſcilicet in ſuperna ſede, nam ibi eſt
Apoc. 21. æterna ſecuritas, & ſecura æternitas, vbi non poteſt timeri tribulator, aut tentator, imo
nec mors, nec quicquam malum, vel incõmodum. Deus meus fac me benignum, & iu-
Pſal. 5. ſtum, quia non habitabit iuxta te malignus, neq; permanebunt iniuſti ante oculos tuos
ſed & malignus in conſpectu tuo ad nihilum deductus eſt, & iniuſti punientur, ac ſemẽ
impiorum peribit. Igitur libera me ſeruum tuum à malis mũdi, carnis, & diaboli [& po
ne me iuxta te] in bonis cœli. Animæ enĩ iuſtorũ in bonis demorabũtur, quia bona do-
Pſal. 26 mini in terra viuentium videre crediderunt. Merito nimirum ad bona dei perueniunt,
qui ſecundum Chriſtianam religionem viuentes, hominum bona deſpexerunt. Vera in
ueniunt, qui vana perdiderunt. Et cum poſueris me iuxta te, tunc [cuius vis manus pu-
gnet



A gnet contra me, quia non poſſunt deinceps mihi nocere. Tutus, ſtabilitus, & firmatus Pſal. 16 Roma. 8.
ſum iuxta te, non curo, cuius manus pugnet contra me, quia nõ timeo impugnatorem,
qui talem habeo protectorem. [Dies mei tranſierunt, cogitationes meæ diſſipatæ ſunt,
torquentes cor meum. Noctem verterũt in diem, & rurſum poſt tenebras ſpero lucem]
Et debes ponere me iuxta te, & me penitus liberare, quoniam dies mei tranſieruut, ſcili- Pſal. 72
cet præſentes dies, quia iam in fine dierum meorum ſum, mei autẽ pene moti ſunt pe-
des, pene effuſi ſunt greſſus mei. Iuuentus præterit, ſenectus venit, quapropter ne proij-
cias me in tempore ſenectutis meæ: cum defecerit virtus mea, ne derelinquas me.
¶ Vel ſic (Et ſunt verba pœnitentis, vel alicuius quem deus viſitat, auferẽdo ab illo bo
na temporalia, & caſtigando eum per paupertatem, vt facilius perueniat ad æternam ſa
lutem.) [Dies mei tranſierunt] ſ. dies diuitiarum & voluptatum, & ebrietatum, in qui-
bus fruſtra gaudebam & delectabar in his quæ non profuerunt: & ſunt mihi iam dies
paupertatis & miſeriæ, dies deſpectionis & indigentiæ, quia quæ prius tangere nolebat
anima mea, nunc præ amaritudine cibi mei ſunt: veniunt dies de quibus cogor dicere:
Non mihi placent, & merito, quia in diebus delitiarum bene agere nõ volui, ad dies ca-
lamitatis dolens perueni. Sed gratias ago deo, qui me in p̃ſenti vita pro exceſſibus meis
corripit, & dimiſſa pœna ſempiterna, temporaliter me punit. [Etenĩ cogitationes meæ
diſſipatæ ſunt] Hæ videlicet cogitationes, quibus mundanæ vanitati adhæſi, & carna- Pſal. 145.
libus curis operam dedi, iam euanuerũt. Diſſipant̃ in dolore pœnitentiæ, quę prius col-
ligebantur in terrena delectatione. Hæc enim dies in qua pereunt omnes cogitationes
eorum. Diſſipantur vtiq; cogitationes torquentes cor meum. Sed quomodo torquent,
cum iam diſſipatæ ſunt? Memoria autẽ earum torquet, id eſt, reuocata ante oculos cor-
dis tribulati vel pœnitentis, præacta delectabilia, & vanitas ante vſitata torquent cor e-
ius, id eſt, tentant eum de lugubritate & deſolatione, quia iam ſedet in cilicio & cinere,
& deſpecta paupertate, qui abũdare ſolebat diuitijs, & gloriari in dulcedine carnalis vo
luptatis. Et vere hoc bonum & ſalubre, vt quis paupertatem ſibi ſuperuentam patiẽter
B ſufferat, & pœnitentiæ ſe aſtringendo delicta indeſinenter gemat, vanam gloriam de
clinet, malos actus ac turpia colloquia refutet, amicis ſeculi ſe ſegreget, & iugiter cœle-
ſtibus gaudijs ſociari ſuſpiret, ſolatium ſeculare deſerat, & mulierum molliciem nõ ad-
mittat. Bonum enim eſt, vt ait apoſtolus, mulierem non tangere. Similiter & multum 1. Cor. 7.
iuuabit cordi, ſi oculus mundi vanitates non permittitur videre. Hæ & huiuſmodi cogi
tationes, quamuis iam per modicum tempus aſperę & torquentes appareant: poſtea ta
men, cum probatæ fuerint, ſupra modum dulceſcent. Sed quia homines cœleſtia nõ ſa-
piunt, nec iudicia dei intelligunt, etiã neq; finẽ illoꝝ præuident. Ideoq; in tp̃e credũt, & Lucæ. 8
in tp̃e tẽtatiõis recedũt ab illo, ſ. ꝓpoſito, quod prius habuerũt vt non peccarent. Dicũt
enĩ pleriq;: Iam deinceps ab illicitis abſtinebo, carnẽ caſtigabo, laſciuiæ frenum inhibe
bo, pueriles ludos abijciam, venenoſas delectationes euellam. Et nõ obſtante, ꝙ talem
voluntatem ac huiuſmodi cogitationes in ſe inuenerit, paulopoſt cum tentatus fuerit,
iterum in eundem lubricum cadit, & fiunt nouiſſima illius peiora prioribus. Nam tan- Lucæ. 11.
to diſtrictius in iudicio Chriſti iudicabitur, quanto diuinam inſpirationem in ſe cuſto
dire minus conabat̃, pro eo aũt ꝙ iniquitatẽ meditatus eſt in cubili, & aſtitit omni viæ
non bonæ, nec odiuit malitiam, deuorabit eum draco diriſſimus, & accipit eum in præ- Pſal. 35
dã fœtens infernus. ¶ Porro non ſic pœnitens & prædeſtinatus ad paradiſum, in pia-
culis perſeuerauit, at antequã inciperet ingruere horrenda nox, quam lympidę ſtellaꝝ
flammæ illuminare non poterunt, diuitiarum deſeruit oblectamentum, & carnalis cõ- Iohan. 9.
tagij contempſit cupiditatem. Vnde & ſi cogitationes diſſipatæ torqueant cor eius per
breue ſpacium, facient eum poſtea gaudere in æternum, quia. [Noctem verterunt in di
em] noctem, ſ. culpæ vertunt in diem gratiæ: vel noctem pœnæ verterunt in diem cla-
ræ melodiæ. Cum enim peccator & pœnitens ſe perfecte in toto corde ad diuinum ſer-
uitium dirigit, cogitationes bonæ in mente eius veniunt, malę autem abſcedunt, & in
tanta delectatione & lætitia ſpiritali in ſanctis meditationibus rapitur, ꝙ per illas non
ſolum culpabile cor in ignem amoris diuini conuertitur, verumetiam amarę paſſiões
animi in gloriam commutantur. Vnde Pſalmiſta: Inflammatum eſt cor meum, inquit. Pſal. 72
Ecce pro primo. Et renes mei commutati ſunt. Ecce pro ſecundo. Noctem verterunt
in diem, ſqualorem namq; & obſcuritatẽ fœtentis peccati, à conſcientia pœnitentis ex-
V cutiunt

cutiunt,& præſentem aduerſitatem in ſuauitatem futuræ proſperitatis vertunt, hinc eſt
q̄d ſequitur [Et rurſum poſt tenebras ſpero lucem]Poſt tenebras iſtius mūdi,lucem ſpe C
Cęcitas mentis ro cœli.Loquitur hic vir iuſtus non peccator,quia ipſe à tenebris interioris cęcitatis,ad
tenebras ducitur carceris infernalis. Nimirum & omnia luminaria quæ videmus, &
nos illuminant in hoc ſeculo,in comparatione ſplendoris æternę claritatis,tenebræ poſ
ſunt dici & obſcura.Ergo poſt tenebras,id eſt,poſt tranſitum iſtius vitæ, quia quaſi in te
Iohan.1 nebris ſumus,dum occulta cordium inuicem non videmus.[Spero lucem]videre ſcili-
cet incircumſcriptam quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.
Nam exceptus ab ergaſtulo carnis,ad viſionem æternæ lucis rapior, qui vere deum di-
Canti.2 ligo,dum hic moror,vnde & ſponſa dicit:Dilectus meus mihi,& ego illi, donec aſpiret
1.Cor.13 dies ſcilicet futuræ claritatis,& inclinentur vmbræ ſcilicet præſentis obnubilationis: qa
dum in carne viuimus per ſpeculum in ænigmate videmus, quia per fidem & non per
ſpeciem ambulamus.[Si ſuſtinuero,infernus domus mea eſt, in tenebris ſtraui lectulū
meum. Putredini dixi &c.] quaſi diceret, poſt tenebras cæcantis maculæ,ſpero lucem
gratiæ diuinæ. Nitor enim expellere culpæ tenebras,& in mente mea lux perennis ſpi-
Iſaiæ,60. Ephe.5 rat.Et hoc vtiq; opus ſaluberrimum eſt,vt illuminatus Chriſto adhæreā,& ruinoſa re-
pagula Satanæ ſuperbi penitus relinquam. Alioquin[ſi ſuſtinuero]ſi in tenebris tentan
tium tyrannorum,& non reſpicerem à retibus dæmonum,& non confringerem caput
captiuatoris,continendo à contagijs,abſq; ambiguitate [Infernus domus mea eſt] vt
Lucæ.3 ibi ſcilicet permaneā abſq; termino,quia inæternum regnat deus in cœlo,ſicut enim iu-
ſtorum domus eſt cœlum:ita iniuſtorum domus eſt infernus.Nemo autem in æternam
cœli manſionem ingredi poterit,niſi qui in præſenti vita per meram voluntatem pecca
re deſiſtit. Vnde dicitur:Si vis ingredi in regnū cœloꝝ,ſerua mandata.Decem ſunt mā-
Matt.19. data dei,ad quæ cuſtodienda omnis homo tenetur de neceſſitate ſalutis. Si quis vero il-
lorum vel vnum fregerit,& ſic ſine emēdatione ab hac luce diſceſſerit,proculdubio hoc
ſciat,quia ſaluatus non erit.Iacobo apoſtolo teſtante,qui ait:Qui in vno offenderit, fa-
Iacob.2. ctus eſt omnium reus.Inſuper & ſunt ſeptem mortalia peccata, quibus iam pene totus
mundus inuoluitur,& iugo principis tenebrarum nequiter mācipatur. Quis nanq; eſt, D
qui non aliquo iſtorum irrititur,hoc propheticum nunc impletum eſt:Perijt ſanctus de
Miche.7. terra,& rectus in hominibus non eſt. Quippe omnes diligunt munera & à minimo ad
Iſaiæ.1 maximum,à propheta vſq; ſacerdotem omnes faciunt dolum. Væ preſbyteris qui tan-
Ierem.6. to zelo & clamore decimas,& ea quæ ad altare pertinent,exigūt,& de aīabus parochia-
Auaritia ſacerdotū taxat. norum tam parū curant. Inſtāter petunt pecuniam,ſed raro aut nūquam proferunt ſer
monem,excommunicant illos qui ab eccleſijs iura ſua ſubtrahunt,& ipſi ſacerdotes pri
mo excommunicantur,quia eccleſiam Chriſti vt tenentur non regunt.Multi tamen di
cunt,neſcimus regere, neſcimus prædicare,ſicut ſcimus ſic facimus. Non oportet,vt o-
mnia cognoſcamus.Imo væ vobis,quia curam quam neſcitis accipitis, vos & ſubditos
Matt.15. in infernum inferiorem demergetis.Vos cæci cæcos ducitis,& omnes in foueam cade-
re nō timetis. Sic miſer qui aliorum cuſtodiam accipis,& cuſtodire neſcis:Si ſuſtinuero
infernus domus mea eſt.Etenim [in tenebris ſternis lectum tuum]In tenebris ignoran
tiæ iacet cor tuum,quia nec legem dei doces ſubditos tuos,quam ignoras, neq; operam
das,vt hanc addiſcas,neq; bene agis coram ipſis:& hoc peius eſt,quia citius credunt ho
Iohā.10. mines operi quam ſermoni.Vnde dicitur:Opera quæ ego facio,teſtimonium perhibēt
de me,fruſtra imo ad ſuam reprobationē portat nomen preſbyteri,qui in ſalutiferis am
monitionibus,& dignis operationibus,diuino ſeruitio non quærit mancipari. Cum er
Rom.14 go expulſus fuerit à ſuo miſerabili corpore, & viderit ſe non ſolum pro facinoribus &
Heb.13 negligentijs proprijs,ſed etiam pro aliorum delictis qui ſibi commiſſi fuerant crucian-
1.Pet.4 dum,profecto qui bona eccleſiæ gaudens ſuſcepit gemibundus dicet: In tenebris ſtraui
Ioh.3. lectulum meum,non in luce,vt putauerat,quia omnis qui male agit odit lucem: ſed in
Iſaiæ.14. tenebris ſcilicet exterioribus. Nam ſubter te ſternetur tinea & operimentum tuum erūt
Rom.13. vermes. ¶ Et notandum,ꝙ tenebræ accipiuntur aliquando pro peccato,vt ibi:Abij-
Dan.3. ciamus opera tenebrarum,& induamur arma lucis.Aliquando pro quadam obſcurita
Pſal.17 te,quæ eſt in aere,vt ibi:Benedicite lux & tenebræ domino. Aliquando pro ænigma-
tica viſione,vt ibi: Poſuit tenebras latibulum ſuum.Aliquando pro myſtico ſenſu ſcri-
pturarum, vt illud:In circuitu eius tabernaculum eius,tenebroſa aqua in nubibus aeris.
Aliquan-



Aliquando pro cæcitate ſpirituali & pœna infernali,vt hic: In tenebris ſtraui lectulum Lectus multis modis ſumitur.
A meum.Lectus accipitur pro conſcientia,vt in Pſalmo: Lauabo per ſingulas noctes le-
ctum meum. Vel pro pura mente,vt in Canticis:Lectus noſter floridus,hic non accipi Pſal.6.
tur pro quadam fallibili ſecuritate, in qua peccator ad modicum quieſcit, ſicut ſtultus Canti.1
in lecto:Vel pro ipſa manſione inferni,ad quam hinc cum exit peccator capitur,& in il
la iacens torquetur.Aliter ſic:[In tenebris ſtraui lectulum meum] id eſt, peccando me-
rui,vt lectus corporis mei,poſtquam egreſſa fuerit anima,fiat in tenebris terræ, ſ.mate
rialis,quia propter peccatum mors introducta eſt in orbem terrarum, & hanc condi- Roma.5.
tionem nullus euadit.Nam inde eſt quod ſequitur.[Putredini dixi:Pater meus es] hoc Hebr.9
dicitur propter carnis corruptibilitatem, ſicut enim omnes qui ante me fuerunt,in pu-
tredinem verſi ſunt,ſic & ego non dubito,quin eos ſequar,& non ſolum pater meus es,
ſed &[mater mea]Vnde & ego non ero degener, quia putredo putredinem genuit, &
fœtor fœtorem parturiuit. [Et vermibus] dixi [ſoror mea es.] Putredo gignit ver-
mes,quid ergo ſum ego niſi vermis,qui ex putredine naſcor,cum multis ſororibus,qui
& ſtatim in putredinem reuertēdus ſum. ¶ Conſiderate fratres ſepulcra patrum & ma Sepulcra parētum hō ſępius aſpiciat
trum,& dicite eis:Putredo pater es,& mater mea,& vermes qui generamini ex eis: So-
ror mea eſtis.Attēdite vnde veniſtis,& quo itis,quia vero poſt paucos dies eritis & vos
ſicut ipſi nunc ſunt. Qualis pater,talis filius:qualis ſoror, talis frater. Vilis pater,turpis
mater,deteſtabilis ſoror.Non glorietur homo ex ſua pulchritudine,qui ſe agnoſcit ge- Iſaiæ. 40
nitum ex tam deformi progenie. Nihil enim pulchrum,nihil formoſum,nihil amabi
le,nihil delectabile,quod hic cernimus in reſpectu futuræ claritatis [Vbi eſt ergo nunc Eccls.1
præſtolatio mea] pro qua,ſ.humilis fiam,& ſolis cœleſtibus intendam,quia cuncta vi Iſta litera non eſt de biblijs
ſibilia vana ſunt [& patientia mea?] vt perſeuerem, hoc quod ſequitur. [Tu es domi-
ne deus meus] non inueni in biblijs,ſed tamen bene concludunt,quia deus eſt expecta
tio iuſtorum,per quem & habent patientiam.

## ¶ Caput XIX.

D PElli meæ cōſumptis carnibus adhæſit os meum,& derelicta ſunt tantummodo la-
bia circa dentes meos.] Dura verba hæc ſunt,& pene impenetrabilia,vt ad medul-
lam pertingamus,vix quoq; ab aliquo mortali ad liquidum exponuntur. Oportet er-
go vbi vires ſuccumbunt inſipientiæ meæ,ignoſcere:præſertim cum ea,inquantum ipſe
qui aperit,& nemo claudit,mihi reuelauerit,ſtudeam declarare. ¶ Per pellem igitur Apo.3
quæ carnem & ſanguinem tegit, charitas dei & proximi quæ operit multitudinem pec- 1.Pet.4
catorum,intelligatur.Sicut pellis hominis dum non vulneratur,vel grauiter non percu Prou.10.
titur,ſub ſe continet carnem & ſanguinem,& humano viſui quaſi inuiſibiles reddit: ſic
vera charitas ab oculis vindictæ omnipotentis dei omnia flagitia noſtra abſcōdit. Vel Pellis hominis qd ſignificet
per pellem,quæ indicat de homine vtrum ſit pulcher aut deformis,conuerſatio homi-
nis poteſt intelligi.Quemadmodum enim homo nigram habens pellem,fuſcam & ma
le coloratam,inter homines homo turpis iudicatur:Ita ſi conuerſatio hominis,quæ ex-
terius apparet nigra ſicut per terrenam cupiditatem, fuſca per ſuperbiam & libidinem,
& male colorata per iram & inuidiam,profecto malus homo talis dicitur,& merito vi-
tæ ſuæ prauæ à conſortio bonoꝝ excludetur.Similiter homo albus & rubicundus, quē
ſcilicet moderatus rubor venuſtat ex conſperſione, homo ſpecioſus & amabilis in ocu-
lis intuentium cernitur,& digne quia ſic à deo creatur: Ita homo albus per innocentiā,
& conſcientiæ puritatem,ac rubicundus per patientiæ virtutem, quem venuſtum red-
dit rubor temperatus, ſcilicet non per fictam humilitatem,vnde & in Canticis Canti-
corum dicitur:Dilectus meus candidus & rubicūdus,electus ex milibus. Hæc eſt enim Cant.5
deſcriptio pulchritudinis.Iſte nimirum homo ſpecioſus eſt,id eſt, optimæ cōuerſatiōis
exemplum oſtendit, quia intus fulget deſiderio æterni amoris, & extra floret fructu Thren.4
bonæ operatiōis.Vnde ſpiritualem pulchritudinem clericorum propheta deſcripſit,di- Nix.
cens:Nazaræi eius candidiores niue,ſcilicet per primæ ſtolæ retinentiam, quæ eſt inno-
centia,veſtis videlicet candida & immaculata, quam qui perferet ante tribunal domi-
ni noſtri Ieſu Chriſti,habebit vitam,& viuet inæternum.Nitidiores lacte ſcilicet per cō Lac.
ſcientiæ ſuauitatem,quæ nitet & nutrit diuinam dilectionem. Rubicundiores ebore an Ebur antiquum
tiquo ſcilicet per patientiam & veram caſtitatem. Sapphyro pulchriores, propter per- Sapphy.
V ij fectam

fectam charitatem, hæc eſt ſpecies ſpiritualis, quę per pellem inſinuatur, vtinam omnes
clerici hanc pulchritudinem in pelle, id eſt, in conuerſatione ſua haberẽt: Sed vere iam C
pauci ſunt qui hanc oſtendunt. Imo de ipſis, quia turpem habent pellem, & deformes ſi
Thren. 4 unt in conſpectu dei & hominum, propheta ſubdit: Denigrata eſt facies eorum ſup car
bones, & non ſunt cogniti in plateis. Adhæſit cutis oſſibus eorum, aruit & facta eſt qua-
ſi lignum, id eſt, ſua damnabilis vita, adhæſit oſſibus eorum, id eſt, ſuæ fortitudini cor-
porali, qua ſuperbe viuunt in delitijs. Sic quoq; aruit & facta eſt quaſi lignum, quod ad
nihil valet, niſi ad ignem, & ipſi obſtinati, miſeri, & à rore ſupernæ gratiæ ſicci ad æter-
num incendium præparantur. Illi ita in nigredine & vilitate vultus exiſtunt. Sed ego
qui ſum ſeruus tuus, per pœnitentiam & profectum bonorum operum, nõ ſeruus mun
di per cupiditatem, nec ſeruus carnis per gulam & luxuriam, nec ſeruus diaboli per ſu-
perbiam & odium. Sed potius ſeruiens in corde puro & conſcientia bona, & fide non fi
1. Tim. 1. cta, audeo dicere, quia [pelli meæ conſumptis carnibus adhæſit os meum] os oſſis non
os oris. Per carnes carnalia deſideria ſignantur, quia ex carne procedunt, nomine car-
Rom. 8 nium appellantur. Nam apoſtolus ait: Si ſecundum carnem vixeritis, moriemini. Et ite
Caro. rum: Qui in carne viuunt, deo placere non poſſunt. Manifeſtum eſt, ꝙ omnes in carne
viuimus, dum in via ſumus. Vult ergo apoſtolus illud ſic intelligi, ꝙ dum quis carnali-
ter viuit, per verum ſeruitium deo non poteſt famulari. Vel forſitan, quia ſpiritualiter
Philip. 3. viuentes, iam non in carne viuunt, quia ſupra carnem mens illorum rapitur, & ſupernę
contemplationis dulcedinem tota qua poteſt virtute, amplexatur. Per os ratio vel for-
titudo animæ deſignatur. Ait ergo vir iuſtus: Pelli meæ conſumptis carnibus adhæſit
os meum, id eſt, ratio conſenſit charitati vel pulchræ conuerſationi: conſumptis carni-
bus, per magnam pœnitẽtiam carnalibus contagijs euacuatis, & nociuis deſiderijs de-
ſtructis. Et eſt hoc à ſimili alicuius diu in infirmitate languentis, ita vt poſſit dici de eo,
quod vulgo dicitur de infirmo: Nihil eſt niſi pellis & oſſa. Vnde & hæc verba beatæ Ma
Maria Magdalena. riæ Magdalenę veraciter conueniunt, quæ compunctione lachrymarum omnia vitia,
quæ in carne commiſerat, conſumpſit. Vnde dicebat ei Chriſtus: Mulier vade in pace. D
Lucæ. 7. Tunc enim anima noſtra in pace graditur, quando iam à deſiderijs carnis non impug-
natur. Sed hoc non eſt niſi perfectorũ, ſic deniq; attenuata eſt caro & conſumpta .i. ſen-
ſualitas ita debilitata eſt, & adnullata, ſ. vt non nimis ſurgat contra rationem, ꝙ [tantũ-
modo derelicta ſunt labia circa dentes meos] .i. nihil ago quod ad carnem pertinet, ni-
ſi ſola cogitatio, quæ prouidet de neceſſarijs corporalis ſuſtentatiõis. Vel exponitur de
Labia dẽtes abſcõdunt perfecto viro, & per labia quæ abſcondunt dentes, & reuelant occulta, bona intentio de
ſignatur, quo dentes, id eſt, bonos mores ab humana laude abſcondunt, & ad gloriam
Matth. 6. dei reuelant. Pro primo habetur: Neſciat, inquit, ſiniſtra manus, quid faciat dextra. Pro
Matth. 5. ſecundo: Luceat lux veſtra coram hominibus, & videant opera veſtra bona, & glorifi-
cent patrem veſtrum [Miſeremini mei, miſeremini mei, ſaltem vos amici mei, quia ma
nus domini tetigit me. Quare ꝑſequimini me ſicut deus, & carnibus meis ſaturamini?]
quaſi dicat pœnitens: Tribulatus ſum, attenuatus ſum, conſumptæ ſunt carnes meæ, &
nihil remanet niſi labia circa dentes: ideo miſeremini mei, miſeremini mei. i. vos qui af
Philip. 1 fligitis me, parcite mihi. Quod dixit repetit, indicans magnum affectũ quem habet diſ
ſolui cupiens, & eſſe cum Chriſto. Vnde & annectit: ſaltem vos amici mei .i. vos q iam
Sc̃ti & angeli amici nr̃i ſunt. conſtituti eſtis in cœleſtibus mãſionibus, miſereri deberetis mei, orando pro me, vt ab
his miſerijs præſentibus liberer, & vobis coniungar. Et nota ꝙ angelos & ſanctos vo-
catamicos, quia dum in via dei veraciter ꝑſiſtimus, cœleſtes profecto ciues amicos ha-
Ephe. 2. bemus. Nam Chriſtus ad eccleſiam dixit: Amici auſcultãt, fac me audire vocem tuam,
Canti. 8 Quippe & ſi (quod abſit) ad iniuſtitiam labimur, aut ſi cum cõſilio vanitatis, & iniqua
gerẽtibus ſedere delectamur, & in inimicitiam illorum euertimur, à quibus prius dum
boni fuimus amabamur. Vnde & in Threnis Ieremiæ dicitur: Nõ eſt q conſoletur eam
Thre. 1 ex omnibus charis eius. Omnes amici eius ſpreuerunt eam, & facti ſunt ei inimici. Sed
mihi vtique perſeueranti in mandatis Dei & in amicitia veſtra, iuſtificationem quam
cœpi tenere, non deſerenti miſericordiam præſtare non negabitis, & merito [quia
manus domini tetigit me] ſcilicet, leuando me à lacu miſeriæ & à luto fecis. Vnde in
Pſal. 138. Pſalmo: Tu formaſti me, & poſuiſti ſuper me manum tuam. Nemo enim in re-
ctam ſemitam erigitur, niſi ſuper eum manus DEI ponatur. Et hic quidem
manus



A manus adiuuamen eſt. Alioquin nullus ad ſanam conſcientiam ſurgere potuit, niſi quẽ
deus manu ſua tangit. Et illo tactu, tantæ veræ dilectionis gaudio interius rapitur, ꝙ iã Titũ. 2
extremum iſtius vitæ aduentum gloriæ magni dei lętanter præſtolatur. Et hæc eſt perfe Perfectio
ctio ſanctorum, mortẽ ſcilicet habere in deſiderio, & vitam ducere in pacientia. Et quia ſanctorũ
ſanctus homo multos conſolatores videt oneroſos, & alios qui ſibi derogant, recte ſub- quid ſit
ditur [Quare perſequimini me ſicut deus?] cõtra detractores loquitur, quia aliã cauſam
neſciunt, ꝙ ſeruos dei perſequuntur detrahendo, niſi ꝙ inuidia tabeſcũt. Et quęrit qua-
re ſicut deus perſequantur eum, cum hoc facere non deberent, quia mentium cogitatio-
nes ignorant, & tamen de occultis iudicare, quod ſoli deo reſeruatum eſt, ſe interpõnũt. 1. Cori. 4.
[Et carnibus meis ſaturamini] id eſt, vitijs carnis meæ, detractionibus vos impletis, nõ Lucæ. 6.
oſſibus, id eſt, virtutibus, quia detractores ſemper mala & peccata aliorum ruminant, &
bona ſi qua ſciuerint reticeſcunt. Inuidia autem diaboli intrauit mors in orbem terra- Sapie. 2
rum, imitantur illum qui ſunt ex parte eius. Quis etiã ignoret hæc verba animæ in pur- Iohan. 8.
gatorio ſtanti congruere, quæ præ magnitudine cruciatus clamat ad eccleſiam, vt oret
pro eius liberatione, & ad eos quibus relicta ſunt ſua bona tẽporalia, dicens: Miſeremi-
ni mei miſeremini mei. Iſta duplicatio eorumdem verborum magnam indigẽtiam ſuf-
fragij inſinuat, quod aĩa in ſupplicijs poſita expoſcat. Debemus fratres orare pro anima
bus defunctorum, vt à pœnis liberentur, cogitantes quam libenter & gaudenter ample-
cteremur aliorum auxilium, ſi in eiſdem tormentis eſſemus. Et vere nos neſcimus, q̃ ci-
to hinc rapimur: & cum diſceſſerimus, ſi ad grauiora tormenta perducamur. Pro cele-
riori ergo ſolutione ſubdit: Saltem vos amici mei. Vos ſcilicet qui amici mei fuiſtis, dũ
vixi vobiſcum in mundo, nunc miſeremini mei, id eſt, adiuuate me per veſtras oratiões
& eleemoſynas. Nunquam enim verus amicus eſt, qui ſuum amicum mortuũ pro poſ- Prou. 17
ſe non adiuuit. In neceſſitate autem amicus probatur. Et debetis penitus miſereri mei, Amicus
quia manus domini tetigit me, id eſt, afflictio quæ iuſte à manu dei in me data eſt. Et in neceſſitate pro-
nota, ꝙ dicit tetigit, non percuſſit, vel occidit me. Quia nimirum illam animam ꝑ quan batur.
B dam afflictionem dignatur tãgere, quam ab omni pœna poſt modicum intendit libera- Tangere
re, at vero ipſam quæ inæternum pro ſuis nequitijs flagellari meruit, percutiendo occi- dei & per
dit, dum vindictam in exercendo ipſam reprobat, & à perenni gloria ſanctorum irreuo cutere qd
cabili ſententia ſequeſtrat. O q̃ grauis eſt percuſſio, quando ita intolerabilis eſt eius ta- ſit.
ctus, qui clamare cogit: Miſeremini mei miſeremini mei. Timeamus fratres venturam Hebr. 10.
iram, horrendum eſt incidere in manus dei viuentis. [Quis mihi hoc tribuat, vt ſcriban
tur ſermones mei] hic adiunge in libro, deinde ſubinfer [Quis mihi det vt exarentur in
libro ſtilo ferreo aut plumbi lamina, vel celte ſculpãtur in ſilice.] Quidam, neſcio q ſunt,
vocant eos idiotas, qui celte hic legunt, aſſerẽtes certe debere legi, non celte. Verum nos
neſcimus linguam in qua ſcriptus erat primo iſte liber ſcilicet Iob. Quidam aiunt arabi
cam fuiſſe hebraicis literis, ſed ſiue ſit celte ſiue certe: non ipſi qui celte legunt, propter
hoc idiotæ ſunt, ſed ipſi potius qui hanc literam reprehendunt, quia vt videtur ſenſum
verbi non intelligunt. Et alij ſunt qui non bene continuant literam [Exarentes in libro
ſtilo ferreo] & ſermones ſcribentes in nihilo quod nunq̃ ſit, cum intentio authoris talis
ſit, ꝙ deſiderauit ſermones ſuos in libro ſcribi, vt ſint permanentes & poſteriores per il-
los in ſeruitio dei proficiant. ❡ Eſt enim magnum meritum ipſis qui colligunt ſan-
ctos libros, vt ipſi quærant in eis quomodo ſancte viuant, & alij illos habeant, qui poſt Pro ſcriptoribus
eos venturi ſunt. Et quia forſitan Iob conſiderauit, ꝙ liber quantumcunq; bene ſcribat, & collectoribus
ſi iaceat in aqua poteſt deleri litera, petiuit vt vel exarentur ſermones eius in lamina plũ- librorũ.
bi ſtilo ferreo. Et quia adhuc attendit ꝙ plumbum per ignem poteſt liquefieri, & ſermo
nes auferri, addidit: vel celte ſculpantur in ſilice. Silex eſt lapis duriſſimus, in quo ſi ſcul- Silex
pantur verba, nec aqua delerentur, nec igne vrerentur. Sed cum conſuetudo noſtra non
ſit nec in plumbo dei verba exarare, nec in ſilice ſculpere, verum neq; antiqui hoc facie-
bant, ſed in libris ſcripſerunt, & nos ſcribimus (excepto ꝙ Moſes in duabus tabulis lapi Exo. 32
deis mandata dei accepit) videtur, ꝙ hæc verba ſpiritualiter voluit intelligi, & quæ cor-
poraliter dicta ſunt moraliter declarari. Myſtica enim ſunt & magnum ſenſum in ſe
gerunt. Ait ergo: Quis mihi hoc tribuat &c. ❡ Per hæc tria librum, ſcilicet plum- Verbum dei audiẽtes triplici ſunt differentia
bum & ſilicem, tria genera hominum qui audiunt verbũ dei poſſunt deſignari. Duo ma-
la & inſtabilia, & vnum bonum. Liber igitur qui vili & fragili materia, ſcilicet parga-

 meno

meno cum penna & incauſto efficitur, & aqua poteſt deformari, ſi non bene cuſtodia- C
tur, illos homines ſignificat, qui modico deſiderio & debili affectu verba dei audiunt,
& valde tenue in cordibus ſuis ſcribunt: ita ꝙ poſtea cum per aquas delitiarum & pro-
ſperitatum mundi tentantur, dilabentes in voluptatibus & concupiſcentijs perimplen-
dis, verba dei quæ prius perceperant obliuiſcuntur: & ſicut aqua materialis literas libro-
Gaudia ſecularia animæ nociua — rum delet: ſic aquæ ſæcularium gaudioꝝ, carnales homines faciunt inſenſatos, & omni-
no à gratia dei & à ſapientia cœleſti vacuos reddunt, vt non magis verba ſacræ ſcriptu-
ræ in memoria habeant, niſi ad contemnendum illa, non implendum, quaſi nunquam
Apoc. 8 — de eis quicquam audiſſent. De his aqs dicit Iohannes Euangeliſta: Multi mortui ſunt
de aquis, quia amaræ factæ ſunt. Ecce ergo ad quem finem veniunt, qui corpalem glo-
Eccle. 1 — riam concupiſcunt. Multi de aquis mortui ſunt, quia vt teſtat Sapiens: Stultoꝝ infini-
tus eſt numerus. Et inde omnis illoꝝ multitudo inæternum moritur. Vnde in aquis. i.
in carnalibus delitijs, & terrenis diuitijs illicite viuere gloriabantur. Et merito quidem
ex ipſis moriuntur, quia amaræ factæ ſunt poſt mortem, videlicet: qui dulces in vita ap-
Carnis delecta-tio mortifera. — paruerunt. Sequitur itaqꝫ, ꝙ maloꝝ dulcedo in amaritudinem vertitur, quia dum ſub
melle venenum latuit, peccator mel accipiẽs, venenoſo morſu ſelpſum occidit. Magna
delectatio reprobis hic eſſe permittitur, vt poſtquam hinc diſceſſerint, præ amaritudine
Thren. 1. — multiplicis mœroris moriantur. Hi falſi fideles, ſunt virgines vtiqꝫ ſqualidæ & oppſſæ
Prou. 23 — amaritudine. Peccatum quidem blande ingreditur, ſed in nouiſſimo mordebit vt colu
Eccl. 21 — ber. Fauus diſtillans labia meretricis, & nitidius oleo guttur eius, ſed nouiſſima illius du
Prouer. 5. — cunt ad infernum. Sicut apes nos circundant mulieres, quæ habent mel in ore, & acule
Mulier apis dr — um in dorſo, quia quos in ſuam delectationem capiunt, venenoſo aculeo latenter occi-
dunt. Et tales homines cum omni vento tentationis motos vir ſanctus reperit, ideo qui
verba dei in ore retineant, ſolerter quærit, dicens: ¶ Quis mihi det, vt exarentur in libro
Matth. 13 — ſtilo ferreo, & plumbi lamina] quia per ipſos, qui exarant verba dei in lamina plumbi,
Lucæ. 8 — intelliguntur fragiles, qui verbum dei aure percipiunt, & in corde ad tempus ponũt: ſed
Marc. 4. — cum poſtmodum igne tribulationis & aduerſitatis fatigantur, in murmuratione aduer
ſus deum, in iram & odium contra proximum effluunt. Et ſicut literæ quæ in plumbi
lamina exarabantur, per ignem materialem cum plumbo liquefiunt: ita diuini ſermo- D
nes quos antea laudauerant, à talium memoria igne tentationis penitus euaneſcunt.
Vnde & ſtilus ferreus recte his tribuitur, per quem exarare perhibentur. Quia ſicut fer-
rum multo citius emollitur quàm frangitur: Sic ipſi miſeri inconſtantes, libentius ad o-
mnem malum actum exequendum ſe exhibent, q̃ leuem anguſtiam vel modicam tri-
bulationem pro amore dei pati vellent. Quoꝝ cor & ſi quandoqꝫ in proſperis ſeſe non
eleuet, in aduerſis tamen ſemper dolet. Multos nimirum proſperitas decipit, & nõ pau-
ciores aduerſitas frangit. Nam hoc iam communiter videtur, ꝙ vnuſquiſqꝫ ad vindi-
Deut. 32. — ctam iniuriæ ſuæ ſe præparat, non attendens ꝙ dominus per prophetam clamat: Mihi
Rom. 12. — vindictam, & ego retribuam eis in tempore, vt labatur pes eoꝝ. Nam iuxta eſt dies per-
ditionis peruerſoꝝ, & adeſſe feſtinant tempora, in quibus omnia mundana gaudia fi-
nientur. Cum ergo ea quæ hactenus numerauit, quaſi inſolida & ficta reprehendit, ad
Silex — vltimum quod durare poteſt annectit. Vel celte ſculpantur in ſilice. Per ſilicem vir iu-
ſtus ſignatur, vel cor ſanctum viri veri amatoris dei, à quo verbum dei nec aqua deli-
Pſal. 16 — tiarum mundi abluitur, nec igne tribulationis crematur, ſed dicit potius: Igne me exa-
minaſti, & non eſt inuenta in me iniquitas. Quia enim ſanctus vir tam in proſperis quã
in aduerſis, iugiter & in omni tempore deum diligere nititur, in ipſo merito iniquitas
non inuenitur. Et bene dicit, ꝙ celte ſculpantur, ſ. verba ſalutifera in mente viri iuſti.
Celtes — Celtes enim ex metallo cõficitur, quod citius frangitur q̃ curuatur: & magnam cõſtan-
tiam ſanctoꝝ deſignat, qua ſermonem diuinum in ſe inſeparabiliter retinent: & deo in
omnibus obedire gaudent, in tantum, ꝙ morti ſe non recuſant exponere, antequam di
Rom. 8 — uinæ voluntati vellent contraire, de quibus ait apoſtolus: Quis ſeparabit nos à chari-
tate Chriſti? tribulatio? an anguſtia? an perſecutio? an fames? an nuditas? an piculũ? an
gladium? In omnibus ſuperamus propter eum qui dilexit nos. Certus enim ſum, quia
neqꝫ mors, neqꝫ vita, neqꝫ creatura aliqua poterit nos ſeparare à charitate dei, quæ eſt in
Chriſto Ieſu domino noſtro. Sic quidem ſanctus Iob deſiderium ſuum tandem obti-
nuit,



nuit, qui inſtabiles & fallaces tranſiliens, firmum & veracem inuenit, in quo verba dei
A velut celte ĩ ſilice laudabili pſeuerantia figurẽtur. Vnde & nulla affluentia terrenarũ re-
rum, ab amore Chriſti euellitur, nec aliqua tribulatione aut pænuria conquaſſatur. — Iob. 1. 2
Quamobrem conſtans in charitate, cuncta viſibilia & vanitates vicioſas viriliter re- — Cõſtãtia Iob.
ſpuit, & ad æterni amoris gaudium canendum & guſtãdum magnifice aſſurgit, vt tam
fortis fiat in mandatis dei, & ſicut ſilex ſolidus & ſyncerus ſemper ſubſiſtat, ꝙ citius po-
terit diabolus totam mundi machinam euertere, quàm ſanctum & firmatum ab amore — Soliditas ſctõrum deſcribit
Chriſti explantare. Et ſi aliquis quærat, qui ſunt ſermones, pro quibus tam ſolicitus
eſt, vt celte ſcribantur, & in memoria maneant? ſtatim manifeſtat, dum ſubiungit.
[Scio enim, ꝙ redemptor meus viuit, & in nouiſſimo die de terra ſurrecturus ſum] Hic
patet, ꝙ veram fidem antiqui patres habuerunt de humani generis redemptione ac de — Hebr. 11.
carnis reſurrectione. Et merito debent in perpetuam memoriam collocari ſermones
mei, & nequaquam obliuiſci à poſteris, qui gloriam cupiunt cœleſtis hæreditatis [Scio
enim, ꝙ redemptor meus viuit] Mirabilem fidem iſte habuit, qui ita firmiter credidit,
cum tamen tunc temporis Chriſtus in carnem non venit. Fidelis ſermo & omni acce-
ptione dignus. Scio, inquit, ꝙ redemptor meus viuit: & bene dico viuit, non extingui-
tur vt Iudæi putauerunt. Vnde ipſe ait: Fui mortuus, & ecce ſum viuens in ſecula ſeculo-
rum, & habeo claues mortis & inferni, quaſi diceret: Mortuus fui per paſſionem, & ecce
ſum viuens per glorioſam reſurrectionem, & habeo claues mortis & inferni per genera — Apo. 1.
le iudicium, vt cum diabolum & miniſtros eius in carcere calamitatis clauderem, nun-
quam inde exibunt ad nocendum quemquam, quia ardebunt ibi inæternum. Et quia — Matt. 28.
redemptor meus viuit, ideo in nouiſſimo die de terra ſurrecturus ſum. In euangelio di- — Lucæ. 3
citur: Media nocte clamor factus eſt, ecce ſponſus venit, exite obuiam ei, & apoſtolus di
cit. Chriſtus in nocte ſicut fur, ita veniet. ¶ Quomodo ergo hoc ſoluitur, ab illo in die, — Matt. 25.
ab alio in nocte, aduentus Chriſti affirmatur. In pſalmo etiam ſcribitur: Adducet ſicut — 1. Theſ. 5.
lumen iuſtitiam tuam, & iudicium tuum tanquam meridiem. Forſitan ſicut dies domi- — Pſalm. 36
nica prima dies fuit, quando tempus incœpit: ita erit & vltima dies, in qua peracto iudi- — Nocte iudex veniet.
B cio mutabilitas eſſe deſinit, & tempus amplius non erit. Pro his qui Chriſtum in nocte
venturum aſſerunt, ſcitote ꝙ hoc ideo dictum, quia ſubito & inſperate venit, quando ne
mo ſcit. Ideo dixit: Vigilate, id eſt, ſemper eſtote parati. Vnde & poſuit exemplum: Si ſci
ret paterfamilias qua hora fur veniret, vigilaret vtiqꝫ & non ſineret perfodi domũ ſuã. — Lucæ. 12.
Beatus ille ſeruus, quem cũ venerit dominus, vigilantem inuenerit. Venit ergo in die, — Matt. 24
id eſt, cum magna luce, quia nihil abſconditum, quod tunc non reuelabitur, nec occultũ
quod non ſciatur. De hac die q̃ horrenda erit impijs, Sophonias prædixit: Dies iræ dies — Sopho. 1.
illa, dies tribulationis & anguſtiæ, dies calamitatis & miſeriæ, dies tenebrarum & caligi
nis, dies vlulatus & clamoris, dies nebulæ & turbinis, dies tubæ & clangoris, dies vltiõis
& mortis. Ecce quantum nitebatur propheta: adhuc exprimere non ſufficit, q̃ magnus
dolor ibi peruerſis erit. Hæc eſt illa nox horrenda, quã ſiderũ lympidæ flammæ nõ po-
terunt illuminare. Et in hac die [de terra ſurrecturus ſum]. ſ. virtute dei nõ mea potentia
naturali. Vnde in pſalmo: Dabit voci ſuæ vocẽ virtutis, ſuſcitandi mortuos. Hic mani-
feſte patet, ꝙ omnes morimur & in terrã redigimur, & de terra ſuſcitamur. ¶ Sed vnde — Iohã. 5.
reſurgent iſti, quorum oſſa in auro & argento ponuntur? Nunqd ipſi dicent quaſi ſpecia — Pſal. 67
liter priuilegiati: De auro ſurrecturi ſumus. Hoc ergo ſcitote, ꝙ antequam reſurga- — 1. Cor. 15.
mus, omnia precioſa mundi in cinerem redigentur, vt ad omnes illud dicatur: Terra — Reliquiæ ſctõrum in puluerem redigentur.
es, & in terram reuerteris. Quia vt ait Ioannes: Exiccato flumine Eufrate, id eſt, adnihi-
latis omnibus ædificijs & ſtructuris ac diuitijs mundanorum præparabitur via regibus
id eſt, ſanctis ad reſurgendum: igne, ſcilicet comburetur facies huius mundi, & fiet no- — Gene. 3
uum cœlum & noua terra, nam omnia in melius reformabuntur. [Et rurſum circũ- — Apoc. 16.
dabor pelle mea & in carne mea videbo deum ſaluatorem meum, & cæte.] Et rurſum — Apoc. 21.
quaſi diceret, quod depoſui in mũdo, iterum accipiam in iudicio: quia circumdabor — 1. Cor. 15
pelle mea illa, ſcilicet, quam habui, non alia iam primo creata, ſed hac renouata, & glo-
rioſe immutata, & in carne mea videbo deum ſaluatorem meum. Videte fratres ne co-
gitetis errorem, quamuis caro noſtra in puluerem reducitur, eandem tamen carnem ha — Corpus idẽ numero reſurget
bebimus in futuro iudicio, q̃ habuimus in hoc mũdo, ſed nõ eodem modo ſe habentẽ.
Alioquin ſequerent multa inconuenientia, quæ abſurdiſſimum eſt opinari. Et ad hoc
creden-

Iohan.5 credendum, nolite argumentatione humanæ rationis aut naturæ quærere, ſed ſciatis C
1.Theſ.4 hoc voluntate ſola omnipotentis dei fieri poſſe. Ipſe enim hoc opus operabitur, apud
Lucæ.1 quem nihil eſt impoſſibile. Quemadmodum autem oĩa quæcunq; voluit fecit, ita tũc
Pſal. 113. omnia quæcunq; voluerit, faciet. Ipſe dixit, & facta ſunt: ita dicet, & facta erunt, eadẽ ſci
Gene.1 licet corpora quæ nunc in terram, vel in nihilum rediguntur, quãuis apud nos corpora
vſq; in cinerẽ comburãtur, vel in quoſcunq; halitus deuenerint comeſta forſitan fuerint
ab auibus, vel à feris beſtijs, deo nimirum materia non peribit, ſed fixa manet in eius in-
tuitu, de qua eandem humanam carnem reformabit. Indubitanter igitur confido, quia
in carne mea videbo deum ſaluatorẽ meum. Sed quomodo hoc magnum myſterium
& nimis profundum fiet, neſcio, verum nec aliqua pura creatura ſcit. Omnes vtiq; dici-
Pſal.138. mus cum pſalmiſta: Mirabilis facta eſt ſcientia tua ex me, confortata eſt, & non potero
1.Cor.15. ad eam. Hoc vnum ſcio, ꝙ quamquam eadem caro ſit, quę cadit & reſurgit, tamen tunc
Pulcritudo corporũ electorũ in reſurrectione. aliter quam nunc ſe habebit. Corpora nanq; noſtra nunc infirma ſunt grauia, obſcura,
debilia fame, ſiti, frigore afflicta, & multis alijs miſerijs repleta. In generali reſurrectio-
ne corpora electorum & ſaluatorum, ſpecioſa erũt & pulcherrima, quaſi radio ſolis per
cuſſa, capillos habebunt auro ſimillimos, formoſi erunt, & tam decentis facturę, ꝙ impoſ
ſibile erit aliquod in eis deforme vel inhoneſtum poſſe inueniri, ſtaturam habebunt o-
Matt.13. Statura reſurgentium ptimam quam ſcilicet vnuſquiſq; habiturus erat vel habuit triginta duorum annorum,
& in tali ætate agiles, ſubtiles, ſplendidi, & impaſſibiles manebunt. Non eſurient neque
ſitient amplius, quia paſcentur in viſione delitiarum dei, & conſtituti inter angelicos or
Apoc.21. dines, cum Chriſto regnabunt inæternum. Lumine autem ſicut veſtimento induentur,
Pſal.103 nec erit in eis aliqua verecundia, nam ſingula illorum membra, nimio fulgore erũt illu-
ſtrata. ¶Intelligite chariſſimi, quia talis eſt mutatio dexteræ excelſi. Moriuntur ho-
mines miſeri, fragiles, ſenes, deformes, paſſibiles: & reſurgent perfecti, ſtabiles, fortes, iu-
uenes, pulchri, & immortales: ergo cum gaudio morior, in iubilo conſumor, nõ timeo
redigi in puluerem, quia reſurgam, & in carne mea videbo deum ſaluatorem meum.
Matt.5 ¶Sed oritur hic quęſtio, quomodo reprobi deum videbunt, cum veritas dicat: Beati mũ
Iſaiæ.26 do corde, quoniam ipſi deum videbunt, omnes vtiq; mali immundi ſunt, ergo deum vi-
Sopho.1. dere non valebunt, quodq; Iſaias affirmat, dicens: Tolletur impius, ne videat gloriam D
Apo.1. dei. Vox enim domini amara, & tribulabitur ibi fortis. Sed in Apocalypſi dicitur: Ecce
venit cum nubibus, & videbit eum omnis oculus, & qui eum pupugerunt, & plangẽt ſe
ſuper eum omnes tribus terræ. ¶Sciendum eſt ergo, ꝙ omnes Chriſtum iudicantem
Impij diuinitatẽ non videbunt videbunt. Iuſti ad ſuam gloriam, iniuſti ad ſuam pœnã, & ideo dicitur. Videbit eum oĩs
oculus, ſcilicet in humanitate aſſumpta. Soli vero electi deitatem Chriſti videbunt. Ibi
oſtendit Chriſtus aperte, quàm iuſte & rationabiliter mali peribunt: Vnde & hæc ver-
ba: In carne mea videbo deum ſaluatorem meum, ſolis electis congruunt, quia reprobi
ipſum non videbunt ſaluatorem, ſcilicet ipſorum quem habebũt condãnatorem. Por-
ro in carne ſua videbunt Chriſtum, ſed omnino non erit ſicut caro ſanctoꝝ. Quia dum
Iohã.5. corpus ſanctoꝝ glorioſum & impaſſibile efficitur, corpora reproborum non niſi ad æ-
terna tormenta reſuſcitant. Heu cur non cogitant carnales miſeri, cur non attendunt ter
renis captiuati, ꝙ non proderit eis ſuperbia, neq; diuitiarum iactantia conferet eis quic-
Sap.5 quam, quoniam omnia illa tranſeunt ſicut vmbra, & nihil ſupereſt præter tormenta
infinita. Nequaquã tũc Chriſtus peccatoribus parcet, qa non acquieſcet cuiuſquã preci
Eze.7 bus, nec accipiet pro redẽptione malorum plurima dona, aurũ & argentum eoꝝ non li-
Ierem.46 berabit eos, in die furoris dñi. Qui bonam conſcientiã habet, audacter in deum aſpicit,
Eccli.35. qui illam nõ habet, cõfuſus cadit. Nam vindictam retribuet iudex in hoſtes eius, & gau
dium æternũ erit populo ſuo. [Quẽ viſurus ſum ego ipſe, & oculi mei cõſpecturi ſunt, et
non alius] Hoc eſt alius homo, nõ ero tũc, q̃ ſum nũc, & ſi aliter ero. Aperte hic docet, ꝙ
1.Cori.15 idem homo numero, qui nũc in terram cadit, tũc reſurget, & erunt ꝑfecti homines, & in
corrupti ſine aliqua diminutione membroꝝ. Et ſicut apoſtolus dicit: Seminat̃ corpus in
infirmitate, ſurget in virtute: ſeminat̃ corpus animale, ſurget corpus ſpirituale. [Repoſi-
ta eſt hæc ſpes mea] id eſt, fidem habeo reſurrectionis carnis, & ſpem vitæ æternæ ſtabi
litam [in ſinu meo] cordis mei per gratiã diuinam.

Cap. X.

QVare de vulua eduxiſti me, qui vtinam conſumptus eſſem ne oculus me videret.
Fuiſſem quaſi non eſſem de vtero tranſlatus ad tumulum] Hæc verba dolorem
potius



A potius exigunt, q̃ expoſitionem. Sed tamẽ aliqua ſuper hanc lectionem loqui cogimur
ne omnia aut tacẽtes aut neſcientes videamur. Sciendũ ergo eſt, ꝙ ſicut in præcedente le
ctione de ſecuritate & gaudio ſanctoꝝ pulchre deſcribitur: ita & in hac lectione de deſpe-
ratione & dolore dãnabilium manifeſtatur. Superius eñ dixerat gaudens & exultans:
In cane mea videbo deũ ſaluatorem meũ. Sed quia reprobi vt declaratũ eſt, deum ſcili-
cet deitatẽ Chriſti, non videbunt, in illoꝝ pſona quaſi doloroſus & deſpatus dicit: [Qua
re de vulua eduxiſti me, &c.] qa multo tolerabilior fuiſſet eis pœna, ſi in ventre matris
ſuffocarentur, & deſcenderent ad pœnam tenebraꝝ, non ignium ad infernum, ſcilicet
vbi morantur non baptizati, q̃ miſerabiliter de vtero matrum educi, miſerabilius: qa in
hac gemebunda valle, & deinde miſerabiliſſime ad interminabilia tormentorum incẽ-
dia deportari. Dicit ergo cœtus malorum: Quare de vulua eduxiſti me, id eſt, cũ me præ
ſciuiſti damnandum, cur me creaſti, cui nunq̃ flecteris ad miſericordiam. Sed ſtulta eſt
quæſtio, qa cauſam voluntatis dei quærere nõ debemus. Iudicia dei abyſſus multa, q̃uis Rom.9
hoĩes mali ſint futuri, non ꝓpter hoc debeat deus deſiſtere à creatione. Ipſe ſemp eſt glo- Pſal.35
rificandus & laudandus, quia ipſe omnia bene fecit & bona: nos vero noſmetipſos infici Marci.7.
mus & malos facimus, & non niſi proprio defectu à gratia dei excluditur, & ꝓpter mali Gene.1
tiam miſer damnatur. Et hoc peccator intelligens adhuc ſubiũgit [Qui vtinam cõſum
ptus eſſem, ne oculus me videret] Hęc verba dupliciter poſſunt intelligi. Vno modo ſic:
Vtinam conſumptus eſſem ſtatim, ſcilicet quando cõcipiebar, anteq̃ animarer: ne ocu-
lus me videret, ſcilicet nec ſpiritualis, nec carnalis me alicubi viuum vidiſſet, quia ſic nõ
eſſem, quod melius mihi foret quàm tam male eſſe. Alio modo ſic: Vtinam conſumptus
eſſem, ſcilicet in vtero, q̃ cito animatus fui: ne oculus me videret in mũdum natum & vi-
uum. Vel vtinam fuiſſem abortiuus, ſcilicet quaſi non eſſem homo ſubito de vtero ma-
tris meæ [tranſlatus ad tumulum] terræ. Abſit, ꝙ ab aliquo Chriſtiano hæc optarentur,
qui ſecundum fidem eccleſiæ & mandata dei viuit, & gerit in ſe ſpem futuræ gloriæ: ſed
in comparatione inextinguibilis ignis, quem dãnati ſentient inæternum, ponuntur. Val Lucæ.3
B de enim durum eſt in ardore ignis ſemper viuere, & moriendi facultatem penitus amiſiſ Matth.25
ſe. In inferno quippe poſiti nunquam mori poterunt, quia in mundo viuentes & peccan Apoca.9
tes ſemper permanſiſſe voluerunt. ¶Quadruplex ergo eſt peccatum, in quo huma-
num genus lapſum miſeriam ſuam luget, dicens: Quare de vulua eduxiſti me, &c. Pri- Quadruplex eſt pctm̃.
mum peccatum eſt cogitaſſe, quæ mala ſunt. Secundũ cogitationibus acquieuiſſe puer-
ſis. Tertium, quod eſt deterius, ope compleuiſſe. Quartũ poſt nõ facere pœnitentiam, &
in ſuo ſibi cõplacere delicto. Hierony. lib. primo ſup Amos: Primus modus peccãdi eſt
in delectatione, quando qs aliquid concupiſcibile videt, & moroſa ac voluntaria cogita I. modus peccandi
tione in illo delectatur, & tũc incipit recedere à deo, & delinquere in illo præcepto: Non Exod.20.
concupiſces. Vnde apoſtolus ait: Concupiſcentiã neſciebã eſſe peccatum, niſi lex diceret:
Non cõcupiſces, & alibi: Ne reſpicias vinum. i. non admittas peccandi delectationem, Roma.7
cũ flaueſcit in vitro. i. fallibili & fragili corpe, q̃uis ſit pulchrũ & ornatũ. Et hoc eſt con Proue.23
tra multos, q cum ornatã mulierculam viderint, ſtatim in eius cõcupiſcentiã exardeſcũt
& qa pulchritudinis tentationi fallacis nõ reſiſtunt, ſeipſos à diuina gratia abijciunt, & Oculi vane videant
in fœtentẽ turpitudinẽ ruunt. Mundana nanq; vanitas pręſtigiũ eſt, & ſimilis parieti de
albatæ, quia & ſi exterius apparet amabilis, intus tamen plena eſt amaritudine, & horro
re ſqualoris. Secundus modus peccandi eſt in conſenſu, vt cum miſer homo tantũ in de II. modo
lectationem peccati rapitur, vt non obſtet niſi facultas, ꝙ nephãda operatio exterius per
petretur. Et nulli dubium, quin hoc pctm̃ mortale ſit, cũ iam mens captiuata ad illicitũ
& prohibitum cõſentit. ¶Et tunc nimiꝝ ad tertiũ peccandi modũ deceptus homo pro
greditur, cũ iam conceptũ in mẽte flagitiũ, impudẽter exterius opatur, deinde vero pec III. mod.
catũ magis ac magis delectat, in tantũ ꝙ peccator ab illo recedere neſciat, ſed inuolutus
criminibus ſeipſum obſcurat. Inde nãq; dicit: Obſcurent̃ oculi eoꝝ ne videant, & dor- Pſal.68
ſum eoꝝ ſemper incurua. ¶Et ſic in quartũ modum peccandi deueniunt, qa iam pctm̃ IIII. modus
ſuũ in cõſuetudinẽ ducũt. Vnde dicit: Miſer homo ĩ voluptatibus ſuis vſq; ad mortẽ ire
ꝑmittitur, in malitia, & iniqtate ſua obſtinat̃. Et poſt mortem dęmonijs infernoꝝ tradi Sap.15
meruit, q in hac quadruplici ꝑuerſitate gaudẽs vixit. Et de his miſerijs culpæ, qbus pe- Exod.15.
ne totus mundus iã capitur & irretitur, ſcriptura meminit q̃ ait: Dixit inimicus. i. diabo-
lus libidinẽ ſuggerẽs: perſequar, ꝑ delectationẽ malã: cõprehendã, ꝑ cõſenſum mortife
rum

rum:diuidam ſpolia,per actum nephandum,implebitur anima mea, per peccati cõſue- C
tudinem,vel veniæ deſperationem.In iſtis igitur ligatus immundiτijs malorum., miſe-
rabilis conuentus merito clamaret vlulans & plorans timens & tremens [ Quare de vul
ua eduxiſti me?]Mallem me non fuiſſe creatum,quàm te offendendo commiſiſſe pecca
catum,& quia offenſam tuam merui in concupiſcentiam eundo prout me tentatio du-
ceret.[Vtinam] antequam actualiter hanc egiſſem [conſumptus eſſem,ne oculus me vi
Prou.11 deret,fuiſſem quaſi non eſſem de vtero]apparens & euaneſcens,ſtatim [tranſlatus ad tu
mulum] vt nequaquam in hoc mundo permanſiſſem,donec mortaliter peccaſſem:ſed
potius ſine baptiſmo ad infernum raperer puerorum,quàm poſt baptiſmum peccando
ad tormenta traherer tyrannorum.Scimus,ꝙ qui cõfidit in diuitijs corruet:& non igno
Iſaiæ. 40 ramus,ꝙ contagiorum carnalium amator,vt fœnũ areſcet.Nulli enim in hac vita diu
Iacob.4. conceditur viuere,quàmuis dies hominis quandoq; videantur durare.Vapor eſt huma-
1.Cor.7 na vita,ad modicum parens:& tunc prope nihil eſt,cum ſtare cernitur.Nam omne tran
ſitorium breue eſſe comprobatur.Vnde & poſtquam miſerorum mœrorem ac miſeriã
poſuit,aperte ſubdit.[Nunquid non paucitas dierum meorum finietẽ breui? Dimitte er-
Matth.7. go me domine,vt plangam paululum dolorem meum,antequam vadam,&c.vſq; ad fi
Prou.14. nem]quaſi diceret peccator:Eductus ſum de vtero matris meæ,& conſumptus nõ ſum,
antequam videret me oculus:ſed poſt baptiſmum lapſus ſum in lubricam viam & latã,
quæ ducit ad mortem:& væ mihi eſt vbiq;,quia ſi moriar deuorãt me dęmones,& in his
præſentibus deſiderijs durare non poſſum. [Nam paucitas dierum meorum in breui]
tempore [finietur.]Cogitate fratres,quàm incerti,& tranſeuntes ſint dies noſtri.Primo
dixit:nihil ſunt dies mei,deinde:breues dies hominis ſunt,& nũc quidem addit [Pauci-
Dies hoĩs incerti ſunt & pauci. tas dierum meorum finietur breui] Colligamus omnes dies noſtros ſimul, & inueni-
mus paucos,breues,nihil.Stultus eſt homo laſciuus,inſãuit ſuperbus,deuiat auarus, cu-
ius dies nihil ſunt.Pauci ſunt dies conditione cogente.Breues ſunt dies noſtri languore
inualeſcente.Et nihil ſunt dies noſtri morte rapiente.Pauci ſunt dies noſtri, quia mun-
dus ſeneſcit.Breues ſunt dies noſtri,quia langueſcit.Et nihil ſunt dies noſtri, nam om̃e
euaneſcit.Pauci ſunt dies noſtri in comparatione multorũ in inferno. Breues ſunt dies D
2.Cor.4. noſtri in comparatione longorum in cœlo.Sed nihil ſunt dies noſtri in comparatione
magnorum manentium ſine termino.Cum ergo nõ dubitem, ꝙ paucitas dierum meo-
rum finiatur breui:Dimitte me domine,id eſt,da mihi gr̃am in iſta breui paucitate die-
rum[vt plangam paululum dolorem meum ] In paucitate dierum meorum modicum
Planctus mũdi modicus eſt. planctum concede mihi peccatorum.Paululum dicit,quia omnis planctus mundi mo-
dicus eſt.Vel nihil ad reſpectum planctus futuri:vel quia quantumcũq; pro peccatis no-
ſtris planxerimus,adhuc vt meruimus,non plangemus. Sed forſitan mentem mouet
alicuius,in quantum dicit:Dimitte me domine, cum deus nunquam perturbet ſalutem
1.Tim.2. hominis,qui vult om̃es homines ſaluos fieri,& ad agnitionem veritatis venire: inſuper
Pſal.44. inſpirat vt doleamus pro peccatis noſtris.Nam & in pſalmo ſcribitur:Audi filia, & vi-
de,& inclina aurem tuam,& obliuiſcere populũ tuũ,& domum patris tui,& cõcupiſcet
rex ſpeciem tuam.Ideo ſciendum eſt,ꝙ deus aliquando dimittit malos,quos ab æterno
præſciuit eſſe reprobandos,ire in omnibus voluptatibus, & nequitijs quæ voluerint,vt
Pſal.80 modicum habentes q̊d delectat,diu habeant q̊d tormẽtat,vnde per pſalmiſtam dicit:
Et dimiſi eos ſecundum deſideria cordis eorum, ibunt in adinuentionibus ſuis.Sed iſto
modo non dimittit deus electos ire poſt concupiſcentias,quia ipſos temporaliter caſti-
Hebr.12. gat,quos ad æternam hæreditatem reſeruat.Iuſtum ergo deus dimittere dicitur, quan-
Apo.3 do ei lachrymarum compunctionem,ſalubris pœnitentiæ gratiam largitur. Ait ergo:
Dimitte me domine,vt plangam paululum,quaſi diceret: Si à me auxilium tuum ſub-
trahis,fruſtra laboro,quia non poſſum habere planctũ mei doloris,quia dum mihi gra
tiam recte pœnitendi non tribuis,quaſi me dolorem meum plangere non dimittis.Mul
ti ſunt homines,qui ſæpe cogitant in cordibus ſuis,ꝙ vellent ſcelera ſua deſerere, dein-
ceps non peccare, ſed potius de commiſſis pœnitere,ſtatuentes intra ſemetipſos in bo-
no vſque in finem perſeuerare: cum tamen de dolore ſuo verum planctum non inue-
Electi pctã plãgunt niunt, per quem mortem ſempiternam euadere poſſint. Etenim ipſos quos deus ad
cœleſte gaudium poſſidendum non elegit, peccata ſua plangere non dimittit. Sed
obſtinati in veteri fermento propter ipſorum cordis duritiam ab hac vita rapiuntur, &
nunquã



A nunquam ſalubriter plangere poterunt,qui poſt mortem in tormẽtis inæternum ſine
remedio lugere meruerunt.Ergo vere pœnitens plangat paululum,nam ipſum dimit-
tit deus, antequam vadat & non reuertetur. Vnde pſalmiſta:Remitte mihi vt refrige
rer,priuſquam abeam,& amplius non ero[ anteq̃ vadam] dico [ & non reuertar ] quo- Pſal.38
niam ſpiritus pertranſibit,& non cognoſcet amplius locum ſuum.Sed quo vadam? [ad Pſal.78
terram tenebroſam]Hoc non dicit pœnitens deſperando,ſed peccata ſua condemnan-
do,vt Chriſtus ipſum ſaluet. Terra tenebroſa dupliciter accipitur,pro limbo patrum
ad quem omnes iuſti antiqui,ante Chriſti paſſionem deſcenderunt: ſed iam ad illam Terra tenebroſa quæ ſit
terram nullus vadit. Et accipitur pro inferno proprie dicto,ad quem omnes mali va-
dunt,qui non reconciliati deo ab hac luce diſcedunt.Cum ergo excæcati peccatores cõ
ſtituti fuerint in extremis, qui præ multitudine flagitiorum ſuorum deſperantes vide-
rint ſe,nec hanc præſentem vitam diutius poſſe tenere,nec(quod durius eſt & grauius)
fauces Satanæ euadere:tunc à deo inducias petere incipiunt.Sed non obtinebunt, quia
conſtituit terminos eius,vel eorum,qui præteriri non poterunt:petunt, dico, dicentes:
Dimitte me domine,vt plangam paululum dolorem meum,antequam vadam.Sed fru- Iob.14
ſtra in morte inducias petunt,quibus in vita eorum conceſſit deus locum pœnitentiæ,
& ipſi abuſi ſunt. Sequitur: Et non reuertar,quia nec cœlum mereri poterunt, nec ad
mundum redibũt.Vadam,dico ad terram tenebroſam,id eſt,tenebris plenam [& oper-
tam mortis caligine] Caligo mortis eſt mortale peccatum,quo infernus operitur,quod Pctm̃ caligo mortis
damnati ſecum ferunt ad infernum,in quo & propter quod in æternæ mortis caligine
cruciabuntur ſine fine [Terram miſeriæ]ſcilicet infinitæ,quia boni ibi nihil eſt [& te-
nebrarum] palpabilium,quia caret luce gratiæ,luce gloriæ,luce coporali, luce ſpi
rituali.Ignis eſt ibi ardens,& ſi luceat(quod ego non puto) non eſt ad con-
ſolationem,ſed ad confuſionem. [Vbi vmbra mortis] non mor-
tis veritas,quia non vere moriuntur,qui ſemper ſunt in
moriendo,& nunquam mortui[& nullus ordo]ſci
B licet pœnarum,quia innumerabilia pro di- Apo.9
uerſitate,& inæſtimabilia pro acerbita
te ſunt ibi tormenta[ſed ſempiter
nus horror]ſcilicet in viſio-
ne dæmonum,monſtrorum,
ſerpentium,& draconum
& in ſenſu ignis [inha
bitans] inæ-
ternum.

¶D. Richardi Pampo. Eremitę Commenta-
riorum in Iob Finis.

# IN ALIQVOT CAPITA IOB ENARRATIO COMPENDIOSA, EX LIbro Moralium Beati Gregorij deſumpta, per D. Richardum Pampolitanum eremitam.

## ¶ In Cap. Iob VIII. Enarratio, ex XVII. Moral. Greg. deſumpta.

PARCE mihi domine, nihil enim ſunt dies mei ] Sunt nonnulli iuſtorum, qui ſic cœleſtia appetunt, vt tamen à terrenorum ſpe non frangantur. Largita diuinitus patrimonia, ad neceſſitatis ſubſidium poſſident. Honores ſibi temporaliter impenſos tenent. Aliena nõ ambiunt, ſuis licite vtunt: qui tamẽ ab eiſdẽ rebus quas habent alieni ſunt, quia ad ea quæ poſſident, ex deſiderio non tenentur. Et ſunt nonnulli iuſtorum, qui ad comprehẽdendũ culmen perfectionis accincti, dum altiora interius appetunt exterius cuncta derelinquunt, qui rebus ſe habitis nudant, gloria honoris ſe expoliant, qui internorum deſiderio per aſſiduitatem mœroris ſe affiiciunt, habere de exterioribus conſolationem nolunt, qui internis gaudijs dum mente appropiant, vitam in ſe funditus corporeæ delectationis necant. Talibus dicitur: Mortui eſtis, & vita veſtra abſcõdita eſt cum Chriſto in deo. Et pſalmiſta horum vocem ex-
Col. 3 Pſal. 83 primens, dicit: Concupiuit & defecit anima mea in atria domini. Concupiſcunt enim & non deficiunt, qui iam cœleſtia appetunt: ſed adhuc tamen à terrenorum delectationibus non laſſantur. Concupiſcit & deficit, qui cum æterna deſiderat, in amore temporalium non perdurat. Horum igitur numero ſanctus vir diuiſa à terrenis deſiderijs mẽ- D
Iob. 7. te ſe inſerit, qui ait: Deſperaui, nequaquam vltra iam viuam. Iuſti deſperare eſt præſentis
Deſperatio bona quæ ſit vitæ bona, æternitatis electione deſerere, manſura quærere, in rebus iſtis mundi fiduciã non habere. Qui hæc agens nõ vltra ſe viuere aſſerit, quia viuificatrice morte quotidie ſe à vita voluptatis occidit. Abſit enim ꝙ vir ſanctus de diuinæ miſericordiæ largitate deſperet, nec greſſus cordis à profectu intimi itineris ſubtrahat, nec amorem conditoris deſerens, quaſi à duce deſtitutus in via remaneat, & confoſſus gladio latrocinantis deſperationis ruat. Sed ne eius dicta ad noſtri intellectus arbitrium videamur violenter inflectere, debemus ex poſterioribus præmiſſa penſare. Quo enim ſenſu hoc dixerit, ipſe indicat qui ſubiungit: [Parce mihi domine, nihil enim ſunt dies mei] Non enim duo ſibi hæc verba conueniunt, deſperaui & parce: nam qui deſperat, iam ſibi parcere non poſtulat, & qui adhuc ſibi parci deſiderat, non deſperat. Aliunde ergo eſt ꝙ deſperat, aliunde ꝙ ſibi parci poſtulat: quia dum bona tranſeuntis vitæ per deſperationem deſerit, ad obtinenda quæ permanent, in ſpe robuſtior exurgit, & eo citius ventura appetit, quo præſentia verius & ex deſperatione relinquit. ¶ Et notandum, ꝙ vim nobis ſui cor-
Iob. 7. dis inſinuans, vnã de ſe ſententiã protulit. Sed hãc tertio inſinuando replicauit, ꝙ enim dixit: Suſpendium elegit anima mea, hoc replicans, addit: Deſperaui, æternaq; concupiſcendo, ac temporalia poſtponẽdo hoc intulit: Parce mihi domine, & q̃d dixit: Mortem oſſa mea: Nequaquam vltra iam viuam, & Nihil enim ſunt dies mei. Bene dies ſuos nihi eſſe conſiderat, quia ſancti viri quo verius ſumma conſiderant, eo ſubtilius terrena deſpiciunt: & ideo præſentis vitæ dies nihil eſſe conſpiciunt, quia illuminatæ mentis ocu-
Cognoſce teipſm. los in conſideratione æternitatis figunt: de qua dum ad ſe redeunt, quid ſe eſſe niſi puluerem agnoſcunt? & infirmitatis ſuæ conſcij, cum tanti rigoris vim aſpiciunt, & trepidant examinari quod ſunt. Vnde ſequitur [Quid eſt homo quia magnificas eum?] Ho-
Roma. 8 minem deus magnificat, quia largitate rationis ditat, infuſiõe gratiæ viſitat, honore collatæ virtutis exaltat. Cumq; per ſeipſum nihil ſit, eſſe tamen cognitionis ſuæ participem benignitatis munere concedit. Sed erga magnificatum hominem cor ſuum dominus apponit, quia poſt dona iudicium exerit, merita ſubtiliter penſat, vitę pondera vehemẽ-
ter



A ter examinat, & tanto ab eo poſt diſtrictius pœnas exigit, quanto hunc impenſo mune-
re largius præuenit. Vir ergo ſanctus immẽſitatem ſupernæ maieſtatis aſpiciat, & ad in- Lucæ. 12.
firmitatem propriam conſiderationis oculum reducat. Videat quia caro de ſemetipſa capere non valet, hoc quod de ſeipſa veritatis ſpiritus docet. Videat etiam quia ſubleua- 1. Corin. 2
tus hominis ſpiritus, iudicium tolerare non ſufficit, quia deus ſub examine diſtrictæ retributionis intendit, & dicat: Quid eſt homo quia magnificas eum? [aut quid apponis erga eum cor tuum?] quaſi diceret: Magnificatus homo ſpiritali munere, ſed tamen caro eſt, & vas eius poſt munera diſtricte conſideras: tamen ſi remota pietate iudicetur, põdus quod de tua ſubtilitate ĩminet, ferre nec ſubleuatus ad iuſtitiam ſpiritus valet: quia & ſi habet vltra ſe tua dona dilatãt, ad inquiſitionem tamen tui examinis ſua infirmitas anguſtat [Viſitas eum diluculo, & ſubito probas illum.] Diluculum dicitur, cum iam nocturna tempora in claritatem lucis mutantur. Nos ergo noctis tenebris premimur, cum perpetratiõe iniquitatis obſcuramur. Sed nox in lucem vertitur, cum mœroris noſtri obſcuritas veritatis cognitione radiatur, & cum corda noſtra iuſtitiæ fulgor illuminat, quæ culpæ cæcitas deprimebat. Diluculo ergo viſitat, quia erroris noſtri tenebras, luce ſuæ cognitionis illuſtrat, contemplationis munere ſubleuat, & arcem virtutis exaltat. Et cum ſic viſitat, ſubito hominem probat, quia & accedendo corda noſtra ad virtu-
tes prouehit, & recedendo concuti tentatione permittit. Si enim poſt virtutum munera Prouer. 3
nulla tentatione cõcutitur, has ſe habere animus ex ſeipſo gloriatur. Vt ergo & firmita- Tẽtatiõe deus ſuos probat
tis dona habeat, & infirmitatem ſuam humiliter agnoſcat, per acceſſum gratiæ ad alta
ſuſtollitur, & per receſſum quid à ſeipſo ſit, probatur. Nam & Salomon, mox vt gratiam 3. Reg. 3.
tantæ reuelationis accepit, certamen turpium mulierum pertulit: quia ſæpe cum mentẽ noſtram conceſſis virtutibus, reſpectus intimæ largitatis illuminat, hanc protinus etiã lubricæ cogitationes turbant: vt quæ ſubleuata immenſo munere exultat, & tentatione
pulſata quid ſit inueniat. Sic & Helias viſitatus diluculo, ſermone cœlos aperuit, & tamẽ 3. Reg. 18
probatus ſubito infirmus per deſerta fugiens vnam mulierem expauit. Sic Paulus ad 3. Reg. 19. 2. Cor. 11.
tertium cœlum ducitur, & tamen ad ſeipſum rediens, contra carnis bellum laborat, legẽ Roma. 7.
B aliam in membris ſuſtinet, cuius in ſe rebellione fatigari ſpiritus legem dolet. Quod eo plus patimur, quo deterſa funditus labe peccati, ad promiſſæ incorruptionis ſubſtantiã reformamur. Vnde ſubditur: [Vſquequo non parcis mihi, nec dimittis me, vt glutiam ſaliuam meam?] Saliua in os ex capite delabitur, ab ore vero ad ventrem ducitur cum glutitur. Caput noſtrum diuinitas. Venter qui dum cibum ſuum ſcilicet ſupernum intel-
lectum ſuſcipit, refectus omnium membra actionum regit, dumq; nos gratia ſuperni re- Caput noſtrum diuinitas
ſpectus illuminat, etiam mentis noſtræ nobis abſconſa manifeſtat. Saliuę nomine ſapor intimæ contemplationis ſignatur, quæ ad os à capite defluit, quia de claritate conditoris in hac vita nos poſitos, vix guſtus reuelationis tangit. Vnde redemptor noſter ſali-
uam luto miſcuit, & cæci nati oculos reparauit: quia ſuperna gratia carnalem cognitio- Iohan. 9.
nem noſtram per ammixtionem ſuæ contemplationis irradiat, & ab originali cæcitate hoĩem ad intellectum illuminat. Sed hæc ſaliua ad os labitur, vt ad ventrem vſq; perueniat: & non glutitur, quia diuinitatis contemplatio ſenſum tangit, ſed plene mentem nõ
reficit, quia animus adhuc perfecte conſpicere non valet, quod raptim videt, quia cali- 1. Cori. 13 Roma. 1.
go corruptionis præpedit. Ecce enim electorum mens terrena deſideria ſubijcit, cuncta quæ videt præterire tranſcendit, ab exteriorum delectatione ſuſpenditur, & quæ ſint bona inuiſibilia rimatur. Hæc agens plerumq; in dulcedinẽ contemplationis rapitur: iam de intimis aliquid quaſi per caliginem conſpicit, & ardenti deſiderio intereſſe angelorũ myſterijs conatur, guſtu incircumſcripti luminis paſcitur, & vltra ſe erecta ad ſeipſam relabi dedignatur. Sed quia corpus quod corrumpitur, aggrauat animam, inhęrere diu
luci non valet, quam raptim videt. Ipſa enim carnis infirmitas, tranſcendentem ſe ani- Sapien. 9
mam retrahit, & ad cogitanda ima, ſuſpirantem ſuperna reducit. Saliua vero ex capite defluens os tangit, ſed ad ventrem non peruenit, quia à liquore contemplationis intellectus noſter perfunditur: ſed mens non plene ſatiatur. In ore guſtus eſt, in ventre ſatietas. Saliuam ergo glutire non poſſumus, ſed ſupernæ claritatis bono ſaciari non permittimur, quia adhuc ex temeritate guſtamus. Sed quia hoc q̃d vtcũq; eam ſuper nos cognoſcimus, ex pietate parcentis eſt, ꝙ vero hic percipere perfecte non poſſumus, adhuc ex pœna vetuſta damnationis, recte dicitur: Vſquequo non parcis mihi, &c. Tunc homini


plene

plene parcis,cum hunc ad perfectionem tuæ contemplationis admiſeris, vt claritatem C
tuam raptus interius videat,& eum carnis ſuæ corruptio exterius non repellat. Tunc
permittis[vt ſaliuam glutiam]cum me ſapore tuæ claritatis,vſq; ad abundantiam ſacie-
tatis perfuderis. Vt non iam per indigentiam guſtu oris eſuriem,ſed in te ſolidus irri-
gato mentis ventre ſubſiſtam.Sed qui vult promereri bonum,quod expetit, debet ma-
lum confiteri quod fecit.Nam ſequitur.[Peccaui.Quid faciam tibi o cuſtos hominũ?]
Ecce fatetur malum quod egit:ſed bonum quod deo in recompẽſationem debeat offer-
Danie.9 re,non inuenit,quia ad abluendam culpam quælibet humanæ actionis virtus infirma
Thre.3 eſt,niſi hanc miſericordia parcentis foueat, & non iuſtitia recte iudicantis premat. In
Pſal.62 pſalmo: Melior eſt miſericordia tua ſuper vitam,quia licet videatur innocens,apud di-
ſtrictum iudicem noſtra nos vita non liberat,ſi ei reatus ſui debitum miſericordiæ be-
Opa bona nobis non Deo proſunt. nignitas non relaxat,quia & ipſa bona quæ agere præcipimur, non deo ſed nobis pro-
ſunt,humilitas autem noſtræ deſtitutionis exprimitur,cum deus hominum cuſtos vo-
catur,quia ſi eius nos cuſtodia non protegit,ante occulti hoſtis inſidias,noſtræ ſolicitu-
Pſal.126 dinis oculus vigilans non valebit.Per nos cecidimus,ſed noſtris viribus reſurgere non
valemus.Culpa nos voluptatis propriæ ſemel ſtrauit,ſed pœna culpæ quotidie deterius
deprimit.Ad amiſſam rectitudinẽ ſurgere nitimur,ſed meritorum põdere grauamur.
Gene.3 Vnde ſubditur [Quare poſuiſti me contrarium tibi] Tunc ſibi contrarium deus homi-
nem poſuit,cum peccando deum dereliquit,ſerpentis perſuaſionibus captus,hoſtis eius
extitit cuius præceptum contempſit,quem inimicũ deus ex elatione deputauit.Sed hæc
contrarietas culpæ,facta eſt homini pondus pœnæ,vt corruptioni ſuę male liber ſeruiat
qui bene ſeruus de incorruptionis ſuæ libertate gaudebat:quia q ſubeſſe diuinis iuſſioni-
bus noluit,ſub ſuis ſe neceſſitatibus ſtrauit.Quod melius oſtendimus,ſi ea quæ deiectus
Salus nr̃ corpis ęgritudo ẽ ſuſtinet,delicta carnis,& pondera exprimamus mentis. ¶Vt enim taceamus, hoc
quod dolores tolerat,quod febribus anhelat,ſua quadam ægritudine conſtringitur:ipſa
noſtri corporis quæ ſalus vocatur,ægritudo eſt.Nã ocio tabeſcit,ope deficit, inedia defi-
ciẽs cibo reficit vt ſubſiſtat,refectiõe lateſcẽs,abſtinẽtia releuat, vt vigeat,aqua infundit D
ne areſcat,labore vegetat ne qete torpeat,qete refouet ne laboris exercitatione ſuccũbat,
fatigata vigilijs ſomno reparat, oppreſſo ſomno,vigilijs excutitur,ne ſua peius quiete
laſſetur.Eſt in bonis corporis nonnulla iucunditas,ſcilicet in edendo,bibendo,calefaciẽ-
do,& cæteris talibus fomentis vel tegumentis corporis.Sed nunquid iſta vacant à miſe-
ria?Bonus eſt panis,ſed eſurienti:potus delectat, ſed ſitientem.Deniq; ſaturato cibus po-
tuſq; iam nequaqum ſunt grata,ſed grauia.Similiter vmbram non quærit niſi æſtuans
ſolem non quærit niſi algens,& ſic de alijs.Et idem:Fatendum eſt omne quod præſen-
tis vitæ eſt occupare miſeriam,niſi quod in continuis tribulationibus grauiorum labo-
rum leuiores qualeſcunq; ſunt conſolationes.Exemplum de viatore, qui iam fatigatus
aſſumit aliquod onus graue,quod poſtea cum depoſuerit,quaſi leuem ſe in via ſentit.
Hæc Bernard.in lib.de libero arbitrio. ¶Cumq; inde moleſtias inuenit, vnde vitare
Gene.3 moleſtias quæſiuit,male ſauciata de ipſo ſuo medicamine langueſcit. Ipſa enim ſalus
ægritudo cui curandi neceſſitas nunquam deeſt. Quia enim ſemel elationis ſumpſi-
mus ſpiritum,ecce defluens quotidie portamus lutum. Quot ſolatia ad viuendi vſum
quærimus,quaſi tot noſtræ ægritudini medicamentis obuiamus,ſed ipſum medicamen-
Superbia hoïs qbꝰ domatur. tum in vulnus vertitur.Quia exquiſito remedio paulo diutius inhærentes,ex eo graui-
us deficimus,quia prouide ad refectionem paramus,ſic certe debuit præſumptio corri-
pi,ſic ſuperbia ſterni.Ipſa quoq; mens noſtra à ſecreti interioris ſecuro gaudio excluſa,
modo ſpe decipitur,modo pauore vexatur,modo dolore deijcitur,modo falſa ſecurita-
te & hilaritate releuatur.Tranſitoria pertinaciter diligit,eorumq; amiſſione inceſſanter
atteritur,quia inceſſanter curſu rapiente ꝑmutatur,rebus mutabilibus ſubdita,& à ſeipſa
variata.Quærens enim quod non habet,anxia ꝑcipit,cũq; habere cœpit,tædet hoc per-
cepiſſe q̃d quęſiuit.Amat ſępe q̃d deſpexerat,deſpicit q̃d amabat.Cũ labore quæ æterna
ſunt diſcit,ſed horum repente obliuiſcit,ſi labore deſierit dum quærit,vt parum quid de
ſummis inueniat:ſed ad conſueta citius relabens,nec parum in his quæ inuenerit perſe-
uerat. Erudiri appetens vix ſuam ignorantiam ſuperat, ſed erudita grauius q̃ ſcientiæ
gloriam pugnat.Vix carnis ſuæ tyrannidem ſibi ſubijcit, ſed tamen adhuc intus culpæ
ſuæ



A ſuæ imaginem tolerat,cuius iam foris opera vincendo reſtringit.In authoris ſui inqui-
ſitionem ſe erigit,ſed reuerberatam hanc corporearum rerum amica caligo confundit
ſeipſam. Qualiter incorporea corpus regat,intueri vult: & non valet. Requirit inire,
quod ſibi reſpondere non ſufficit, & ſub eo ignara deficit,quod prudenter requirit,am-
plam ſe ſimul & anguſtam conſiderans , qualem ſe veraciter æſtimet ignorat, quia ſi
ampla non eſſet,tam inueſtiganda non requireret. Et rurſum, ſi anguſta non eſſet hic
ſaltem quod requirit inueniret. Bene ergo ſequitur. [Et factus ſum mihimetipſi gra-
uis] quia dum repulſus homo,& à carne moleſtias,& à mente quæſtiones tolerat, gra-
ue pondus,ſeipſum portat,vndiq; languoribus premitur,infirmitatibus vrgetur,vt qui
relicto deo ſe ſibi ad requiẽ ſufficere credidit, nihil in ſe niſi tumultum perturbationũ
inuenit.Inuentumq; ſe fugere quæreret,ſed authore contempto,quo ſe fugeret non ha-
beret.Beatus ergo Iob iſta conſiderans,& quare ita ordinata ſint ingemiſcens,non iuſti-
tiam redarguit,ſed miſericordiam requirit:vt percontando ipſe humiliter pulſet, quod
parcendo diuina pietas ĩmutet, quaſi diceret:Cur quaſi contrarium tibi hominem de-
ſpicis,qui certus ſcio,quia perire vel ipſum quem deſpicere crederis nõ vis. Vnde adhuc 1.Tim.2.
humilitatem confeſſionis exprimit,& vocem liberę inquiſitionis adiungit dicens [Cur
non tollis peccatum meum?] quibus verbis deſiderium prętolati mediatoris innuitur. 1.Cor.15
Ab humano genere peccatum tunc plene tollitur,cum per incorruptionis gloriam no-
ſtra corruptio permutatur.Ecce à culpa liberi eſſe non poſſumus,quouſq; in corpe mor-
tis tenemur.Redemptoris ergo gratiam vel reſurrectionis ſoliditatem deſiderat,qui ini-
quitatem ſuam auferri funditus ſperat.Vnde mox & pœnam quam ex origine meruit,
& iudicium quod ex propria actione pertimeſcit,ſubdit[Ecce nunc in puluere dormio:
& ſi mane me quæſieris,non ſubſiſtam] Mane dicitur illa manifeſtatio mentium, quæ
in aduentu Chriſti apertis cogitationibus quaſi poſt noctis tenebras demõſtratur. Quę-
rere dei eſt hominem ſubtili interrogatione diſcutere,& diſtricte diſcutiendo iudicare. Quęrere dei q̃d ſit
Humanæ igitur deiectionis damna conſiderans videt,quia & præſenti pœna premitur,
B & de futuris grauius vrgetur quaſi deploret,dicens:Interitum pro culpa ſuſtineo, ſed ad
iudicium veniens culpas reſtitui etiam poſt interitum formido.Exteriorem ergo mor-
tem conſiderans,dicit:Ecce nunc in puluere dormio,interiorem metuens adiungit: Et
ſi mane me quæſieris,non ſubſiſtam.Quantalibet enim iuſtitia polleant, ad innocentiã
ſibi vel electi non ſufficiunt,ſi in iudicio diſtricte requirantur.Sed hoc non ad ſolatium Pſal.142.
ſuæ ereptionis inueniunt,ꝙ ſe non poſſe ſufficere humiliter ſciunt. Sub humilitatis er-
go tegmine,à gladio ſe tantæ pœnæ abſcondunt,& quaſi terrorem venturi iudicis præ-
ſtolantes,continuo timore trepidant,eo indeſinenter agitur vt paratiores fiant. Sed ve- Hũilitas iratũ iudicẽ placat.
ra obſeqa deo nõ reddimus,ſi ex timore mãdatis illius & nõ potius ex amore ſeruimus.

¶In Cap.X. ex IX. Moralium Cap.XXII.

Enarratio.

TAedet animam meam vitæ meæ] Dum enim mens noſtra amore dulcedinis Chri-
ſti accenditur, omne deſiderium præſentis vitæ leuigatur, & hanc cum mœrore
mens tolerat,cui vita prius reprobo amore ſeruiebat.Sed cum præſens vita vileſcere cũ
conditoris amor dulceſcere cœperit,ſeſe contra ſe animus accendit,vt accuſare ſe de cul-
pis incipiat,in quibus ſe ante ſupernorum neſcius defendebat.Vnde ſubdit [Dimittã ad- Pro.18 Pſal.31
uerſum me eloquiũ meum] quaſi pro ſe eloquio ſuo vtitur,qui praua q̃ geſſit excuſatio-
nibus defendere conatur.Sed aduerſum ſe eloquium dimittit, qui accuſare hoc in ſe nõ
deſinit,quod errauit.Sæpe enim cum delinquimus ea quæ agimus,dijudicamus. Accu-
ſat mens ipſa quod perpetrat, ſed quia hoc ex deſiderio non deſerit, erubeſcit confiteri
quod facit. Cum vero tota iam iudicio carnis delectationem premit, audaci voce in
accuſationis ſuæ confeſſionem ſe erigit,quia fortis mens relaxare contra ſe verba dete-
ſtationis inchoat,quæ apud ſe prius verecundata retinebat.Sed ſunt nonnulli,qui aper-
tis vocibus culpam fatentur,ſed tamen in confeſſione gemere neſciunt,& lugenda gau-
dentes dicunt,contra quos ſequitur. [Loquar in amaritudine animæ meæ] qui culpas
deteſtando loquitur,neceſſe eſt,vt has in amaritudine animæ loquatur,vt ipſa amaritu-
do puniat,quicquid lingua per mentis iudicium accuſat. Ex pœna pœnitentiæ quam
ſibi mens irrogat,aliquatenus ſecuritatem percipit,& ad interrogationem iudicis fidẽ-
tior exurgit,vt ſe ſubtilius inueniat,& erga ſe quæ quomodo diſponantur agnoſcant.

1.Cor.11. Nam addit [Dicam deo noli me condemnare] Qui ſe peccatorem in amaritudine aſſe- C
Iudicat rit,quid deo aliud,quàm ne condemnetur dicat? quia amaritudo præſentis pœnitentiæ,
deus ho- extinguit ſupplicia ſequentis irę. Duobus modis in hac vita hominem iudicat deus, qa
minem aut per mala præſentia irrogorare iam tormenta ſequentia incipit,aut tormēta ſequen-
in hac vi tia flagellis præſentibus extinguit. Confuſione enim ſicut diploide induti ſunt,quia iu-
ta varie. xta reatus ſui meritum,& temporali, & perpetua pœna feriuntur. Sola enim pœna à
Pſal. 108 ſupplicio liberat,quos immutat. Nam quos præſentia mala non corrigunt,ad ſequentia
perducunt. Sæpe mens iuſti,vt magis ſecura ſit,altius trepidat,& cum flagellis cingitur,
ſuperni iudicij incertitudine turbatur. Pauet ne initium ſequentis damnationis ſit omne
quod patitur,& per cogitationem interrogat iudicem,quia de vitæ ſuæ meritis ambigit
in percuſſione: ſed cum vitæ virtus ad oculos mentis reducitur,quaſi conſolatio à iudice
reſpondetur,quia non ad perdendum percutit quem in actionis innocentia feriendo cu
ſtodit. Bene itaq; dicitur. [Indica mihi,cur me ita iudices] quaſi diceret, quia flagellan-
do me iudicas,oſtēde ꝙ ad iudiciū per flagella ſecurum reddas. Quod aliter intelligi po
Flagella probato' nis teſt. Nam plerumq; iuſtus,vbi flagella ad probationem percipit,& vitam ſuam ſubtiliſ-
ſima inquiſitione diſcutiens,licet ſe peccatorem ſentiat,& fateatur, pro qua tamen ſpe-
cialiter culpa percutitur,non agnoſcit,& eo magis in pecuſſione trepidat,quo cauſas ſuę
Heb.12 Apoca.3 percuſſionis ignorat. Petit vt ſeipſum ſibi iudex indicet,vt quod ille percutit, hoc in ſe
flendo & ipſe caſtiget. Scit enim ꝙ æquiſſimus iudex iniuſte quemquam non affligit.
Et magno metu concutitur,quia & dolet in verbere,& deprehendere in ſe non valet per
fecte,quod deplorat. Vnde ſubditur. [Nūquid bonum tibi videtur,ſi calumnieris & op-
Matt.19. primas pauperem, opus manuum tuarum] hoc per interrogationem dicitur,vt nege-
Lucæ.18 tur,quaſi diceret: Tu qui ſumme bonus es,noui ꝙ bonum non ęſtimas,vt pauperem per
calumniam premas. Et ſcio ergo,ꝙ non eſt iuſtum,ꝙ patior,& eo magis doleo,quo cau
ſas iuſtitiæ ignoro. Nota ꝙ non ait innocentem,ſed pauperem. Qui enim diſtrictioni
iudicis non innocētiam ſed paupertatem ſuam obijcit,iam non de vita audaciā arripit,
Gene.1 ſed quàm ſe infirmum conſpiciat oſtendit. Opus manuum tuarum,quaſi diceret impie
1.Pet.5 Iob.2 opprimere non potes,quem te feciſſe gratuito recordaris [Et conſilium impiorum ad- D
iuues?] Impios hic ſpiritus malignos vocat,qui cum redire ad vitam nequeunt,crudeli-
ter ſocios ad mortem quærunt,quorum conſilium fuit,vt beatum Iob diuina correptio tan
Iob.1 geret,& qui in tranquillitate iuſtus extiterat,ſaltem per flagella peccaret. Sed impiorum
conſilium dominus non adiuuit, quia eorum tentationibus carnem iuſti prodidit, ani-
mam negat. Hoc iugiter contra bonos conſilium ineunt,vt quos deo ſeruire in tranquil
litate conſpiciunt,vexati aduerſitatibus ad voraginem culpæ rapiantur. Sed eorum con
ſilij acumen deſtruitur, quia pius conditor cum viribus flagella moderatur, ne virtu-
tem pœna tranſeat,& per aſtutiam fortium humana infirmitas excedat. Niſi enim deus
cum viribus tentamenta modificet, nullus eſt qui malignorum ſpirituum inſidias non
1.Cor.10. 2.Pet.2 corruens portet,quia ſi menſuram iudex tentationis non præbet,eo ipſo protinus ſtan-
tem deijcit,quo vltra vires onera imponit. [Nunquid oculi carnei tibi ſunt,&c.] Hoc re
quirendo negat,oculi carnei facta temporum non niſi in tempore agnoſcunt,quia & i-
pſi ad vidēdum cū tpe prodeūt,cū tpe claudunt. Et humanus viſus ǭdlibet opus ſequit,
non præcurrit,quia vix exiſtentia aſpicit,& ventura nullo modo agnoſcit. Dieſq; & an-
ni hominis à diebus & annis diſcrepant æternitatis,quia vitam noſtram quę tempore in
cipit,etiam tempore finitur,dum intra ſinus ſui latitudinem format,æternitas deuorat,
cuius immenſitas,quia vltra citraq; ſuper nos tenditur,ſine inchoatione et termino eius
æternum eſſe dilatatur,eiq; nec tranſacta prætereunt,nec adhuc ventura quaſi quæ non
appareant deſunt,quia hic qui ſemper eſſe habet,cuncta ſibi pręſentia conſpicit. Cumq;
Deo oīa ſunt præ- ſentia. aſpiciendo poſt & ante non tenditur nulla intuitus mutatione variatur. Dicat ergo: Nun
quid oculi carnei tibi ſunt,& cæt.] ac ſi humiliter inquirens diceret,cur me in tempore
per flagella examinas,quem apud te pfecte & ante tempora ſciſti. Cur culpas meas ver-
beribus interrogas, quem per æternitatis tuæ potētiam nec priuſquā conderes ignoras.
Cuius potētiæ mox pondus exprimit,cum dicit [Cum ſit nemo qui de manu tua poſſit
Heſter.13 erruere] quaſi diceret,quid tibi reſtat,niſi parcere cuius virtuti nullus valet obuiare, quo
Iob.9. enim nemo eſt q animaduerſionem tuam ex merito ſuæ virtutis retineat, eo à ſe facilius
Pſal.50 tua pietas exigat,vt parcat. Quia autem in delictis nos concepti, in iniquitatibus editi,
aut



A aut noxie praua perpetramus,aut incaute etiam recta agendo delinquimus: vnde nobis
diſtrictus iudex placabilis fiat,non habemus. Sed cum noſtrum opus eius obtutibus di
gnum exhibere non poſſumus,reſtat vt ad placationem illius ſuum opus ei offeramus.
Vnde & ſubditur.

¶In Cap. X. ex IX. Moralium Cap. XXXVI. Enarratio.

MAnus tuæ fecerunt me,& plaſmauerunt me totum in circuitu] ac ſi humiliter di
cat,ꝙ ſub iuſto examine dignum non eſt tuæ plantationi quod feci,penſa miſe-
ricorditer, ne pereat quod feciſti. Quibus verbis peruerſum dogma Manichei de- Mani- chei error
ſtruitur,qui duo eſſe principia mentiens,à deo ſpiritum,à Satana carnem conditam aſ-
ſerere conatur. Sed ſanctus vir prophetiæ ſpiritus gratia plenus, & longe poſt ventu-
ra conſiderat, & errorum genimina præuidens calcat. Qui enim plaſmatum ſe, &
factum totum in circuitu à DEO aſſerit,tenebrarum genti nec in ſpiritu ſuo aliquid Gene.1
nec in carne derelinquit. Nam plaſmatum ſe propter internam hominis imaginem re-
tulit: factum vero totum in circuitu in eo,ꝙ ex carnis conſtat indumento memorauit,ꝑ
hoc ꝙ ſe plaſmatum dei manibus aſſerit,miſericordiæ iudicis dignitatem ſuæ conditio
nis opponit,neq; enim de homine ſicut de cæteris rebus ſcriptum eſt: Fiat,& factum eſt. Gene.1
Sed priuſquam fieret: Faciamus,dicitur: vt ſcilicet quod rationalis creatura condebatur
quaſi cum cōſilio facta videret. Quod ergo ꝑ cōditionē homo elegātius inter creaturas
cęteras accepit,hoc in flagello poſitus pietati ſui opificis opponit,quaſi diceret: Cur tāta
vilitate deſpicis,quem cū tanta dignitate edidiſti,& quem ratione rebus cęteris præfers,
cur ex dolore ſupponis? Sed hęc noſtra dignitas fulget ꝑ imaginem,& lōge diſtat à bea-
titudinis perfectione per carnē,quia dum ſpūs miſcetur pulueri quodāmodo cōnectitur
infirmitati. Quā pietati iudicis obijcit,& dicit [Memento,quæſo,ꝙ ſicut lutum feceris
me] Angelorum ſpūs ideo irremiſſibiliter peccauerunt,quanto robuſtius ſtare poterāt, Quare āgeli ſunt
quanto eos carnis admixtio nō tenebat. Homo vero ideo poſt culpam veniam meruit, irremiſſi
quia ꝑ carnale corpus aliquid quo ſeipſo minor eſſet accepit. Vt lutū ergo factus homo biles ho-
B eſt,quia de limo eſt ad cōditionem ſumptus. Lutum fit cum aqua terræ cōſpergitur. Si- mines nō
cut lutū ergo homo eſt cōditus,qa quaſi aqua perfundit puluerem, cū aīa rigat carnē,
quaſi diceret,infirmitatē carnis cōſidera,& reatum iniqtatis laxa [& in puluerem redu-
ces me] Memento ꝙ ꝑ carnem à terra venio,& per eius interitū ad terrā tendo, materiā
originis & pœnā finis aſpice,& culpæ citius tranſeuntis parce. Sed qa qualitatē protulit
hominis cōditi,nunc ſubdit ordinē propagati dicens. [Nōne ſicut lac mulſiſti me] ſicut
lac mulgetur ſemine,ſicut caſeus coagulatur carne [Carnibus & pelle] induitur [oſſibus
& neruis] cōſolidatur. Per lutum primæ cōditionis qualitas,per lac ſequentis ordo con Lutum
ceptiōis exprimit: qa ꝑ coagulatiōis incremēta ducit,vt pauliſꝑ in oſſa roboret. Sed an- Lac.
guſta dei laus,deſcriptio creati corpis,niſi exprimat mira aſpiratio viuificationis. Ideo
ſubdit [Vitā & miam tribuiſti mihi] Sed in caſſum nobis bona cōditor tribuit,ſi non oē
ǭd tribuit ip̄e cuſtodit,ſeqtur [Et viſitatio tua cuſtodiuit ſpiritū meū] hęc quę de exterio
re homine diximus,etiā interiori homini quō poſſint cōgruere replicando mōſtremus.
Sicut lutū homo noſter interior extitit,qa ſpiritus ſancti gratia terreni menti infundit,
vt ad intellectū ſui cōditoris erigatur. Hūana em̄ cogitatio q̄ peccati ſui ſterilitate aruit,
per vim ſancti ſpūs quaſi irrigata terra virideſcit. Sed ſæpe dū perceptis doni virtutibus
ſupni,ſine interruptiōe vtimur ad priuatā fiduciā,vſu cōtinuę pſperitatis eleuamur. Vn
de fit,vt ſpūs qui ſubleuauerat,parumꝑ deſerat,quatinus ꝓm ſibi hoiem oſtēdat. Vnde
ſubdit [Et in puluerē reduxiſti me] qa cum mens in tētatione deſerit, quaſi ab humore
priſtino terra ſiccat,vt infirmitatē ſuam derelictus ſentiat,& ſine infuſione græ quantū
homo aruit,agnoſcat. Qui apte ad puluerē reduci dicitur,qa dimiſſus ſibi cuiuſlibet ten-
tatiōis aura raptatur. Sed dū relicti cōcutimur,ea q̄ afflicti cognouimus,ſubtilius iā do-
na cogitamus. Vnde ſequit [Nonne ſicut lac mulſiſti me] Mens noſtra cum ꝑ grām dei
ab vſu vetuſtæ cōuerſationis abſtrahit,ſicut lac mulget,quia in quadā coagulatiōis no- 1.Cor.11.
uæ teneritudine & ſubtilitate formatur [& ſicut caſeū me coagulaſti] qa in cōſtipatione 2.Tim.3.
pingueſcentis cogitatiōis aſtringit,vt nō iam ꝑ deſideria defluat,ſed in vno amore ſe col Ecci.2.
ligere,ad ſolidā reformationē ſurgat. Plerūq; contra hæc rudimenta ſpiritalia,ex vſu ve
teri caro ſubmurmurat,& mens bella tolerat,ex hoīe quem foris portat. Vnde ſubiungi
tur [Pelle & carne veſtiſti me] Pelle & carnibus interior homo veſtitur,qa in eo ꝙ ad ſu

perna erigitur, carnalium motuum obſidione vallatur: ſed tendendem ad iuſtitiam, C
1.Cor.10. in tentatione conditor non deſerit, quia per infuſionem gratiæ, etiam peccantem præ-
Manus uenit, ſed ſubleuatam mentem, & ad bella exterius laxat, & interius roborat [quia oſſi-
Chriſti bus & neruis pingimur] nam & ſi tentatione foras irruente concutimur, intus tamen
roborat nos manus Chriſti roborat, ne frangamur. Carnis ergo nos motibus humiliat ad do-
na. Sed per oſſa virtutum roborat contra tentamenta. Qui ideo nobis bene viuendi forti
tudinem tribuit, quia benigne in his quæ delinquimus parcit. Vnde ſequitur [Vitam
& miſericordiam tribuiſti mihi] vita tribuitur cum malignis mentibus benignitas aſpi
ratur. Sed vita ſine miſericordia accipi non valet, quia ad obtinenda iuſtitię bona domi
nus non adiuuat. Sed prius miſericorditer ante actas nequitias relaxat, niſi enim miſeri
cordiã ſubroget, ſeruari non poteſt vita quã præbet ipſe. Quotidie hũano vſu vetera ſci-
mus, & exterioris hominis impulſu, cogitatione lubrica, ab interioribus eximus: & niſi
nos ſuperna viſitatio, vel ad amorem viuificet, vel ad timorem flagellando reſtauret, re
pẽtino lapſu mens funditur tota deſtruitur, quæ longo virtutis ſtudio innouata videba-
tur. Nam ſi dona præſtat, ſed hunc continue reſtaurando non ſubleuat, citius bonum
ꝑditur quod non à largitate cuſtoditur, perpetratæ nequitiæ adhuc memoria tãgimur,
& cogitatione illicita auerſi nolenteſq; pulſamur. Vnde ſubdit [Si peccaui & ad ho-
ram pepercisti mihi, cur ab iniquitate me mundum eſſe non pateris] Ad horam domi-
nus peccatori parcit, cum reatus culpæ, conceſſis protinus fletibus diluit. Sed ab iniqui
tate noſtra mũdos nos eſſe non patitur, quia volentes culpam fecimus. Sed nonnunquã
volentes eius memoriam cum delectatione toleramus. Sæpe enim hoc, ꝙ à conſpectu
ic 11 iudicis fletu deletũ eſt, ad animũ redit, & deuicta culpa, ad delectationẽ rurſus inſerpe-
Pet.2 re nititur, etiam in antiqua certamina rediuiua pulſatione reparatur: vt quod prius egit
ial. 37 in corpore, hoc importuna cogitatione poſtmodum verſet in mente. Vnde pſalmiſta:
Putruerunt & corruptæ ſunt cicatrices meæ. Cicatrices computreſcere eſt, iam ſanata
peccatorum vulnera, poſt ſuperductam cutem pœnitentiæ, fœtorem culpæ doloremq;
iterum ſentire, ſuggeſtionibus eorum cõſentire & nihil foris opere agitur, & ſola intus
cogitatione peccatur, diſtrictoq; ſæuiens reatu obligat, niſi hoc ſolicitis lamentis tergat, D
vnde in Moſe. Nocturnum ſomnum eſt tentatio occulta, per quam tenebroſa cogita-
Deute. 23 tione turpe aliquid corde percipitur. Sed talis extra caſtra egredi præcipitur, qa q immũ
da cogitatione polluitur, indignum ſe fidelium ſocietate arbitretur, culpæ ſuæ meritum
ante oculos ponat, & ex bonorum æſtimatione ſe deſpiciat. Qui ad veſperam lauatus a-
Pollutus qua, id eſt, pœnitentia, ſed poſt occaſum ſolis ad caſtra redeat, quia frigeſcente tenta-
extra ca- tionis ardore, neceſſe eſt vt iterum fiduciam erga ſocietatem bonorum ſumat, vt iam ſe
ſtra egre- à cæteris longe eſſe non æſtimet, qui mundum ſe per obitum intimi ardoris gaudet.
di ꝑcipiť Iccirco nonnunquam impulſu illicitæ cogitationis affligimur, quia in quibuſdam terre
næ cogitationis actibus (licet licitis) libenter occupamur. Cumq; vel in minimis ter-
rena actio per deſiderium tangitur, creſcente contra nos antiqui hoſtis fortitudine, mẽs
noſtra non minima importunitate tentationis inquinatur. Sed nos legaliter caput, & ea
quæ iuxta iecur ſunt incendimus, cum in ſenſu noſtro quo omne corpus regitur, & in
occultis deſiderijs flamma diuini amoris ardemus: & tamen præcipitur, vt pedes & in te
ſtina lauentur. Pedibus terra tangitur, & inteſtinis ſtercora geſtantur, quia plerumq; ex
Leui. 1,7 deſiderio in æternitatẽ ſuccendimur, toto deuotionis ſenſu ad appetitum noſtræ morti
ficationis inhiamus. Sed quia adhuc terrenum pro infirmitate aliquid agimus, nõnulla
etiam quæ ſubegimus illicita in corde toleramus. Cumq; cogitationes noſtras immun-
da tentatio inquinat: Inteſtina hoſtię ſtercus portant, ſed ad comburendum lauentur,
quia neceſſe eſt, vt immundas cogitationes timoris fletus diluat, quas in acceptione ſa-
crificij ſupernus amor incendat, vt tanto ſuauius in cõſpectu ſui ſpectatoris ardeat, quã-
to cum ei aſſiſtere cœperit, nil terrenum, nil lubricum in ara ſuæ orationis ſecum impo-
nit. Cur ergo me mundum eſſe non pateris, quaſi diceret: Si culpa venia abſtulit, cur
hanc & à memoria non deterſit. Sæpe ita mens in recordatione concutitur, vt ad perpe-
trationem illius longe grauius quàm prius vrgeatur, & deprehenſa trepidat, ſeq; varijs
motibus impulſa perturbat.

¶In XIII. ex XI. Moral. Cap. XXII.
Enarratio.

Reſponde



A RESponde mihi] vocare dei eſt, nos amando & eligendo reſpicere. Reſpondere no-
ſtrum eſt, amore illius bonis operibus parere: loquimur, cum eius faciem per deſi- Vocare
deriũ poſtulamus. Reſpõdere dicit dei loquentibus, cũ nobis ſe amantibus apparet. Sed dei, & re-
quia quiſquis æternitatis deſiderio anhelat, facta ſua diſcutit, ne quid in illo ſit quod fa- ſpondere
ciẽ dei offendat, recte dicit. ¶Quantas habeo iniquitates, &c.] Iſte in hac vita iuſtoꝝ la nr̃m qd
bor eſt, vt ſemetipſos inueniant, & inuenientes flendo & corrigendo ad meliora perdu- ſit.
cant. Quiſquis ergo æternitatis deſiderio anxius apparere venturo iudici deſiderat mũ-
dus, tanto ſe ſubtilius nunc examinat, quanto cogitat vt tunc terrori illius liber aſſiſtat,
& oſtendi ſibi exorat vbi diſplicet, vt hoc in ſe ꝑ pœnitẽtiam puniat. Seq; hic dijudicans
iniudicabilis fiat. Sed hic intueri neceſſe eſt, quanta nos peregrinationis noſtræ pœna
nos pertulit, qui in eam cæcitatem venimus, vt nos ipos ignoremus. Perpetrauimus ma 1.Cor.11.
la, nec tamen hęc celerius deprehendimus vel perpetrata. Excluſa mens à luce veritatis 2.Corin.5
nihil in ſe niſi tenebras inuenit, & plerumq; in peccati foueam pedem porrigit, & neſcit
ꝙ de ſola exilij ſui cæcitate patitur, quia à lumine domini repulſa, & ſeipſam videre per-
didit, quæ authoris ſui faciem non amauit. Vnde ſubditur [Cur faciem tuam ab-
ſcondis?] homo poſt culpam deum videre metuit, quem amare conſueuit. Et ecce poſt
culpam venit in pœnam, ex pœna ad amorem redit, quia quis fuerit culpæ fructus in-
uenit, & illam faciem quam timuit, excæcatus in culpa requirit. Ex pœna, homo enim Roma. 8
contemplationis lucis intimę habuit in paradiſo, ſed ſibi ipſi placens ex quo à ſe receſſit, Gala. 5
lumen cõditoris perdidit, eiuſq; faciem ad ligna paradiſi fugit. Sed ex pœna eſt, ꝙ iam Gene. 3
caliginem ſuam odiat, & hoc ꝙ actorem ſuum non videt, grauiter perhorreſcat. Quo
deſiderio vir ſanctus compunctus clamat [Cur faciem tuam abſcondis, & arbitraris me
inimicum tuum?] quia ſi vt amicum aſpiceres, tuæ me viſionis luce non priuares, qui
mobilitatem cordis humani addit. [Contra folium quod vento rapitur, & cę.] Quid
eſt homo niſi folium, qui in paradiſo cecidit, qui vento tentationis rapitur, & deſiderio-
rum flatibus leuatur, quot enim mens noſtra tentationes patitur, quaſi tot flatibus mo- Flatus tẽ
B uetur. Hanc ira perturbat, quæ cum recedit, ſuccedit inepta lætitia, luxuriæ ſtimulis vr- tatiõum
getur, æſtu auaritiæ ad ambienda terrena tenditur. Hanc ſuperbia eleuat, quandoq; in- multi
ordinatus timor in infimis calcat. Recte ergo folio comparatur. Cecidimus quaſi foliũ,
& iniquitates noſtræ, quaſi ventus abſtulerunt nos, quia nullo fixos virtutis pondere in Folio hõ
vanam elationem leuauit. Qui arbor fuit in conditione, folium à ſeipſo factus eſt in ten compať.
tatiõe, ſed ſtipula apparuit in deiectione. Et quia viriditatem intimi amoris perdidit, iã
ſtipula ſicca eſt. Conſideret ergo ſe homo quantæ vilitatis ſit, & deus quantæ diſtrictio
nis, & dicat: Contra folium, & cæt. Ac ſi deploret, dicens: Cur tanta rectitudine eum
impetis, quem ſic infirmum in tentatione eſſe cognoſcis? [Scribis eñ cõtra me amaritu Hõ in tẽ-
dines.] Omne quod loquimur trãſit, quod ſcribimus, manet. Deus non loqui, ſed ſcribe tatione
re amaritudines dicitur, cum diu ſuper nos eius flagella perdurant, quia peccanti homi- infirmus.
ni iratus, ſemel de mortalitate carnis noſtræ ſententiam fixit, quæ nunc & vſq; ad vlti-
mum mutari nullo modo valebit. [Et conſumere me vis peccatis adoleſcentiæ meæ.]
Ecce vir iuſtus quia in iuuentute ſua ſe peccaſſe non inuenit, ab adoleſcentiæ facta perti
meſcit, quia enim primam ætatem mentis aptam bonis operibus adoleſcentiam dicunt
iuſti viri, cum in magna mentis maturitate proficiunt, nonnunquam ad memoriam a-
ctionum ſuarum initium reducunt, ſeq; tantũ de ſuis primordijs reprehendunt, quan-
tum ex grauitate mentis altius profecerunt, quia eo indiſtrictos ſe fuiſſe inueniunt,
quo diſtrictionis artem plenius conſequuntur. Ad literam, conſiderandum eſt, quàm
ſint grauia peccata iuuenum & ſenum, ſi & illud ſic iuſti metuunt, quod infirma ætate
dereliquerunt. In neruo DEVS pedem hominis poſuit, quia prauitatem illius forti
diſtrictionis ſuæ ſententia ligauit, cuius omnes ſemitas obſeruat, quia ſubtiliter ſingu-
la eius quæq; dijudicat, & etiã cogitatiões penſat, & veſtigia pedũ conſiderat: qa intẽtio
nes noſtroꝝ operũ ꝗ recte ponanť examinat, ne hoc quod bonum agitur, non recto de
ſiderio agatur. Et plerumq; dum quædam praua agimus intuentibus hic exemplũ ma
lum præbemus, & quaſi inflexo extra viam pede, ſequentibus veſtigia diſtorta relinq- Heb. 4.
mus, dũ ꝑ noſtra opa ad ſcãdalũ aliena corda prouocamus. Valde laborioſum eſt, cuſto 1.Reg. 18
dire ne hõ mala facere audeat, ne in bonis actibus ꝑ intentionẽ titubet. Sed qñ qui car- Eccẽs. 12
Matt. 18.
nis ſuæ

C

nis ſuæ infirmitate conſtringitur, qua cuncta valet ſubtiliter aſſurgere, & inconcuſſa cogitatione rectitudinem tenere. Vnde ſubdit: [Quaſi putredo conſumendus ſum] homo quaſi putredo conſumitur, dum carnis ſuæ corruptione conteritur [ſicut veſtim ẽtum] de ſe exorta tinea comeditur, ita homo in ſeipſo habet putredinem de qua conſumat, & hoc eſt verum, conſumitur vt non ſit.

Tẽtatio immũda vnde naſcatur

Cui quia immunda tentatio non aliunde, ſed de ſe naſcitur, more tineæ carnem tentatio quaſi veſtem de qua exijt, conſumit. Tinea ſine ſonitu perforat veſtem, & plærunq; cogitatio ita transfigit mentem, vt ipſa nõ ſentiat niſi poſtquam fuerit eius aculeo transfixa, quam infirmitatem noſtram cõſiderans adiungit.

## ¶ In Cap. XIIII. ex XI. Moral. Cap. XXVI. Enarratio.

Ecci. 42. Melior eſt iniquitas viri, q̃ benefaciens mulier exponitur

HOmo natus de muliere breui viuens tempore, repletur multis miſerijs] Hoc loco mulieris nomine infirmitas ſignatur. Vnde Eccleſiaſticus: Melior eſt iniquitas viri, quàm benefaciẽs mulier. Vir fortis & diſcretus vocatur: mulier infirma mens accipitur. Et ſæpe contingit, ꝙ ſi diſcretus ſubito labatur in culpam, & indiſcretus & infirmus bonam exhibeat operationem, qui nonnunq̃ de eo ꝗ bene egerit, amplius eleuat, & grauius in culpã cadit. Diſcretus vero ex eo ꝙ ſe male egiſſe intelligit, ad diſtrictiõis regulam arctius ſe reducit, & ĩde altius ad iuſtitiam proficit, vnde ad tempus à iuſtitia cecidiſſe videbatur,

Culpa aliquãdo virtutis fit occaſio.

quia nõnunq̃ culpa fortium occaſio virtutis fit, & iuſtitia infirmoꝝ occaſio peccati. Quid ergo in ſe habebit fortitudinis, qui natus eſt ex infirmitate? Ecce ſancti viri voce, plena hominis miſeria breuiter eſt expſſa, quia & anguſtatur ad vitam & dilatatur ad miſeriam.

Omne q̃d hic agiẽ pœna & mĩa eſt.

Omne enim quod hic agitur, pœna & miſeria eſt. Ipſi etiam corruptioni carnis ſeruire ad neceſſaria, miſeria eſt: vt contra frigus veſtimenta, cõtra famem alimenta, contra æſtum frigora requirantur, ꝙ multa cautela ſalus corporis cuſtoditur, quod etiam cuſtodita amittitur, amiſſa graui labore reparatur, & tamen reparata ſemper in dubio eſt. Amamus amicos, ſuſpecti, ne offendantur, fœcundamus inimicos, plærunq; inimicis ſic fidenter quaſi amicis loquimur, & pura verba proximoꝝ & multum nos forte diligentium, quaſi verba ſuſcipimus inimicoꝝ, & qui falli nunq̃

D

vel fallere volumus, ex cautela noſtra grauius erramus. Quid hoc niſi humanæ vitæ miſeria eſt, etiam ꝙ amiſſa cœleſti patria, repulſus homo delectatur exilio, grauatur curis, & cum cogitare diſſimulat quàm graue ſit, quia multa cogitantur, priuatus eſt interno lumine, & tamen in hac vita diuvult perpeti cęcitatem ſuam. Et ſi diu hic eſſe deſideret,

Iſaiæ. 40.

ipſo tamen curſu mortalis vitæ impellitur, vt egrediatur, quia [quaſi flos egreditur.]

Homo flos cãpi dicitur.

Nam nitet in carne, ſed conteritur, quia redigitur in putredinem. Quid enim ſunt nati homines in mundo, niſi quidam flores in campo? Tendamus oculos cordis in hãc latitudinem mũdi præſentis, & ecce quaſi tot floribus quot hominibus plenus eſt, vita in carne, flos in fœno eſt. Homo enim more floris procedit ex occulto, & ſubito appa-

Flori homo comparatur

ret in publico, qui ſtatim ex publico per mortem trahitur ad occultum. Carnis nos viriditas oſtendit, ſed ariditas pulueris ab aſpectibus retrahit: quaſi flos apparuimus, qui non eramus, quaſi flos areſcimus qui temporaliter apparemus, per momenta quotidie homo impellitur ad mortem. Sed cum ſol curſum ſuum indeſinenter peragat, nunquam ſe in ſtabilitatem figat, cur curſus vitæ hominis vmbræ potius quàm ſoli cõparatur, niſi ꝙ amiſſo amore conditoris, calorem cordis perdidit, & in ſolo iniquitatis ſuæ frigore remanſit? Qui ergo in amore dei calorem cordis non habet, nec vitam quã diligit tenet, vmbra fugit, & ſecutus eſt vmbra [& nunquam in eodem ſtatu permanet] quia dum infantia ad pueritiam, pueritia ad adoleſcentiam, adoleſcentia ad iuuentutẽ, iuuentus ad ſenectutem, ſenectus tranſit ad mortem, in curſu vitæ pſentis ſuis augmentis ad detrimentum impellitur, & inde ſemper deſinit, vnde ſe proficere in ſpacium vitæ credit: fixum ſtatum hic habere non poſſumus, vbi tranſituri venimus, & hoc ipſum noſtrum viuere, quotidie à vita tranſire eſt. Quem lapſum primus homo ante culpam habere non potuit, quia tempora eo ſtante tranſibant. Mens etiam noſtra mutabilitatis ſuæ pondere ad aliud ſemper impellitur q̃ eſt, & niſi in ſtatu ſuo arcta cuſtodię diſciplina teneatur, ſemper in deteriora labitur, quæ enim ſemper ſtantem deſeruit, ſtatum quem habere potuit amiſit. Vnde nũc cũ ad meliora nitiẽ, quaſi q̃tum fuimus conatur. Cum enim ab intentione aſcendendi reſoluiẽ, ſine labore duciẽ ad ima, qa in aſcenſu labor eſt, in deſcenſu ociũ. Quia niſi mẽtis intẽtio ferueat, vnda mũdi nõ vinciẽ, p quam

ſemp



A

ſemper anima ad ima reuocatur. Quia ergo talis eſt homo, ſequitur [Et dignum ducis ſuper huiuſcemodi aperire oculos tuos] dei aperire oculos eſt iudicia exercere, quẽ feriat videre.

Oculos apire q̃ñ de⁹ dicaẽ

Nam quaſi clauſis oculis non vult aſpicere, quem non vult ferire. Contemplatur iudicem, conſiderat infirmitatem ſuam, & ait [Quis poteſt facere mundum de immundo, &c.] is qui per ſe ſolus eſt mundus, mundare præualet immunda. Homo enĩ in corruptibili carne viuens, habet tentationum immunditias impreſſas in ſeipſo, quia eas traxit ab origine, ipſa cõceptio eius propter delectationẽ carnis immũditia eſt.

Proue. 30

Hinc eſt quod plerumq; tentatur etiam nolens, & ꝙ immunda quædam in mente patitur & ſi ex iudicio reluctetur: quia conceptus de immunditia dum ad munditiam tendit, hoc cõnatur vincere, quod eſt. Quiſq; occulte tentationis motus & immunditiã cogitationis euicerit, nõ ſibi tribuat ſuam munditiam, quia de immundo conceptum ſemine nullus mundum facere poteſt, niſi is qui per ſeipſum ſolus mundus eſt. Solus enim in carne vere mundus extitit, qui delectatione carnis tangi non potuit, quia nec per carnalem hunc delectationem venit.

Chriſtus ſolus mũdus diciẽ.

Qui ergo ad locum munditiæ mente peruenit, conceptionis ſuæ viam reſpiciat, per quam venit: & inde colligat, quod ex ſua virtute non habet munditiã viuendi, cui de immunditia factum eſt initium ſubſiſtendi. Mos iuſtorum eſt, tãto prudentius præſentem vitam, quàm ſit fugitiua, cogitare, quanto ſtudioſius nouerunt cœleſtis patriæ æterna bona perpendere. Ex his enim quæ manentia intus aſpiciunt, foris

Heb. 13

figuram rerum labentium ſubtilius attẽdunt. Vnde & addit [Breues dies hominis ſunt] Hoc apud nos velut non eſſe conſiderat, quod tanta velocitate tranſcurrit: quia vero apud deum etiam labentia ſtant, apud eum eſſe numerum menſium noſtrorum perhibet. Vel in diebus breuitas temporis, in menſibus multiplicata dierum ſpatia deſignantur. Nobis ergo breues dies hominis ſunt. Sed quia vita noſtra poſt tenditur, apud deum numerus noſtrorum menſium eſſe memoratur. Vnde dicitur: Longitudo dierum in dextera eius.

Prou. 3

Nulla quæ in hoc mundo hoĩbus fiunt abſq; occulto dei conſilio veniunt. Nam cuncta deus futura ſecutura pſciens ante ſecula decreuit, q̃liter p ſcl'a diſponanẽ: ſtatutũ eſt hoĩ quantũ hunc mundi pſperitas ſequatur, vel quantum aduerſitas feriat: ne electos

B

Sapi. 8

eius aut immoderata proſperitas eleuet, aut nimia aduerſitas grauet. Statutumq; eſt quãtum in ipſa vita mortali temporaliter viuat. Nam & ſi annos. XV. Ezechiæ regi ad vitam addidit, cum eum mori permiſit, tunc eum præſciuit eſſe moriturum. Sed per prophetam dominus dixit, quo tempore ipſe mori merebatur per largitatem miſericordię

Iſaiæ. 38

illo eum tẽpore ad mortẽ diſtulit, quod ante ſecula pſciuit. Bene ergo dicit [Conſtituiſti terminos eius, qui præteriri non poterunt] quod & intelligi iuxta ſpm̃ poteſt, quia nõnunquam in virtutibus proficere conamur, & quædam dona pcipimus, à quibuſdã vero repulſi in imis iacemus. Nemo enim eſt qui tantum virtutis apprehendat quantum deſiderat, quia omnipotens deus interiora diſcernẽs ipſis ſpiritualibus profectibus modum ponit: vt ex hoc bono quod apphendere conatur, & non valet, in illis ſe non eleuet in quibus valet.

Profectibus deus modum ponit

2. Cor. 12

Paulus quare tentatus

Vnde Paulus eſſe poſt reuelationem tranquillus & intentatus volebat. Sed quia deus homini conſtituit terminos, quos præterire non poterit, eleuauit hunc ad cognoſcendum ſublimia, & reduxit iterum ad infirma tolerandat vt modi ſui menſuram aſpiciens, dum ſecuritatem apprehendere conaretur & non poſſet, ne per elationem extra ſe iret, per humilitatem cogeretur intra ſuos ſemp terminos redire. [Recede ergo paululum ab eo] hoc loco recede dicitur, vim flagelli amoue. Quis enim valet deo recedente quieſcere, cum ſolus ipſe ſit requies, à quo quiſq; quanto longe fuerit, fit tanto & inquietus. Mercenarius quanto longe eſt à fine operis, tanto à retributione mercedis: Ita vir ſanctus in hac vita poſitus, dum longe ſe ab exitu vitæ præſentis conſpicit, longe ſe eſſe ab æternis gaudijs gemit. Quid eſt ergo dicere [Recede paululum ab eo, vt quieſcat] niſi iam flagella vitæ præſentis ſubtrahe, & bona quietis æternæ oſtende, de qua ait [donec optata veniat, & ſicut mercenarij dies eius] Tunc homini optata ſicut mercenarij dies eius venit, quando æternam requiem pro recompenſatione ſui laboris acceperit.

## ¶ In reliqua eiuſdem Cap. ex XII. Moral. Cap. V. Enarratio.

Quis

QVis mihi tribulat, vt in inferno protegas me?] Quia ante aduentum Chriſti oīs homo quamuis mundæ probatæq; fuerit vitę, ad inferni clauſtra deſcendit. C Dubium non eſt, quoniam homo qui per ſe cecidit, per ſe ad paradiſi requiem redire non potuit: nec tamen ita iuſtorum animas ad infernum dicimus deſcendiſſe, vt in locis pœnalibus tenerentur: ſed eſſe inferiora inferni loca, eſſe alia ſuperiora credenda ſunt: vt & in ſuperioribus iuſti requieſcerent, in inferioribus iniuſti cruciarētur. Beatus ergo Iob ad infernum ſe deſcendere ſciens, quid conditoris ſui illic protectionem poſtulat, vt à locis pœnalibus alienus exiſtat: niſi dum ad requiem ducitur, à ſupplicijs abſcondatur, vnde ſubdit: [Et abſcondas me, donec pertranſeat furor tuus.] Furor dei in hoc quotidie vim ſuæ diſtrictionis peragit, ꝙ viuētes indigne dignis ſupplicijs demergit. Qui furor nunc tranſit, ſed in fine pertranſit: quia modo agitur, ſed in mundi termino cōſummabitur. Iſte tamē furor quantum ad electorum animas, in redemptoris noſtri aduentu pertranſiit, quia eas ab inferno ad paradiſum reduxit. Vnde ſubiungit: [Et conſtituiſti mihi tempus in quo recorderis mei.] At vbi venit plenitudo temporis, &c. Quia autem in electis ſuis dominus occidit mortem, mors mortis extitit: quia vero ex inferno partem abſtulit, partem reliquit, non occidit infernum, ſed momordit. [Putas ne mortuus homo rurſum viuat?] Solent iuſti viri in eo q̊d ipſi certum & ſolidum ſentiūt, quaſi ex dubietate aliquid proferre: vt infirmoꝝ in ſe verba transferant: ſed per fortem ſententiam infirmanti dubietati omnino contradicunt. Vnde ſententiam ſuæ rectitudinis adiunxit. ¶[Cunctis diebus quibus nunc milito, &c.] Qui immutationem ſuam tanto deſiderio expectat, quàm ſit de reſurrectione certus inſinuat, & quantum deſpiciat curſum vitæ præſentis innoteſcit, quia hunc militiam dicit. Per militiam ſemp ad finem tenditur, & quotidie cōcluſionis terminus expectatur. Curſum ergo vitæ huius deſpicit, & ſtatum ſoliditatis requirit, qui per hoc ꝙ mutabiliter militat, ad immutationem ſuam peruenire feſtinat. Iuſtis quippe in hac vita, ipſa ſarcina ſuæ corruptiōis oneroſa eſt: quos vigiliæ defatigant, ſomnus quæritur & vigiliaꝝ labor, vt anxietas temperetur: ſed nonnunquam & ſomnus occidit. Fames corpus atterit, & vt eius neceſſitas repellatur cibi requiruntur: ſed & ipſi grauant. D In eius ergo immutatione quid agatur, adiunxit [vocabis me & ego reſpondebo tibi.] Reſpondere cuilibet dicimur, cum eius factis congrua ad vicem opera reddimus. In illa ergo commutatione vocat dominus, & reſpondet homo, quia ante incorrupti claritatē incorruptus homo oſtenditur poſt corruptionem. Nunc enim quouſq; ſubditi corruptioni ſumus, deo noſtro non reſpondemus: quia dum corruptio ab incorruptione longe eſt, ſimilitudo apta noſtræ reſponſioni non eſt. Tunc ergo deo volenti veraciter reſpondemus, quando ad ſummæ incorruptionis iuſſum incorruptibiles ſurgemus, & quia hoc ꝑcipere creatura ex ſe nō poteſt, ſed dono ſolius dei agitur, vt ad tantam incorruptiōis gloriam permutetur [operi manuum tuaꝝ porriges dexteram] quaſi diceret: Ideo tua creatura corruptibilis perſiſtere ad incorruptionem poterit, quia tuæ poteſtatis manu erigitur, & tui reſpectus gratia vt perſiſtat tenetur. Homo enim eo ipſo quo creatura eſt, in ſeipſa habet ſub ſe defluere: ſed à conditore ſuo accepit, vt & ſup ſe contemplatione rapiat, & in ſemetipſo in incorruptione teneat. Operi manuum ſuaꝝ porrexit dominus dexteram ſuam, quia vt abiectum & in infimis iacens genus humanum, ad ſumma erigeret, vnigenitū ſuum miſit: ex cuius incarnatione nobis datum eſt, vt qui ex voluntate ꝓpria in corruptionē cecidimus, vocante nos deo quandoq; ad incorruptionis gloriam ꝑuenire valeamus. Qua in re largitatem diuinæ miſericordię penſare quis valeat, ꝙ ad tantam ꝑducit gloriam hominem poſt culpam? Penſat deus mala quæ fecimus, & tamen ꝑ benignitatis ſuæ gratiam ea miſericorditer relaxat. Vnde ſubdit: [Tu qdem greſſus meos dinumeraſti, ſed parce peccatis meis] greſſus dinumerat, cum ſingula quæq; noſtra oꝑa propter retributionē ſignat. Greſſus actio eſt, deus ergo duritiā in peccātibus cōſpicit: ſed tñ hāc ꝑueniēte gr̄a ad pniām emollit. Culpas ergo enumerat, cū nos ad ſingula quæ fecimus deflenda conuertit, & quaſi miſericorditer ꝑcit: qa dum nos ipſi punimus ipſe in extremo examine nō iudicat. Apoſt. Si nos ipſos iudicaremus nō vtiq; iudicaremur. Vnde ſubdit [Signaſti quaſi in ſacculo delicta mea] qa hoc q̊d ego exterius egi, niſi pœnitentia diluā in ſecreto iudicioꝝ dei ſub quadā occultatione ſeruat, vt quandoq; de ſecreto ſigilli exeat ad publicū iudicij. Vnde dicit: Nōne hęc cōdita ſunt apud me ſignata in theſauris meis?

Aiaꝝ varia receptacula

Furor dei

Gala. 4
Oſee. 13

Infernū momordit Chr̄s non occidit.

Vita hominis ęrūnis plena eſt.

1. Theſ. 4
1. Cor. 15.
Iohan. 5

Iohan. 3.
Rom. 5
Iſaiæ. 53

1. Cor. 11.

Deute. 32

In die



In die vltionis reddā illis. Cum vero ꝑ malis quę fecimus, diſciplinæ flagello atterimur A & hic ꝑ pniām deflemus iniquitatem noſtrā, curat & ſignat, quia nec multa hic deſerit, nec in iudicio punienda ſeruabit. Signat ergo delicta, quia ea hic ſubtiliter attendit vt feriat. Curat vero, quia hic ꝑ flagella funditus relaxat. Vel quid eſt cor hominis niſi ſacculus: vbi dum ſtudioſe conſpicimus ꝑ quanta delinquimus, peccata noſtra quaſi in ſacculo dei ſignata portamus. Pc̄tā ergo noſtra ſignantur in ſacculo, cum mala quæ fecimus, ſolicito ſemp corde penſamus: Pſalmiſta: Iniqtatem meā ego cognoſco, &c. Et quia culpas quas nos intuendo & pœnitendo cognoſcimus, deus relaxat, recte ſubiungit, [ſed curaſti iniqtatem meam] quaſi diceret: Qm̄ ſignas vt pœnitendo videam, agis ne in retributione videant. Vnde ſequit: [Mons cadens defluxit, & ſaxum transfertur de loco ſuo, lapides excauant aquę, alluuione paulatim t̄ra conſumit, & homines ergo ſimiliter ꝑdes.] Quid eſt ꝙ cadenti monti & ſaxo tranſlato, ꝙ excauato lapidi, & ꝑ alluuionē terræ cōſumptæ, ꝑditio hūana compat: niſi hoc ꝙ patent dat intelligi: Quia duo ſunt gn̄a tentationum. Vnū quod in mente etiam iuſti, ꝑ repentinum euentū agit: vt ſic ſubito tentet, ꝙ hunc inopinato ꝓuentu concutiat & proſternat: Caſumq; ſuū non niſi poſtq̄ ceciderit, videat. Aliud q̊d paulatim venit in mentē, & reſiſtentem animū leuibus ſuggeſtionibus inficit, & oēs in eo vires iuſtitiæ, nō nimietate ſua, ſed aſſiduitate cōſumit. Mons ergo cadens defluit, & ſaxum transfert de loco ſuo. i. ſc̄tā mēs, cuius locus iuſtitia fuerat, impulſu ſubito transfert ad culpam: Lapides excauant aq̄, qa duritiā abſorbent aſſidua & mollia blandimēta libidinis, & lentū ac ſubtile vitiū corrumpit durum & forte ꝓpoſitum mentis. Et alluuione paulatim terra conſumit: ſicut influente aq̄ paulatim t̄ra conſumit, ſicut leuit ſurripiente vitio, mens etiam fortis abſorbet. [Et homines ſimiliter ꝑdes] qa cum tentationē iuſto iudicio eius menti ſtare in alto cernit, repente dn̄ari ꝑmittis cadere & defluere montem facis: & cum volūtas ad vitiū conuertit, quaſi ad locū alium ſaxum transfert. Repentino caſu mons cecidit, cū mens Dauid cœleſtibus myſterijs aſſueta, inopinata tentatione deuicta eſt, tanq̄ immaniſſimæ turpitudini ſubacta. Saxum itaq; de loco tranſlatū eſt, cum prophetæ animus à prophetiæ myſterijs excluſus, ad cogitādas turpitudines venit. B Salomon quoq; immoderato verſu & aſſiduitate mulieꝝ, ad hoc vſq; productus eſt, vt templum idolis fabricaret: & qui prius deo templum conſtruxit, aſſiduitate libidinis, etiam ꝑfidia ſubtractus fuit, quia ab aſſidua carnis petulantia ad mentis ꝑfidiam ꝑuenit. Sicut ergo hæc inſenſibilia, mō ſubito corruūt, modo pauliſꝑ infuſa mollicie aquaꝝ cōſumunt: ita eum quē rationalē deus cōdidit, vel ſubita tentatione deijcit, vel lōga ac lenta conſumi ꝑmittit. Sequit [Roboraſti eum paululū, vt imꝑpetuū tranſiret] qa hic viuēdi vires ad modicū accepit, vt imꝑpetuum trāſeat, vbi eius vitā terminus nō cōcludat, ſed in hac breuitate vbi roboratus ē colligat, vnde in ꝑpetuitatē veniat. Vel vt ſemp gaudeat, vel vt ſuſcepta ſupplicia non euadat. Sequit [Immutabis faciē eius, & emittes eū] Facies hoīs immutabit, cū eius ſpecies morte attereтur. Emittitur, qa ab his q̄ nolēs tenuit, trāſire ad æterna cogit volens, dūq; ad illa ꝑducitur. Hęc quæ diu cogitata tenuit, qualiter ſe habitura ſint relicta neſcit. Vnde addit [Siue nobiles fuerint filij eius, ſiue ignobiles nō intelligit] Sicut hi qui viuentes ſunt, mortuoꝝ aīæ quo loco habeātur ignorāt: ita mortui q̄liter vita in carne viuentiū diſponat neſciunt, qa à vita ſpūs lōge eſt vita carnis. Et ſicut corporea & incorporea diuerſa ſunt genere, etiā ita diſtincta cognitiōe. Quod tñ de aīabus ſanctis ſciendū nō eſt qa q̄ intus claritatē dei vidēt, nullo mō credendū eſt, ꝙ ſit foris aliqd q̊d ignorēt: ſed carnales qa amorē p̄cipuū filijs impendūt hic eis, poſtmodū neſcire aſſerit quod hic vehemēter amauerūt. [Vt ſiue nobiles, ſiue ignobiles ſint filij] neſciant quoꝝ eos cura ſemp fatigabat. Spūaliter ſiue nobilia ſiue ignobilia ſint nūc oꝑa eius nō intelligit, qa ſæpe homo agere bona intētione nititur: Sed tñ pro multis q̄ ſurripiūt, ſubtuli examinatione diſcuſſa, vtrū apud deū approbent eius oꝑa vel reprobentur, ignorat. Et hic ergo hō in laboris dolore eſt poſitus, & illuc ducit in timore ſuſpitiōis. Vñ ſeqtur [Attamē caro eius dū viuit dolebit] cur ineſſe cōiugibus carnis tribulatio q̄ſi ſpāliṫ dicit, q̄ etiā à vita ſpūaliū lōge nō eſt, niſi ꝙ hi frequenter maiores tribulatiōes ex carne ſuſcipiūt, q carnis voluptatibus delectant [& aīa eius ſup ſemetipſo lugebit] qa qſqs in ſe gaudere appetit, eo ipſo iā in luctu eſt, qa vera lętitia recedit, v̄a. n. lętitia mētis creator eſt. Dignū eſt ergo, vt in ſe ſemp homo mœrores inueniat, q derelicto creatore in ſe gaudiū quærebat.

Cor hoīs ſacculꝰ dr̄
Pſal. 50

Duo gn̄a tētationū

Aquæ excauant lapides

Montes cadūt

2. Reg. 11.
Salomon fabricauit tēplū Idolis
3. Reg. 11
3. Reg. 5

Scīētia mortuoꝝ

1. Cor. 7

Luc. 6
Matth. 5
Gene. 3.

In cap.

¶In Cap. XVII. ex XIII. Moral. Cap. XV. Enarratio. C

SPiritus meus attenuabitur.] Attenuatur ſpiritus in timore iudicij, quia electorum
mentes quo amplius ſe extremo iudicio propinquare ſentiunt, eo ad diſcutiendos
2.Cor.11 ſeipſos terribilius contremiſcunt. Si quas in ſe carnales vnquam cogitationes inueniũt,
pœnitentiæ ardore conſumunt, nec cogitationes ſuas dilatari carnali voluptate ſinunt.
Vnde fit vt propinquum ſibi ſemper exitum ſuſpicentur. Nam reproboꝝ mentes ideo
multa nequiter agunt, quia ſe hic viuere diutius arbitrantur. Iuſtorum ergo attenuatur
ſpiritus, ſed craſſeſcit iniquoꝝ, quo enim tument per elationem, eo ſpiritus non habẽt
attenuationem. Iuſti vero dum breuitatem vitæ ſuæ conſiderant, elationis & immundi
tiæ culpas declinant. Vnde ſubditur: [Dies mei breuiabuntur, & ſolum mihi ſupereſt ſe
pulchrum.] Qui enim conſiderat qualis erit in morte, ſemper fit timidus in operatiõe,
Mortuũ ſe eſſe pius arbitratur. & vnde in oculis ſuis iam quaſi non viuit, inde veraciter in oculis dei ſui viuit. Nil quod
tranſeat appetit, cunctis præſentis vitæ deſiderijs contradicit, & pene ſe mortuum con-
ſiderat, quia ſe moriturum non ignorat. Perfecta enim vita eſt mortis imitatio, quàm
dum iuſti ſolicite peragunt, culpaꝝ laqueos euadunt. [Non peccaui, & in amaritudini-
bus moratur oculus meus] quaſi diceret: Culpam non feci, & flagella ſuſcepi. Sed qua
ratione non peccaſſe ſe abnegat, qui in multis locis ſe peccaſſe confitetur? Sed ad hoc ra
tio celeriter occurrit, quia non tantum peccauit vt flagella mereretur, nec tamen eſſe
ſine peccato potuit. Nam ꝙ non pro corrigenda culpa, ſed pro gratia augenda ꝑcuſſus
1.Pe.2. eſt, iudex teſtatur, qui laudat & ferit, & ideo laudatur, quia non negat. Porro Chriſtus
Iſaiæ.53 pœnam culpæ noſtræ ſine culpa ſuſcepit, de cuius voce ſubditur: [Libera me domine,
& pone me iuxta te] &c. Ipſe in amaritudine moratus eſt per paſſionem, liberatus per re
Marc.16. Act.1 ſurrectionem, ipſe iuxta patrem poſitus per aſcenſionem, & tunc in membris illius fu-
ror perſequentium ſæuit, cum contra fidelium vitam flamma crudelitatis exarſit. Sed
quo irent iniqui aut quid agerent, dum is quem perſequebãtur in terra, in cœlo iam ſe-
Heb.1. det, de quibus ſequitur. [Cor eoꝝ longe feciſti à diſciplina] nos in hac vita corruptioni
Rom.8 eſſe ſubiectos, de flagello diſciplinæ eſt. Aeſtu, frigore, fame, & ſiti turbari, affici mor-
Flagella pcti. bis, quandoq; extingui, quid ſunt hæc alia, quàm peccati flagella? Sed ſunt nonnulli D
qui & flagella tolerant, & tamen mentem ad flagellantis metum non reformant. Quia
& ſi corpus ſub diſciplina eſt, cor tamẽ non eſt, dum quis flagellatur, & ad humilitatem
mens non reducitur, & deus ſponte delapſum ibi remanere, vbi cecidit iudicando per-
mittit. Cor enim ſi ſub diſciplina eſſet, ſuperiora appeteret, adipiſcendis bonis mũdi nõ
inhiaret, quorum cor quia ſic non eſt, ſequitur: [Propterea non exaltabũtur] quia dũ
in infimis pro voluptatibus demiſſi, terrena bona ſemper deſiderant, cor ad ſupna gau
Exaltari quis meretur. dia nunquam leuant. Exaltantur qui mentem ad ſpem cœli erigũt: ſed qui per diſcipli-
nam vitam cuſtodire non ſtudent, ſemper per deſideria in imis iacent, & quod graui-
us eſt iacendo ſe erigunt, quia de rebus tranſitorijs extollũtur, & inde profundius in i-
mo ſunt, vnde apud ſe altiores fiunt. Cor ergo quod ſine diſciplina eſt, exaltari non po-
teſt, quia ſicut mens male eleuata in infimis premitur: ſic bene preſſa in ſublimibus ele-
uatur. Sequitur: [Prædam pollicetur ſocijs] quia diabolis malignis ſpiritibus, prauoꝝ
promittit animas, in eoꝝ ſine implendas [& oculi filioꝝ eius deficiẽt] quia dum inten-
Amor malus ꝑmanere nequit. tiones homini ad ſola terrena ſperãda excitat, hoc illos amare facit, quod diu tenere nõ
poſſunt. Neq; enim poteſt amoris praui intentio permanere: & hoc quod amat, ipſumq;
qui amat, conſtat ſub celeritate deficere. Vel ſocij ſunt crudeliſſimi in omni malitia re-
pleti. Filij qui adhuc deceptorijs promiſſionibus illuſi, augenda prauitate nutriuntur, vt
Inſtrumẽta diaboli impij illos velut ex merito quaſi ſocios diabolus habeat, qui iam non habent in ꝑditione quo
creſcant, iſtos quaſi filios lactat, vt ad peiora proficiant. Sed oculi eorum deficient, quia
prauorum intentiones cadunt, cum omne quod hic appetunt, deſerunt: & illic quod do
leant, ſine fine patiuntur. Sequitur: [Poſuit me quaſi in prouerbium vulgi, in exemplũ
ſuum coram eis.] Omnis qui flagello percutitur, quaſi in prouerbium ponitur vulgi.
Quia ſtultus dum cuiquam maledicere appetit, ex illius ſimilitudine maledictionem ſu
mit, quem percuſſum taliter videt, eandemq; pœnam ſuo optat aduerſario, quam eue-
niſſe conſpicit iuſto. Sicq; fit, vt non recte ſapientibus in exemplum deducatur rectus,
dum & pœna iuſti damnatio eſſe creditur, & quę illi maneat gloria, nulla ſpe fidei præ-
uidetur. [Caligauit ab indignatione oculus meus] hoc fit, quando ipſi qui in eccleſia lu
cem



A cem veritatis habent, dum ſe diutius à prauis deſpici & dedignari conſpiciunt, de occul
ti iudicij admiratione turbantur, & ſecretum dei penetrare nequeunt, cum præualere ꝑ- Scandalizantur infirmi in cruce bonorum
uerſi contra bonos permittũtur. [Et membra mea quaſi in nihilum redacta ſunt] id eſt,
infirmi vſq; ad infirmitatem corruunt, quia dum peruerſos florere proſpiciũt, iuſtoſq;
cruciari, ad hoc perueniunt, vt bona ſe vel inchoaſſe pœniteant, & ita ad agenda mala
citius recedunt, ac ſi eorum vitæ nocuerit quod bonum inchoauerunt. ¶Stupebunt iu
ſti ſuper hoc, & innocens contra hypocritam ſuſcitabitur.] Innocens hic nondum per
fectus accipitur, qui bona inchoans & ſi alijs non nocet, perfecte tamen agere non va-
let. Et quia corda paruulorum, dum peruerſos florere conſpiciunt, inuidiæ facibus ſuc-
cenduntur. Tanto enim quis plus inuidet alijs bona præſentia, quanto ea ipſe minus cõ
tempſerit. Nam quod haberi ab omnibus non poteſt ſimul totum, huic defuit, quod al-
ter habuerit. Succenditur contra hypocritam innocens, dum gloriæ ſimulatoris inui-
det, & q nulli nocere ſolet, vel perfectus contra hanc ſuſcitatur, quando hypocritam &
florere conſpicit, & tamen eum cum ſuo flore contemnit. [Et tenebit iuſtus viam ſuã,
& mundus manibus addet fortitudinem] Conſiderato hypocrita, iuſtus viam ſuam te-
net: quia dum illum ex peruerſa voluntate obtinere ea quæ mundi ſunt intuetur, ipſe ad
amorem dei robuſtius ſtringitur: ſciens ꝙ bonis deſiderijs præmia æterna non deerũt, Eccl.2
dum prauis & duplicibus cordibus bona temporalia non negantur. Et dum conſpicit
peruerſos obtinere terrenam gloriam, bona ſua opera ducit ad prouectionem: & tan-
to altius temporalia deſpicit, quanto hunc abundare in malis cernit. Vnde indignum
ſibi eſſe perpendit, vt illa bona appetat, quæ deus aduerſarijs ſuis tribuit, ſed ad percipi- Col.3
enda cœleſtia gaudia, mentem ſuam erigit, quæ ſibi cum reprobis communia eſſe non Philip.3.
poſſunt. [Igitur vos omnes conuertimini & venite] conuertimini fide mala deſerendo,
venite opera bona faciendo [& non inueniam in vobis vllum ſapientem] quia ad ve-
ram ſapientiam qui falſæ ſuæ ſapientiæ fiducia decipiuntur, venire non poſſunt. Stulti Iſaiæ.5
eſſe apud voſipſos diſcite, vt in deo vere ſapientes eſſe valeatis. [Dies mei tranſierunt,] Stultos nos eſſe oportet 1.Cor.3
B Sancta electorum eccleſia per diurna & nocturna tempora conſpicit vitæ ſuæ ſpacia
tranſire, quia enim nox aduerſitas & dies proſperitas, quaſi lux ei oritur ex tranquillita
te pacis, & nox ex dolore perſecutionis: Sed cum poſt quietis otia ad laborem redit, ꝑſe
cutionis contra ſe creſcentis, dies ſuos tranſiſſe teſtatur, in quibus tamẽ diebus ſolet tan
to grauioribus curis premi, quanto à ſe de ipſa tranquillitate pacis, ſubtiliores à iudice
rationes cogitat exquiri. In pace enim modo animarum lucra cogitat, modo terrena-
rum rerum diſpenſationes curat, quę tanto bonis mentibus grauiores ſunt, quanto ea-
rum intuitu ab intuendis cœleſtibus vel ad modicum euellunt. Vnde ſubiungit: [Cogi
tationes meæ diſſipatæ ſunt, torquentes cor meum] quia dum bonis mentibus tempo-
ralis felicitas tranſit, etiam cura eis terrenæ diſpenſationis ſubtrahitur, quæ eas in cogi
tationibus torquere videbatur. Dum enim rectę ſemper eſſe ad percipiẽda cœleſtia ap-
petunt, eo ꝙ aliquando ex diſpenſatione terrena ad ima cogitanda deſcendũt, torque-
ri ſe ſentiunt: vnde fit, ꝙ ipſa aduerſitas vertatur in magnam exultationem, propter ad
eptam quietem cordis. Vnde ſubdit: [Noctem verterunt in diem.] Diſſipatæ cogitatio
nes noctem in diem vertunt, quia nonnunquam iuſtis amplius placet aduerſitate mala Lux poſt tenebras ſperatur
perpeti, quàm ex proſperitate terrenæ diſpenſatiouis cura fatigari. Lux poſt tenebras
ſperatur, quia vel poſt noctem vitæ præſentis æternum lumen percipitur: vel ita hic ad
uerſitas vel proſperitas alternat, vt ſibi ſuccedere viciſſim non deſinant. Vnde fit, vt in lu
ce nox ſit in ſuſpitione, & in nocte lux in præſumptione, ſicut ſcriptum eſt: In die bo-
norum, ne immemor ſis malorum, & in die malorum, ne immemor ſis bonorum. Quia Eccſ.11
enim authoris noſtri gratia redempti ſumus, hoc iam cœleſtis muneris habemus, vt
cum à carnis noſtræ inhabitatione ſubtrahimur, mox ad cœleſtia præmia ducamur.
[Si ſuſtinuero, infernus domus mea eſt, & in tenebris ſtraui lectulum meum.] Philip.1.
Priores ſuſtinere aduerſa poterant, & tamẽ ex corporibus educti ab inferni locis non 2.Cor.5
poterant liberari. Tunc homo in tenebris ſuum lectum ſtrauit quando lucem iuſti-
tiæ perſuaſori callido conſentiendo deſeruit. Et quia in inferno iuſtorũ animæ ſine tor Gene.3.
mento tenebantur, vt pro originali culpa illuc deſcenderent, & tamen ex proprijs acti- Sinus Abrahæ quietis locus
bus ſupplicium non haberent, quaſi in tenebris lectum ſtrauiſſe, id eſt, in inferno ſibi
Y requiem

Tenebrę

requiem præparaſſe. Graue enim tædium electis fuit poſt ſolutionem carnis, ſpeciem non videre creatoris, quod tædium tenebras vocat. Sed quia hoc ex pœna infirmitatis venit, mox eandem infirmitatem ſubdit. [ Putredini dixi, & cætera.] Quid eſt hoc, quod dixi putredini? [ Pater meus es ] niſi quod omnis homo ex origine iam viciata deſcendit. [ Mater mea & ſoror mea, vermibus ] quia & ipſa putredine & cum ipſa in hunc mundum venimus, quantum enim ad materiam corruptibilis carnis mater noſtra ac ſoror vermes ſunt, quia & de putredine proceſſimus, & cum putredine venimus, quam portamus. Spiritualiter mater natura conſuetudo ſoror notatur, quia ab illa cum iſta ſumus: quæ mater, & ſoror vermes ſunt, quia ex natura corruptibili & conſuetudine peruerſa cogimur, vt quaſi quibuſdam vermibus ſic inquietis cogitationibus in mente fatigemur, quia natura vitiata, & conſuetudo peruerſa, innumeras curas in corde infirmitatis noſtræ generant. Bene mater & ſoror vermes vocantur. Mordent enim animum curis dum inquietant, non enim ceſſant iuſti viri vel ſolicite cogitare & pertractare quid agant, & proinde inſpicere quo poſt præſentem vitam ducendi ſunt. Quia ergo electi ante aduentum DOMINI & in labore ſe eſſe cernebant, & tamen poſt præſentem vitam nec dum cœleſtia bona percipere, multis cogitationibus vrebantur. Expectabant enim gratiam redemptoris, nec tamen ad eam poterant in carne viuentes peruenire. Vnde & ſubdit [ Vbi eſt ergo nunc præſtolatio mea?] Huius præſentia non ceſſabant intenta cogitatione præſtolari, quam quandoque eſſe venturam nouerant, ſed venire citius quærebant. [ Et patientiam meam quis conſiderat?] Expreſſit deſiderium quo feſtinat in carne poſitus redimi, & ab infimis ad ſuperna reuocari. Et quidem paucorum hominum fuit iſta perpendere, vt ſcirent de præſentis vitæ laboribus, vel de ſubſequenti poſt mortem dilatione cogitare. Ardentis ergo deſiderij vota panduntur. Quod enim diſponenti breue eſt, longum eſt amanti. Non enim patientiam non conſiderat DEVS, ſed dum cito non exaudit, quaſi minus conſiderare dicitur. Sequitur. [ In profundiſſimum infernum deſcendent omnia mea ] quia quaſi illuc deſcendit, omne quod egit, nam ibi quietem retributionis ſuæ ex omnibus inuenit. [ Putas ne ſaltem ibi erit requies mihi ] qua in re penſandum eſt, quis noſtrum de requie æterna ſecurus, ſi de ea adhuc & ille trepidat, cuius virtutis præconia ille qui percutit clamat, dubium deſignat ne cuius ſancta opera tot flagella ſecuta ſunt, occulto iudicio dei poſt temporalia etiam manſura tormenta ſequerentur.

Mater nr̃a putredo dicit̃

Sororvermes ſunt.

C

D

¶In Caput viceſimumnonum, ex decimoquarto Moralium, Capite viceſimotertio, Enarratio.

Matt.26.
Marc.14

PElli meæ conſumptis carnibus adhæſit os meum ] quia fortitudo CHRISTI tempore paſſionis, fugientibus diſcipulis, mulieres iuxta ſe inuenit. Hi enim qui fortitudini ſuæ propinquius inhærere debuerunt, illo tempore conſumpti ſunt timore, & mulieres quas ad exteriora miniſteria poſuit, ſine formidine ſibi fideliter iuhærere inuenit. Vnde ſequitur [ Et derelicta ſunt tantummodo labia circa dentes meos ] quia apoſtoli virtutem bonæ operationis amiſerant, & ſola de illo confabulationis verba retinebant, perdiderant morſum correptionis, & habebat motum locutionis, aut eum prædicare aut mordere vitia infidelium formidabant. Sed quia hoc ſolet habere proprium mens piorum, quod cum iniuſta ab aduerſario patitur, non tam ad iram quã ad preces mouetur, & vt ſe moderari eorum prauitas valeat, plus deprecari eligunt, quàm iraſci. Vnde recte nunc dicitur: [ Miſeremini mei, miſeremini mei, & cætera.] Ecce eos à quibus ſe per contumelias affligi conſiderat, amicos vocat, quia bonis mentibus ipſa fiunt proſpera, quæ videntur aduerſa. Peruerſi enim bonorum dulcedine aut conuertuntur, & eo amici ſunt quo boni fiunt, aut in malitia perſeuerantes etiam nolentes

Matth.5.
Lucæ.6
Rom.12.



A

nolentes amici fiunt, quia ſi qua bonorum ſunt delicta à ſuis perſecutionibus etiam neſcientes purgant. [Quare perſequimini me ſicut DEVS, & carnibus meis ſaturamini?] quaſi diceret ita me ex infirmitatibus meis affligitis, ac ſi ipſi more DEI, infirmitatis nihil habeatis. Tanto enim DEVS iuſtius aliena vitia percutit, quanto in ſe nihil vitiorum eſt. Homines vero cum per diſciplinam alios feriunt, ſic alienam infirmitatem debent percutere, vt etiam ad ſuam nouerit oculos reuocare, vt ex ſeipſis conſiderent, quantum alijs feriendo parcant, cum ſe dignos perſecutionibus non ignorant, tunc eis dura correptio à nobis admouenda eſt, cum DEI manus ceſſet à verbere, cum vero eius flagella inſunt, non iam correptio ſed conſolatio debetur, ne dum in dolore increpationem iungimus, percuſſionem percuſſioni ſociemus. Cum vero ſanctus vir flagellari permittitur, ſcit quod perſecutionem contra commiſſa vitia ex interna diſpenſatione patiatur. Crudeles mentis, cum poteſtatem feriendi appetunt, contra bonorum vitam non ſtudio purgationis ſed liuores facibus accenduntur. Ad exteriorem ergo perſecutionem hoc retulit, non ad intimam intentionem, quia & ſi hæc agunt exterius quod DEVS agit, diſpoſuit, vel permittit: non tamen hoc quod in ſua actione appetunt, vt bona afflictione purgentur, DEVS enim amando purgationem exhibet, iniuſtorum prauitas ſæuiendo malitiam exercet. Quorum mens proximorum pœnas eſurit, ſaturari alienis carnibus quærit, & qui detractione paſcitur, alienis carnibus ſaturatur. Sed detractorem, deſpectum, & inopem à cunctis bonis operibus mors ſua inuenit, quem hic ad alienæ vitæ exquirenda crimina detractionis ſuæ languor occupauit. [ Quis mihi tribuat vt ſcribantur ſermones mei, &c.] quod in plumbo ſcribitur, ipſa metalli mollitie citius deletur. In ſilice tardius valent literę imprimi, ſed difficilius deleri.

Qñ hoĩes debẽt alios corripere.
Gala.6

Heb.12
Prou.3

¶Per plumbi laminam ergo Iudęa exprimitur, quæ præcepta DEI & ſine labore percepit, & cum celeritate perdidit. Per ſilicem gentilitas figuratur, quæ verba ſacri eloquij vix cuſtodienda ſuſcipere potuit, ſed fortiter ſuſcepta ſeruauit. Per ſtilum ferreum fortis DEI ſententia deſignatur. Per plumbum, cuius natura grauis eſt ponderis, peccatum auaritiæ ſpecialiter deſignatur, quod mentem quam infecerit, ita grauem reddit, vt ad appetenda ſublimia attolli non poſſit. Multos obtuſi ſenſus homines eſſe cernimus, & tamen eos in malis actibus aſtutos videmus: & quia ad bona videnda cæci ſunt, excitantibus præmijs ad peragenda mala vigilantes fiunt. Vnde de auaritia in Zach. dicitur: Hic eſt oculus eorum vniuerſa terra. Superbia autem & inanis gloria, per omne quod agunt Satanæ voluntati famulantur: & hoc proprium habent, vt eum quem infecerint in cogitatione ſua, ſuper cæteros homines extollant, modo per ambitum rerum, modo per deſiderium dignitatum, quæ inter cœlum & terram ſunt, quia ima deſerunt & ſuperiora non pertingunt. Et quia omne malum ex auaritia gignitur, dignum eſt, vt domus auaritiæ in fœtore conſtruatur, quia ergo ſancta eccleſia forti ſententia, modo per pondus auaritiæ grauibus, modo duris cordibus loquitur, ſtilo ferreo in plumbi lamina vel celte in ſilice ſcribit [ Scio enim quod redemptor meus viuit ] qui inter manus impiorum occubuit, qui mortem ſuſcepit ne mori timeremus, oſtendit reſurrectionem, vt nos reſurgere poſſe confidamus. Vnde ſubdit. [ Et in nouiſſimo die de terra ſurrecturus ſum.] Quid enim mirum ſi tenuiſſimum puluerem, noſtris oculis in elementis redactum, cum vult in hominem reformat, qui ex tenuiſſimis ſeminibus, immenſa arbuſta redintegrat. [ Et rurſum circumdabor pelle mea] Dum aperte pellis dicitur, omnis dubitatio veræ reſurrectionis aufertur. In illa reſurrectionis gloria, erit corpus noſtrum ſubtile quidem per effectum ſpiritalis potentiæ, ſed palpabile per veritatem naturæ. Cum apoſtolus dicit: Caro & ſanguis regnum DEI non poſſidet, carnem vult ſecundum culpam intelligi, non carnem ſecundum naturã. In illa ergo cœleſti gloria, caro non erit ſecundum paſſionum deſideria, quia deuicto mortis aculeo, in æterna incorruptione regnabit. [ Et in carne mea videbo deum.] Ecce pellem, ecce carnem apertis vocibus fatetur. Si poſt reſurrectionem corpus palpabile erit, profecto alius ſurget quàm moritur, & quod nefas eſt credere: ego morior & alius reſurget. Vnde DOMINVS ait: Palpate & videte, quia ſpiritus carnem & oſſa

B

Silex
Stilus ferreus.
Plũbum

Zacha.5

1.Tim.6.
Auaritia malorũ radix
1.Pet.2
Iohan.19.
1.Cor.15.

1.Cor.15.

1.Cor.15
Luc.24.

óſſa non habet. Sicut me videtis habere, &c. Si enim hoc non habuiſſe aſtruitur quod oſtendit, vnde diſcipulis eius fides confirmata eſt, inde noſtra deſtruitur. C Si quis ergo poſt reſurrectionem in eius corpore potuit immutari, contra veridicam Pauli ſententiam, poſt reſurrectionem dominus rediȷt in mortem. Quidam enim eorum ſequaces arbitrantur, ꝙ poſt reſurrectionem corpus palpabile non erit, ſed inuiſibilis corporis ſubtilitas caro vocabitur, quamuis ſubſtantia carnis non ſit: ſed hęc ſententia deſtruitur,

Caro nr̃a quó eadẽ & diuerſa erit in reſurrectione.

cum ſubinfertur. [Quem viſurus ſum ego ipſe & cætera.] Nos autem redemptoris noſtri poſt reſurrectionem corpus palpabile veraciter credentes, fatemur carnem noſtram poſt reſurrectionem futuram, & eandem & diuerſam: eandem per naturam, diuerſam per potentiam. Erit ſpiritalis, quia incorruptibilis erit: palpabilis, quia non amittet veracis eſſentiam naturæ. [Repoſita eſt hæc ſpes mea in ſinu meo] Nihil nos habere certius credimus, quàm hoc ꝙ in ſinu tenemus. In ſinu ergo ſuo ſpem repoſitam tenuit, quia veram certitudinem de ſpe reſurrectionis præſumpſit. Sed peruerſi quiꝗ quia malo ſtudio bene prolata audiunt, & in lingua iuſti accuſationis aditum inuenire appetunt, contra eum verbi radicem quærunt. Sed vir ſanctus cum à prauis talia ſuſtinet, non contra eos, ſed magis pro ipſis dolet, & male cogitata redarguit, & male eis quę fugiant oſtendit dicens. [Fugite à facie gladiȷ, & ſcitote eſſe iudicium] omnis qui peruerſe agit, eo ꝙ hic timere deſpicit, eſſe iudicium dei neſcit. Si enim hoc timendum ſciret,

Fugere gladiȷ faciẽ qd ſit.

quæ in illo ſunt punienda non ageret. Faciem gladiȷ fugere eſt animaduerſionis diſtrictæ ſententiam priuſquam appareat placare, modo non cernitur, ſed precibus placatur. Tunc enim facta prauorum quæ diu ſuſtinuit tacitus, ſimul omnia reddit iratus.

## ¶ In Caput decimum, ex nono Moralium, Capite quadrageſimotertio, Enarratio.

D

Gene. 3

QVare de vulua eduxiſti me, qui vtinam cõſumptus eſſem, ne oculus me videret.] Quod prima oratione protulit, dicens: Quare non in vulua mortuus ſum, id eſt, ſerpentis ſuggeſtio cum peccatorem me conciperet: tunc vtinam quæ me mors ſequeretur agnouiſſem, ne vſꝗ ad delectationem raperet, & morti arctius illigaret, qui hoc quod hic ſubdit: [Fuiſſem quaſi non eſſem, de vtero translatus ad tumulum.] illic verbis aliȷs non aliter adiungit. [Sicut abortiuum abſconditum non ſubſiſterem, vel qui concepti non viderunt lucem] Quare vero hęc ſuperius late digeſſimus, pro vitando lectoris faſtidio expoſita, non replicamus. Sequitur [Nunquid non paucitas dierum meorum finietur breui?] Cautum ſe & ſolicite viuere oſtendit, qui breuitatem præſentis vitæ conſiderans, non eius vſum ſed terminum conſpicit, vt ex fine colligat, nihil

Eccẽs. 11

eſſe quod tranſiens delectat. Hinc per Salomonem dicitur: Si annis multis vixerit homo, & in his omnibus lætatus fuerit, meminiſſe debet tẽporis tenebroſi, & dierum multorum: qui cum venerint, vanitatis arguentur præterita. Hinc dicitur: Memorare nouiſſima tua, &c.

Ecci. 7

Igitur cum culpa animum tentat, neceſſe eſt vt mens breuitatem ſuæ delectationis aſpiciat, ne ad æternam mortem iniquitas rapiat: cum conſtet quod ad terminum mortalis vita cito percurrat. Sed oculus contemplationis noſtræ confunditur, dum dolor noſter flagellis crebreſcentibus aggrauatur, libet præſentis vitæ exilium gemere. Sed præ ipſa afflictione, mens non valet damna ſuæ cæcitatis æſtimare. Vnde

Nimis aliꝗ dolent & triſtantur.

ſubdit [Dimitte me domine, vt plangam paululum dolorem meum] Sicut enim moderata afflictio lachrymas exprimit: ita immoderata ſubducit, quia mœror ipſe quaſi ſine mœrore fit, qui afflicti mentem deuorans ſenſum doloris tollit. Vir ergo ſanctus feriri pluſquàm ſufficit pertimeſcens, hoc dicit, quaſi diceret: flagella tuæ percuſſionis tempera, vt moderatis doloribus, æſtimare mala quæ patior, flendo conualeſcam. Aliter: Sæpe peccator iniquitatis ſuæ vinculis ita conſtringitur, vt pondus peccatorum toleret.



A toleret. Sed tamen quia tolerat, ignoret. Sæpe ſi agnoſcat quanto reatu premitur, erumpere in lachrymas conatur, & non poteſt, vt hunc in ſe mente libera & conuerſione integra perſequatur. Flere ergo dolorem ſuum non valet, ꝗ prauæ conſuetudini contraire nititur, ſed tamen adhuc ſuccreſcentibus deſiderȷs carnis grauatur. Tunc ergo ad plangendum dolorem nos dominus dimittit, cum & mala nobis quæ fecimus demonſtrat, & ad ea flenda quæ cognoſcimus, adiuuat. Culpas ante oculos obȷcit, & pia manu gratiæ vincula cordis ſoluit, vt ad cõtritionẽ pœnitentię mens noſtra ſe erigat, & carnis ſoluta cõpedibus, in authorẽ libera amoris greſſum tendat. Plærunꝗ vitã noſtrã rep̃hendimus, ſed tamẽ libere agimus, hoc quod in nobis recte reprobamus. Ad iuſtitiã ſpiritus, ad conſuetudinem caro reſtringit. Amori enim ſuo mens renititur, ſed protinus delectata captiuatur. Et niſi à reatu culpæ quo ligauimus nos, miſericorditer dimittamur, perfecte flere non poſſumus, hoc quod contra nos dolemus: ſed tũc veraciter reatus noſtri dolor plangitur, cum tenebroſa illa inferni retributio, intento timore præuidetur. Gala. 6 Vnde ſubiungit. [Antequam vadam & non reuertar ad terram tenebroſam] Non immerito infernus terra dicitur, quia quicunꝗ ab eo capti fuerint, ſtabiliter tenentur: & quos puniendos accipit, non pœna tranſitoria vel fantaſtica imaginatione cruciat: ſed vltione ſolida perpetuæ damnationi ſeruat, quam æternæ mortis caligo operit, quia damnatos quos imperpetuum à vitæ luce diſiungit.

Infernus terra & lacus dr̃.

¶ Infernus etiam lacus dicitur, quia quos ſemel cœperit, ſemper fluctuantes & trepidos, tormentis confluentibus abſorbet. Dimitti ergo ſe poſtulat antequam vadat, non quod ad terram tenebroſam qui culpam deflet iturus eſt: ſed quia ad hanc vadit, qui plangere negligit, ſicut debitori ſuo creditor dicit: Solue debitum priuſquam pro debito conſtringaris, qui tamen non conſtringitur, ſi quod debet, ſoluere non moratur. Vnde ſubdit. [Et non reuertar] quia non vltra miſericordia parcentis liberat, quos ſemel in locis pœnalibus iuſtitia iudicantis damnat [terra miſeriæ & tenebrarum] Miſeria ad dolorem pertinet, & tenebræ ad cæcitatem. Ea ergo quæ à conſpectu diſtricti iudicis expulſos tenet miſeriæ & tenebrarum terra perhibetur, quia foris dolor cruciat, quos diuiſos à vero lumine intus cæcitas obſcurat. B

Iob. 5

Hæcque terra in qua naſcimur, eſt miſeriæ, ſed non tenebrarum, quia multa hic corruptionis noſtræ mala patimur, ſed tamen in ea per conuerſationis gratiam ad lucem tendimus veritate ſuadente, qui ait: Ambulate dum lucem habetis, ne tenebræ vos comprehendant: ſed inferno quiſquis ad toleranda eius mala deſcenderit, vlterius ad lucem non redit.

Iohan. 9

[Vbi vmbra mortis] Sicut mors exterior ab anima diuidit carnem, ita mors interior à DEO ſeparat animam. Vmbra ergo mortis eſt obſcuritas diuiſionis, quia damnatus cum æterno igne ſuccenditur, ab interno lumine tenebratur.

Iſaiæ. 59. Sapi. 1. Ignis natura. Ignis infernalis ꝗ non lucet Matt. 22.

Natura ignis eſt, vt ex ſe lucem exhibeat & concremationem. Sed tranſactorum illa vltrix flamma vitiorum concremationem habet, & lucem non habet. Si enim ignis qui reprobos cruciat lumen habere potuiſſet, is quis repellitur, non remitti in tenebras diceretur, quia ignis ſuper iniquos cadit. Sed ſol igne cadente non cernitur, quia quos flamma gehennæ deuorat, à viſione veri luminis cæcat: vt qui corde & corpore deliquerunt, ſimul corpore & anima puniantur. Vt vtrobique pœnas ſentiant, qui dum hic viuerent prauis ſuis delectationibus ex vtroꝗ ſeruiebant. Vnde dicitur: Deſcenderunt in infernum cum armis ſuis.

Ezec. 32. Arma impiorꝫ quæ ſint.

Arma peccantium ſunt membra corporum, quibus peruerſa deſideria quæ concipiunt exequentur, cum quibus ad infernum deſcendunt, quia in illis æterna tormenta patientur: vt tunc eos vndique dolor abſorbeat, qui nunc ſuis delectationibus ſubditi, vndique contra iuſtitiam iuſtæ iudicantis pugnant. Mirum valde eſt quod dicitur [Vbi nullus ordo] Non enim omnipotens DEVS, qui mala bene punit, inordinata eſſe vllo modo vel tormenta permittit, quia ipſa etiam ſupplicia quæ ex lancea iuſtitiæ prodeunt, inferri ſine ordine non poſſunt.

Iuſtitiæ dei ordo

Nam damnatum quemquam iuxta modum criminis, retributio ſequitur vltiõis. Fortioribus enim fortior inſtat cruciatio. Et quantum exaltauit ſe & in delitȷs fuit, tantum date ei tormẽtum & luctum. Si ergo iuxta modum culpa pœnæ diſtinguitur, conſtat ꝙ in ſupplicȷs ordo ſeruatur. Faſciculos enim ad cõburendũ ligare, eſt hos ꝗ æterno igni tradẽdi pares

Sapien. 6 Deute. 25 Matt. 13.

 paribus

paribus ſociare, vt quos ſimilis culpa inquinat, par etiam pœna conſtringat: quatinus C
Iohan.14
ſimul dānatio conterat, quos ſimul elatio ſubleuabat, & par cruciet flāma ſupplicij, quos in igne luxuriæ par ſuccendit flamma peccati. Sicut enim in domo patris manſiones multæ ſunt, pro diuerſitate virtutis: ſic damnatos diuerſo ſupplicio æternis ignibus ſubijcit diſparilitas criminis.

Diuerſi in vna pœna diuerſimode puniuntur.

¶ Et ſicut vno ſole omnes tangimur, nec tamen ſub eo omnes vno ordine æſtuamus, quia iuxta qualitatem corporis, ſentitur & pondus caloris: ſic damnatis & vna gehenna eſt, quæ afficit: & tamen non vna omnes qualitate comburit, quia quod hic agit diſpar valitudo corporum, hoc illic exhibet diſpar cauſa meritorum. Quomodo ergo in pœnis nullus ordo eſſe dicitur, in quibus quiſque iuxta modum culpæ cruciatur? Sed poſtquam vmbram mortis intulit, quanta ſit confuſio in damnatorum mente, ſubdit, quia ipſa ſupplicia quæ ordinata per iuſtitiam veniunt, ordinata in corde morientium non ſunt. Dum enim damnatus foris flamma ſuccenditur, intus cęcitatis igne deuoratur, & in dolore poſitus exterius interiusq; confunditur, vt ſua deterius confuſione crucietur. Repulſis ergo ordo in ſupplicio non erit, quia in eorum morte atrocius ipſa conſuetudine mētis ſæuit, quos tamē non diſſimiliter dilatabat ambitio, non diſſimiliter afflictio coanguſtet, quam mira potentia iudicantis æquitas ordinat, vt pœna animam quaſi inordinata confundat. Vel abeſſe ordo ſupplicijs dicitur, quia quibuslibet rebus in pœnam ſurgentibus, propria qualitas non ſeruatur. Vnde ſequitur: [Sed ſempiternus horror inhabitans.] In huius vitæ tormentis, timor dolorem habet, dolor timorem non habet, quia metus mentem non cruciat, cum pati iam cœperit quod metuebat.

Dolor timorē nō habet.

Infernus vero & vmbra mortis obſcurat, & ſempiternus horror inhabitat, quia eius ignibus traditi, & in ſupplicijs dolorem ſentiunt, & in anguſtia pulſati ſemper pauore feriuntur, vt quod timent, tolerent: & quod tolerant ſine fine pertimeſcant. Horrendo ergo modo erit tunc reprobis dolor cum formidine, flamma cum obſcuritate. Sic videlicet à damnatis ſentiri pondus ſummæ æquitatis debet, vt qui à voluntate dei non ſunt veriti diſcrepare dum viuerent, in eorum quandoque D
interitu ipſa à ſuis qualitatibus etiam tormenta diſcordent, vt quo ſe impugnent, cruciatus augeant, & cum varie prodeunt multipliciter ſentiantur, quæ ſupplicia in ſe demerſos & vltra vires cruciant, & in eis vitæ ſubſidium extinguentes ſeruant, vt ſic vitam terminus puniat, quatinus ſine termino cruciatus viuat, quia & ad finem per tormenta præparat, & ſine fine deficiens durat. Fit ergo miſeris mors ſine morte, finis ſine fine, defectus ſine defectu, quia & mors viuit, & finis ſemper incipit & deficere defectus neſcit.

Iob.13 Damnatorū miſeriæ infinitæ

Quia ergo & mors perimit & non extinguit, dolor cruciat ſed pauorem non fugat: flamma comburit, ſed tenebras non diſcutit, quantum per notitiam præſentis vitæ colligitur, ſupplicia ordinem non habent, quæ non ſuam per omnia qualitatem tenent,

Apoca.9

quamuis ſequaces ſuos ſecum in tormento reprobi flamma illuſtrante viſuri ſunt, quorum amore deliquerunt, vt qui eorum vitam carnaliter contra præceptum DEI amauerant, ipſorum eos interitus in augmento ſuæ damnationis affligat. Nam ſi diues in inferno ad doloris ſui cumulum, propinquorum abſentium meminit, conſtat

Lucæ.16

quod ad augmentum ſupplicij, poſt eos potuit etiam præſentes videre. Quid mirum ſi ſecum reprobos aſpiciat cremari, qui ad doloris ſui cumulum, eum quem deſpexerat, in ſinu Abrahæ Lazarum vidit. Ignis ergo qui in obſcuritate cruciat, credendum

Danie.3

eſt quod lumen ad tormentum ſeruat. Sicut enim electis pueris in Daniele ignis ardere ad ſolatium nouit, quia veſtimenta non attigit, & vincula incendit, & tamen ardere ad ſupplicium neſciuit: ita gehennæ flamma reprobis non lucet ad ſolatium, & lucet ad tormentum, vt damnatorum oculis ignis inferni, & nulla claritate candeat, & ad doloris cumulum delicta qualiter crucientur oſtendat. Hoc experimento nouimus, quia & tedarum flamma lucet obſcura!. Tunc edax flamma comburet, quos nunc carnalis delectatio polluit, tunc infinite patens inferni barathrum deuorat, quos nunc inanis elatio exaltat: & qui quolibet ex vitio hic voluntatem perſuaſo-

Matt.25.

ris expleuerint, tunc cum duce ſuo reprobi ad tormenta perueniunt.

Et licet



A Et licet angelorum & hominum longe ſit natura diſſimilis, vna tamen pœna implicat, quos vnus in crimine reatus ligat. Quod breuiter inſinuat propheta, qui ait: Ibi Aſſur & omnis multitudo eius, & in circuitu eius ſepulchra illius. Ezec.32 Aſſur diabolus eſt, qui pro eo φ multos ad culpam pertrahit, cum multitudine ſua ad inferni clauſtra deſcendit. Sepulchra mortuos tegunt. Et quis alius acrius mortem pertulit, quàm is qui deum cōditorem ſuum deſpiciens vitam reliquit? Quem mortuum cum humana corda ſuſcipiunt, eius ſepulchra fiunt. Sed in circuitu eius ſunt ſepulchra illius, quia in quorum ſe mentibus nunc per deſideria ſepelit, ſibi poſtmodum per tormenta coniungit. Et quia reprobi in ſe malignos ſpiritus illicita perpetrando ſuſcipiunt, tūc ſepulchra cum mortuis ardebunt. Ecce quæ maneat pœna damnatis, cognouimus. Sed quid prodeſt iſta prænoſſe, ſi non contingat euadere? Tota ergo intentione curandum eſt, vt cum tempus vacationis accipimus, bene viuendo malorum vltricia tormenta fugiamus. Hinc Iſaias: Quærite deum, dum inueniri poteſt. Iſaiæ.55 Sed plærunq; ſe ad viam rectitudinis animus accingit, torporem deſtituit, tantoque in cœleſtibus deſiderio rapitur, vt pene nil 2.Cor.6 inferius ex eo remanſiſſe videatur: & tamen cum ad carnis curam reducitur, ſine qua Gala.6. præſentis vitæ via non expletur, ita hunc inferius depreſſum tenet, ac ſi adhuc de ſupernis nulla contigiſſet. Auditis verbis cœleſtis oraculi, in amorem patriæ cœleſtis erigitur. Sed reſurgente præſentis vitæ ſtudio, ſub terreni iure aggere ſepelitur, & in terra cordis non ſupernæ ſpei ſemen proficit, quia cogitationis infimæ ſpina denſeſcit. Quàm ſpinam Chriſtus eradicat, dicens: Nolite ſoliciti eſſe in craſtinum. Apoſtolus: Matth.6. Curam carnis ne feceritis in concupiſcentijs. Lucæ.12 In his ducis ac militis verbis agnoſcimus, quia tunc mortifero vulnere animus pungitur, cum in ea menſura æquitatis non Roma.13 tenetur. Nec enim funditus cura carnis abſcinditur, ſed vt diſcrete animo ſeruiat, temperatur, quia ſolicitos nos eſſe CHRISTVS in craſtinum prohibet, habere vtcunque curam in præſentibus non negat, quam tendi ad tempus quod ſequitur, vetat.

Solicitudo ſuperflua.

Et cum Paulo curam carnis fieri in concupiſcentia non ſinit, in neceſſitate concedit. Diſ-

Carnis cura.

B cretione ergo cura carnis frenanda eſt, vt ſeruiat, & non principetur, ne quaſi domina animum vincat, ſed ſubacta mentis dominio quaſi ancilla famuletur, vt iuſſa aſſit, & ad nutum cordis repulſa diſſiliat, vt iuxta à tergo ſanctæ cogitationis appareat, & nunquam contra faciem recta cogitantis obſiſtat. Nam vir ac dominus domus ſpiritualis noſter intellectus debet in cognitione trinitatis clauſtra carnis excedere, & quaſi habitationis infimæ ianuam exire.

Caro ſpiritui famulari debet.

Gala.6

Cura carnalis vt fœmina foras non appareat, & videri iactanter erubeſcat, & quaſi poſt tergum viri ſub diſcretione ſpiritus, ſolis neceſſarijs intenta non ſciat procaciter detegi, ſed verecunde moderari. Cui tamen ſæpe cum dicitur, vt de ſe non præſumat, ſed totam ſe in diuinæ ſpei fiduciam transferat, deſpicit & ceſſante ſtudio, adeſſe ſibi vitæ ſubſidia poſſe diffidit. Vnde Sara promiſſiones DEI audiens ridet, ſed ridens corripitur, correpta protinus fœcundatur: & quæ in iuuentute

Gene.21

vigens fœcundari non potuit, annis fracta ſenilibus, vtero marceſcente concepit, quia cum cura carnis ſuæ confidentiam habere deſierit, contra ſpem ex diuina promiſſione accipit, quod habituram ſe ex humana ratione dubitauit. Vnde Iſaac, id eſt, riſus, dicitur qui generat, quia cum ſupernæ ſpei fiduciam concipit, quid mens noſtra aliud quā gaudium parit?

Caro quō regēda.

Curandum ergo eſt, ne aut neceſſitatis metas cura carnis transſeat, aut in eo φ moderate exequitur, de ſe præſumat. Sæpe vero animus fallitur, vt quod voluptuoſe appetit, neceſſarium ſuſpicetur, quatinus omne quod libet, vitæ debitam vtilitatem putet.

1.Cor.10

Et ſæpe, quia effectus prouidentiā ſequi, in ſui fiduciā mens leuatur. Cumq; ſibi adeſſe q̄d deeſt cæteris viderit, cogitatione tacita de magnitudine ſuę pꝛuiſionis hilareſcit: tantoq; à vera pꝛuiſione longe fit, q̄to ipm̄ elationē q̄ patiī neſcit. Vn̄ penſandum

eſt ſo-

eſt ſolerti intentione, vel quid opere agimus, aut corde verſamus: ne aut mentem præpediens foris ſe terrena cura multiplicet, aut de eius moderamine intus ſe cogitatio exaltet: vt cum diuina iudicia temporali circumſpectione metuimus, ſempiterni ſupplicia horroris euadamus.

¶Enarrationis in aliquot Capita Iob, ex libro Moralium Beati Gregorij papæ deſumptæ ac compendioſius tractatæ, per D. Richardum Pampolitanum, eremitam.

FINIS.



A

# D. RICHARDI PAMPOLITANI EREMITAE IN THRENOS, SIVE lamentationes Ieremiæ, compendioſa iuxta ac erudita ENARRATIO.

## ¶Caput I.

QVomodo ſedet ſola ciuitas plena populo.] Et factum eſt poſtquam in captiuitatem ductus eſt Iſrael, & Ieruſalem deſtructa eſt: ſedit Ieremias propheta & planxit lamentatione hac in Ieruſalem, & amaro animo ſuſpirans & eiulans, dixit: Quomodo ſedet ſola ciuitas, & cæ. Threni, vt ait Hieronymus, metrica lege compoſiti ſunt apud Hebræos. Vnde apud Latinos in ſingulis ſententiarum principijs, ſingulæ Hebrḙorum literæ p̄notantur, à quibus in propria lingua vnuſquiſq; verſus incipitur. Nec tot literæ vacant à myſterio, cum nec vnus apex aut vnū iota de lege debeat præteriri. Vnde ſingularum literarum intelligentia ſingulis ſententijs eſt aptanda.

Hebraicæ literæ multa habent myſteria. Matth.5.

א Aleph doctrina interprætatur. Vera autem doctrina eſt, qua deus cognoſcitur, & vniuſcuiuſq; ſtatus vel defectus non ignoratur. Hanc doctrinam plæbs Iudḙorum non habuit, ideo merito anguſtijs & miſerijs ſubiacere cōpellebatur. Vnde Ieremias ſpiritu mœroris plenus, vehementi exclamatio-

B ne plena dolore & admiratione, ait: [Quomodo] id eſt, quàm ſubita & inopinata eſt deſtructio tam dilectæ ciuitatis, quia [ſedet ſola ciuitas] id eſt, eccleſia culpis exigentibus dei præſentiam amittens, olim [plena populo] ſanctorum. Et nunc [facta eſt quaſi vidua] pro turpitudine fœditatis, à ſponſo Ieſu Chriſto relicta, & terrenis operibus ſordidata. Non tamen vere vidua, ſed [quaſi vidua.] Quia & ſi à ſponſo ad tempus deſpicitur, ſponſalitatis tamen iura retinētur: vt ſi per pœnitentiam redire voluerit, ſponſum recipiat, & veſtem immortalitatis, qua reueſtita non amplius erit ſola & viduata, ſed quæ erat [domina gentium] id eſt, malorum & [princeps prouinciaꝝ] id eſt, principatum tenens in orbe terrarum [facta eſt ſub tributo] dḙmonum, quibus ſeruit, dum voluptatibus mundi non reſiſtit. Anima ſola ſedet, quæ ſuauitate amoris Chriſti caret. Et quaſi vidua plangitur, quæ bonis exuta gratiæ, tanquàm populo defenſore dominio inimicorum ſubiugatur, qui de ſolio cœleſtis patriæ animam reuocant, & in ſuam poteſtatem captiuāt. Quia enim in luce virtutis ſtare noluit, in tenebras peccatorum deiecta ruit, ideo exclamans ait: Quomodo ſedet ſola, ſ. anima quondam virtutibus & ſanctorum ſuffragijs plena, nunc eiſdem deſolata quæ prius erat domina gentium .i. malorum motuum diuinis pollens operibus inter frequentias electoꝝ, nunc contemptibilis inter hoſtes, cui nulla ſocietas ſanctoꝝ, nec participatio ſponſi: redacta eſt ſub tributo, vitioꝝ effecta ſordida, quæ ſuauis erat & clara. Multa autem ſunt delictorum tributa, quibus anima obnoxia eſt, donec per pœnitentiam ad libertatem redeat, & ſpōſum tota mente concupiſcat: Hinc dicitur: Plange quaſi virgo accincta ſacco, ſuper virum pubertatis tuæ. Vnde & vox plangentis ſequitur.

Eccleſia vidua dr̄.

Tributa delictoꝝ multa. Iohel.1

ב Plorans plorauit in nocte] quæ ſit quæ ploret, Beth litera oſtendit, quæ domus interp̄tatur, id eſt, eccleſia vel fidelis anima, in qua Chriſtus habitare dignatur, ſi ſe mundam conſeruet. Chriſti vero eccleſia plorat in nocte, id eſt, in aduerſis huius vitæ, quia ſic ad gloriam prædeſtinatur. Verſatur tamen inter caligines ignorantiæ & cæcitatis diſcrimina. Plorat foris, quæ tolerat. Plorat intus ærumnas tenebraꝝ. Sed plorans plorat, quia prius intra ſe compungitur, & ſic exterius proprijs lachrymis baptizatur, quḙ de cordis fonte producuntur: hoc modo nō minus interior homo, quàm exterior reformandus abluitur. Vnde ſubdit: [Et lachrymæ eius

Aīa fidelis domꝰ dei eſt.

Actu.14. Matth.5. Lucæ.6 Plorare in nocte

in maxillis eius,id eſt,in ſanctis& bonis prędicatoribos,qui ſciunt ſua & aliena delicta plangere,& non tegere.In his Eccleſiæ pulchritudo oſtẽditur,& ipſoꝝ doctrinis in corpus eccleſiæ traijcimur.Qui plus cæteris in corpus Chriſti laborant:plus gemũt & plorant eos quos vident in nocte peccatoꝝ verſari,& in cęcitate erroris.Et quia eccleſia ſcelerum ſuorum tenebras non ignorat,lachrymas in maxillis portat, quibus pulchritudinem ſuam quotidie renouare non ceſſat.Prodeſt enim Maria Marthæ laboranti, dũ plorans plorat ſecus pedes domini.Plorat ſpõſa à complexu ſponſi remota: Plorat pro deſiderio cœleſtis patriæ. Plorat in peccatoꝝ ſuorum & aliorum recordatione. Plorat quippe non in omnibus, ſed in his qui mortui ſunt mundo, in viris contemplatiuis,amore Chriſti ardentibus & mellifluis deuotione delicatiſſima factis. Plorat in virginibus puris & veris viduis, & in omnibus qui ſe peregrinos & hoſpites vnius diei cõfitentur ſuper terram.Sed heu(quod dolendum eſt) iam [non eſt qui conſoleť eam] in gaudio ſpirituali,propter fœditatem carnis,in qua delectatur.[Ex omnibus charis eius] ſ. ſanctis & angelis,qui eccleſiæ chariſſimi ſunt,dum vitæ munditiam integre amplectitur,& æterno amore ſuccenſa cœleſtia non terrena contemplatur. Cum vero terrenis ſordibus ſe maculare nõ metuit,ſtatim à charis ſuis deſpecta vitijs ſuccumbit.Vnde loquitur: [Omnes amici eius ſpreuerunt eam] quia à deo ſpernitur, quem ſequuntur [& facti ſunt ei inimici] cui inimicus eſt deus, à cuius æquitate non poſſunt diſcordare. Eccleſia enim pro peccatis ſuis ſæpe affligitur & contemnitur, tam ab interioribus quàm ab exterioribus inimicis.Plorat quidem & anima in nocte peccatoꝝ poſita, de qua dicitur:Sit nox illa ſolitaria,nec laude digna, ſed plorat non ſuo arbitrio ſed miſerente deo,quia niſi dominus miſericordia motus eam ſolam ſedere vidiſſet, ipſa ſe non ploraſſet.Maxilla animæ conſcientia eſt,vultus vel fletus in maxillis oſtenditur. Cum vnuſquiſq; qualis ſit,in conſcientia demonſtratur.Conſcientia ergo quæ nouit peccata ſua,ſemper debet fonte lachrymaꝝ irrigari.Aliter: [Non eſt qui conſoletur] vera cõſolatione amiſſo ſancto paracleto, præſertim cum [omnes amici eius] id eſt, affectus prauæ dilectionis,in quibus gaudebat [ſpreuerunt eam] .i.deſpicabilem reddent [& facti ſunt inimici] .i.fient cum in die iudicij, vel ſtatim poſt mortem,inſurgant malæ cogitationes,& actus iniqui accuſantes miſeriam animam,& dæmones erunt tunc crudeliſſimi exactores, qui nunc ſunt peſſimi ac callidiſſimi perſuaſores,& decipiẽdo blandiuntur.

Margin: G (beside line 1); Luc. 10.7 — Plorat ſponſa Chr̃i variis cauſis. — Heb.13. Ephe.2 Heb.11. — Iſai.59. Roma.11 Iob.3 2.Cor.3 — Cõſcientia maxilla aiæ dr̃; D (beside "cogitationes").

Migrauit Iudas propter afflictionem & multitudinem ſeruitutis.Gimel plenitudo interp̃tatur.Quia pro multitudine & plenitudĩe peccatorum captiuamur,& ad alias gentes deſtructis & combuſtis noſtris tabernaculis migrauimus.Eccleſia vero Chriſti libertate amiſſa, migrat de virtutibus ad cupiditatem mundi,& hoc [propter afflictionem] vitioꝝ [& multitudinem ſeruitutis] .i.propter multã ſeruitutem,qua diaboli ſeruitio ſubiugatur,& migrans [habitauit inter gentes].i.ſecularium conuerſationi ſe conformauit [nec] tamen [inuenit requiem] ſpiritualem vel corporalem,imo tanto magis affligitur,quanto à cuſtodia mandatoꝝ dei ſeparatur. Nam ſic [Omnes perſecutores] eius qui ſunt dæmones [app̃henderunt eam] fugitiuam de loco ad locum,de vitio ad vitium, in diuino amore nuſquam quieſcentem [inter anguſtias] tantæ perſecutionis, quia ad deum non conuertitur, & ab homine adiuuari non poteſt. Anguſtiæ etiam ſunt appetitus temporalis dignitatis, & terrenæ poſſeſſionis,quas qui habet latitudine charitatis caret, per quam poſſet fugere à perſequentibus inimicis. Itaq; inter anguſtias à dæmonibus apprehenditur, qui ad contemptũ terrenoꝝ non dilatatur. Nihil enim anguſtius quàm tranſitorium honorem cupere,& alijs qui habent,quia ipſe non habet,inuidere.Et nihil latius,quàm in hoc mundo nullam gloriam velle accipere,ſed ad illam hæreditatem, quàm multitudo habentium non anguſtat,iugiter anhelare.Iure vero qui leue iugum Chriſti fugiunt,dura afflictione premuntur, & qui libertatem Chriſti vilipendunt,merito peſſima ſeruitute laborabunt.Euadendi autem nulla via eſt,niſi quam monſtrat gratia dei per Ieſum Chriſtũ, Sed miſera anima voluptatibus carnis dedita,cupiditatibus ſæculi obligata, à perſecutoribus ſuis inter anguſtias more prægnantium fugere nõ valentium feſſa in morte capitur,& ad infernum præcipitatur.

Margin: Hæreditas æterna,nõ anguſtatur p̃ multitudinem habentiũ eam. — Matt.11. Roma.7. Luc.21 Marc.13





A Viæ Sion lugẽt]Daleth interpretatur tabularum, de imputribilibus enim tabulis conſtructa erat domus dei.Harum officio domus dñi cõnexa,quadrato culmine cõſurgit.ſ.vijs, portis,ſacerdotibus,virginibus,non vult intelligi ꝙ viæ lugeãt,ſed in ſolitudinẽ redactę luctũ excitãt viatoribus:ſiquidẽ ſub metaphora [Viæ] id eſt,prophetæ patriarchæ,& alij p̃ quos ad Chriſtũ venitur. Vnde Abrahã prima via credentium appellať [Sion].i.cœleſtis ciuitas[lugẽt]cauſam adiungit[eo ꝙ non fuit q veniat ad ſolennitatẽ].i.q bonis opibus intereſſe deſiderant gaudijs angeloꝝ, nec mirum[quia omnes portæ eius].i.prælati ſunt[deſtructę]ab ædificatione ſpũali,in terrenis rebus & ſuperbia ſe fundantes,qui eñ præſunt officio deſtructi & deiecti à dei ædificio, nec ipſi intrant,nec alios intrare p̃mittunt [Sacerdotes eius gementes] .i.gemendi ſunt,q ordinẽ quẽ accipiunt,terrenis operibus cõfundunt [Virgines eius ſqualidæ].i.horrore & aſpitate mundanæ vanitatis cooptæ,qa & ſi caro caſta,mens tamẽ diuerſis immũdicijs maculať. Sacerdotes virginibus copulanť,quia ſacerdotium virginitate pollet,& virginitas regimine eget ſacerdotũ,qbus gradibus conſumptis ſequentiũ turba commoritur.Vnde ſequitur [& ipſa].ſ.plebs reliqua [oppreſſa amaritudine] vitiorum.Quotiens eccleſia pro peccatis ſuis intus vel foris,furoris dñi amaritudine repletur,merito[lugent viæ]portæ iacent deſtructæ,gementes ſacerdotes,ſqualidę virgines, vt totius tabulatura domus,quaternario numero deſignata,concuſſa videatur.Moraliter [Viæ Sion]id eſt,virtutes ad ſupernã Ieruſalem ducentes [lugent]animam cui ablatus eſt ſponſus,cum illa de arce ſup̃nę intentionis,ad exteriores labitur actiones. Solennitas eſt vitæ cœleſtis intima contemplatio[ſed non ſunt].ſ.affectus prioris vitæ [qui veniant ad illã ſolennitatem]quia portæ ſenſuum ſunt deſtructæ intrante morte per illas,& tunc ſqualet animæ virginitas, gemit regale ſacerdotium,dum pro virtutibus, amaritudine peccatorum replemur.

Margin: Gene.15 Gala.3. — Matth.23 Contra ſacerdotes et virgines — Gala.4 — Ierem.9.

Facti ſunt hoſtes eius in capite] id eſt,dæmones peccatrici animæ ſunt principantes,de qbus hoſtibus dicit:Aſcendent ſuper te,tentãdo locũ tuum.i.gratiam quã habes ne dimiſeris.Si eñ miſera anima vigilanter animaduertiſſet hoſtes male ſuadẽtes,ſuper ſe principare nõ permiſiſſet, ſed quia carnalibus B deſiderijs cito cõſentit,hoſtes habet in capite [& inimici eius locupletati ſunt]de ſpolijs quæ à ſe auferunt,dum ſuper illã inualeſcunt,vſu carnalis ac terrenæ delectationis creſcente[quia dñs locutus eſt]hanc vindictam [ſup̃ eã] venturam die,qua reſpuit deo obedire. Vnde hic punitur he litera, quæ interpretatur iſta,quaſi diceret,ob iſta peccata tãta miſeria contingit.Nam ſequitur[propter multitudinem iniquitatum eius paruuli eius]id eſt,non ſolũ fortes actus,ſed etiam[paruuli].i.cogitationes quæ in melius creſcere debuerant[ducti ſunt in captiuitatem].i.captiuantur ad ſeruiendũ nequitiæ[ante faciem tribulantis]id eſt,per ſuggeſtionẽ dæmonis,multis laqueis peccatores irretientis. Inſtant hoſtes aliquando in capite,ipſum boni operis initium praua intentione maculãtes,aliquando longiori vſu voluptatum animam renitentem præpediunt,qui enim nutrit ſeruum ſuum,id eſt,carnem in delitijs,poſtea ſentiet eum contumacem.

Margin: Prouer.29

Et egreſſus eſt à filia Sion,oĩs decor eius]huic Vau præponitur,quæ & interpretatur,quaſi & iſta iuſto dei iudicio in vindictam annectunť.Filia Sion eſt eccleſia,de qua omnis decor eius egreditur,quando hæreticorum rabie fides corrũpitur,& vitæ munditia contagijs maloꝝ operum denigratur [Facti ſunt principes eius].i.paſtores & rectores[velut arietes nõ inuenientes paſcua] quia errantes in amore ſeculi,pabulũ ſpirituale non inueniunt in ſcripturis dei,& ideo [abierũt] in concupiſcentias ſuas [abſq; fortitudine]diuini verbi & virtutis,quocunq; eos error impellit[ante faciem ſubſequentis]id eſt,diaboli inſtigantis.Qui enim minare ad paſcua vitæ ęternæ ſubditos negligunt,ipſi ad paſcua mortis ligati vadunt ſine robore virtutũ.Decor enim in oĩbus fidelibus eſt], ſed maxime in ſacerdotibus & virginibus apparere deberet, quæ ſupra ſqualidę memoranť.Vnde patet ꝙ alij valde turpes ſunt,oĩs enim anima delectabili ſpeciei mundi huius adhærens,amore illicito,totũ ſuũ decorẽ perdit,id eſt,venuſtatem charitatis Chriſti,nec ſubueniunt principes,id eſt,motus animi rationales, quibus retundere debuit perſequentes,ſed magis fatigato robore ſpiritus & amiſſo,annexaque vinculis peccatorum propellitur in foueam æternæ damnationis.

Margin: Eze.10 — Hæretici famelici ſunt. — Eccl.18 — Decor maxime apparere debet in ſacerdotibus et virginibus

(Sapi.5.) ז Et recordata eſt Ieruſalem dierum afflictionis ſuæ] non recordatur ad conſolationem, ſed ad pœnæ exaggerationem. Vnde impij in inferno dicturi ſunt: Errauimus à via veritatis, & iuſtitię lumẽ nõ luxit nobis, in malignitate noſtra conſumpti ſumus. Hic ꝓponitur Zain, quæ interpretatur hæc: Hæc eſt enim perfecta vltio, & iuſta delictorum compenſatio, recordari iugiter dierum, non ſolum afflictionis ſuæ ab hoſtibus exterius & interius, ſed [& præuaricationis] quando peccauit in lege dei ſui [& omnium deſiderabilium ſuorum] id eſt, gratiarum & virtutum per peccatum perditarum, vt de afflictione nouus dolor increſcat, de præuaricatione confuſionis mœſtitia, de rebus & bonis perditis irremediabilis concupiſcentia inardeſcat [q̃ habuerat à diebus antiquis] id eſt à tempore ſuæ primæ conuerſionis, ſed iam annihilata, quod inde manifeſtum eſt [cum caderet populus eius] id eſt, eccleſiæ [in manu hoſtili] id eſt, in poteſtate dæmonum: Alius per auaritiam. Alius per luxuriam & huiuſmodi, pro quibus quotidie gemit eccleſia, recordata deſiderabilium eius quæ promittuntur in cœlis [non eſſet auxiliator] deus, tunc [Viderunt eam hoſtes] cum deſpectu [& deriſerunt ſabbata eius] id eſt, feſtiuitates quæ non minus ab eius populo, quàm ab hoſtibus violantur. Maligni ſpiritus otia noſtra ad illicitas cogitationes protrahunt, & ſic deludunt. Quod omnibus qui dei vacant miniſterijs valde cauendum eſt, ne non ſolum ab interno iudice ſabbata noſtra, id eſt, vacationes ab exterioribus operibus exprobentur, ſed etiam ne ab hoſtibus derideantur. Derident enim noſtra ſabbata, cum nos à bonis operibus feriari vident. Si autem pro vanis cogitatiõibus deridemur, quid de illis putandum eſt, qui cum deo vacare debeãt, magna peccata agere non formidãt. Si ergo deo vacare volumus, ipſi ſoli corde & corpore vacemus. (Sabbata quõ ſeruanda.)



ח Peccatum peccauit Ieruſalem] Heth conceſſio interpretatur, quia captiua anima gaudet, dum ei conceditur ad libitum vti deſiderijs carnis. Peccatum enim peccat qui non fragilitate vel ignorantia, ſed ex malitia ad peccãdum ſe mancipat [& propterea inſtabilis facta eſt] quia dum per diuerſa vitia rapitur, in nullo nititur vt ad ſtabilitatem mentis perducatur, & vt in vno cõditoris amore deſiderium figat, q̃m nunc hoc, nunc illud affectare non ceſſat, & ideo [omnes] ſ. angeli vel ſancti qui prius [glorificabant eam] dum ſanctitatem ſeruare conabatur, [ſpreuerunt illam] immunditia fœdatam [quoniam viderunt ignominiam eius] .i. turpitudinem animæ & corporis, qua ignominioſa eſt deo & ſanctis. [Ipſa autem gemens] pro tanta deſpectione [conuerſa eſt retrorſum] ad Deum, à quo ſe auertebat, ideo enim dominus tribulationem inducit, vt peccator conuertatur & viuat. (Ezec. 16. — Dñs tribulationem inducit, vt peccator cõuertatur et viuat.)



ט Sordes eius in pedibus] Thet bonum. Bonum enim eſſet reprobis, ſi ſeipſos cognoſcerent, quos propheta tripliciter plangit, quia cõtra deum peccant, quia non pœnitent, quia æternis pœnis tradentur. Captiua nanq; anima, ſordes vitiorum in pedibus portat affectuum & cogitationum, quæ candorem cœleſtis vitæ perdidit, dum terrenis actibus ſe ſubiecit [nec recordata eſt finis ſui] quia dum præſentium rerum delectationibus capitur, ad quod tormentum ducitur non præmeditatur, neque in memoria habet diſtrictionem futuri iudicij, & ideo [depoſita eſt vehementer] in conſpectu dei [non habens conſolatorem] ſed deſolatorem, qui dicit: Vade maledicte in ignem æternũ. Sordes autem in pedibus eccleſiæ ſunt vita reproba in prędicatoribus, qui à deo deponendi ſunt, & in maximam pœnam deijciendi. [Sed vide dñe] dicit anima pœnitẽs, non peccatum meum, vt damnes, ſed [afflictionem meam] vt liberes [q̃m erectus eſt inimicus] diabolus ad impediendum & deſtruendũ. ¶[Manum ſuam miſit hoſtis] antiquus [ad omnia deſiderabilia eius] eccleſiæ in membris eius, fidem & amorem contaminans, & oues Chriſti quaſi lupus deuaſtans. Hic enim ponitur. (Matt. 25. — Sordes in pedibus Eccleſiæ. — 1. Pet. 5.)

י Ioth] .i. principiũ, ſ. maloꝝ [qa vidit gentes ingreſſas ſanctuariũ ſuũ] .i. vidit carnẽ amantes, & carnalibus ſordibus adhærentes, & circũciſionẽ Chri nõ habentes, miniſtri altaris & aliorum ꝑlati effici & honorari. [De qbus] ſcilicet, taliter viuentibus, præceperas per ſcripturas tuas [ne intrent in eccleſiam tuam] Non enim debet ducatum in populo accipere, qui malis actibus & mundanis vanitatibus non timet deſeruire. Nam inde ſequitur, quod [Omnis populus gemens] eſurie, [& quærens panem] verbi dei in anguſtia ſpiritus poſitus. Sed quia quærunt & non inueniũt, (Amos. 8. — Gene. 8)





inueniunt, interim [dederũt precioſa quæq; pro cibo] id eſt, cœleſtia pro terrenis, æterna pro caducis [ad refocillandam animam] id eſt, vitam ſuam corporalem, quam innumeris deſiderijs accenſam refocillare poſſunt, non ſatiare. Hinc ergo populus gemere dicitur, quia praui affliguntur, dum non ad votum vitæ affluentia delitioſæ habetur: Infelix itaq; anima precioſa pro cibo donat, quando virtutes mentis ad vanam gloriam inclinat, & ſe refocillare nititur, dum diuerſis deſiderijs ſatisfacere machiatur. Sed ſi qua forte virtus redeat, & ſpiritu ſancto anima recreata conualeſcat, plangendo clamat. [Vide domine & conſidera, quoniam facta ſum vilis] quaſi diceret: facta ſum vilis, id eſt, mihi humilis, ex quo tetigiſti me. (Precioſa pro cibo donare)

כ Caph] id eſt, manus, cum manus domini puniendo vel reuelando tetigerit, mox ad ſe rediens gemit. [O vos omnes qui tranſitis per viam, attendite & videte.

ל Lameth] diſciplina vel contritio. Quod enim propheta luget alijs diſciplina eſt, vt ipſi lugeant ſimili modo. Eccleſia pro omnibus contriſtata gemit & clamat. [O vos omnes] ſcilicet ſancti [qui tranſitis ꝑ viam] id eſt, Chriſtum veſtigia eius ſequentes ad patriam. [attendite] mente [& videte] intuitu charitatis [ſi eſt dolor ſicut dolor meus.] Mulier enim cum parit, triſtitiam habet, teneros enim lactat, aduerſos reuocat, pigros expectat, præcipites caſtigat, tendite ergo oculum ad extremum iudicium [quoniam vindemiauit me in die furoris ſui] quando reddet vnicuiq; ſecundum opus ſuum. (Matth. 5. — Iob. 30. — 1. Pet. 2 — Iohan. 16)

מ De excelſo cœlo miſit ignem in oſſibus meis] id eſt, ſpiritum ſanctum & ardentem amorem, quo roborantur fortia virtutum [& erudiuit me] eccleſiam ſuam ne vlterius mundi delitias aut diuitias quærã, quod ſignat Mem, quod interpretatur ex ipſis, ſ. donis ſpiritus ſancti, quibus ſe eruditam dicit, vt caſte amet & timeat, & ex vitijs erubeſcat. [Expandit rete] prædicationis [pedibus meis] id eſt, affectibus ne irent poſt concupiſcentias ſuas [poſuit me deſolatam] præſentibus bonis, quæ prius mihi ſolatia fuerunt [tota die] id eſt, cõtinue [mœrore confectam] id eſt, dolore viſibilium, & amore æternorum. Anima etiam in oſſibus ſuis, id eſt, in cogitationum medullis, à domino Ieſu Chriſto ignem veniſſe gloriatur, [conuertit me retrorſum] id eſt, luxum voluptatis in lachrymas conuertit, & conſolationem in mundanis non recipit tanto fortius, quanto verius in eis per vana deſideria conſiderat aberraſſe. (Matth. 14 — Roma. 2. — 1. Cor. 3 — Ecci. 18 — Lucæ. 12)



נ Vigilauit iugum iniquitatum mearum.] Iugum iniquitatũ noſtrarum in manu noſtra dormit, quia in nequitiæ torpore ſecure & impune quieſcit, ſed [in manu eius] ſcilicet Chriſti vigilat, dum nos ad vindictam iuſtę retributionis accuſat [conuolutæ ſunt] quaſi pondus ad premendum ſilicem [& impoſitæ collo meo] quia pro torque aurea, funiculus iniquitatis circundatur. Data ergo peccatrix anima in manus dæmonum, ſurgere non poterit, ꝙ Nun ſignat, quod interpretatur ſempiternum, ſemper enim eſt damnatæ animæ captiuitas infernalis. Vnde ſubdit: [Infirmata eſt virtus mea] quia impij in æternum dolebunt ſe ad tempus exultaſſe [dedit me dominus in manu de qua non potero ſurgere] qa preſſi iacebunt peccatores in pœnis ſine fine. [Suſtulit omẽs magnificos meos dominus de medio mei] id eſt, ſanctos in virtute magnos, tranſtulit de mundo ad gloriam æternitatis [vocauit aduerſum me] tempus, ſcilicet: vindictę [vt contereret electos meos] id eſt, vt multi eorum qui electi videntur, veniente tribulatione deficiant à via charitatis. [Torcular calcauit dominus virgini filię Iuda.] Torcular vltionem ſignat, vel retributionem iuſtitię qua malis ſupplicia, bonis pręmia calcantur. Hoc torcular calcauit in paſſione ſua [virgini filię Iuda] id eſt, vt vere confitentibus cœleſtia gaudia, perfidis & falſis Chriſtianis, æternæ damnationis effunderet ſupplicia. (Pſal. 37. — Sapien. 5. — Torcular quid deſignet.)

ע Idcirco ego plorans] præ timore [& oculus meus] interior [ducẽs aquam] compunctionis. Vnde Ain ponitur, quod fons vel oculus interpretatur, [quia longe factus eſt à me conſolator] ſpiritus ſanctus [conuertens animam (Iohan. 6)

 mam

ſnam meam] id eſt, qui eam interius veraciter inſtruat ne erret.[Facti ſunt filij mei per C
diti ] id eſt, bona opera per ſequentem culpam amittuntur [ quoniam valuit ] id eſt,
præualuit[inimicus]diabolus. Nam ſequitur. ¶[Expandit]id eſt,manifeſtauit ad malũ
exemplum aliorum[Sion]id eſt,anima quæ deum ſpeculari deberet[manus ſuas]id eſt
opera ſua ad immunditiam intentas[&] ideo[non eſt qui conſoletur eam]dum à Chri
ſto deſolatur. Fruſtra enim quærit exterius ſolatium quæ conſolationem perdidit ſpiri-
tualem. [Mandauit dominus aduerſum Iacob]id eſt,contra animam olim vitia ſupplã-
Titũ. 1 tantem,nunc ſolo nomine gloriãtem,quia [ in circuitu eius ſunt hoſtes eius] ſpiritua-
Ephe. 6 les eam obſidentes ne poſſit effugere. Quæ videns ſe vallatam,expandit manus inter an-
1. Pet. 5 guſtias cogitationum [facta eſt Ieruſalem quaſi polluta menſtruis]id eſt,cruentis ope-
ribus maculata[inter eos]hoſtes. Anima autem quæ ex iudicio caſtigatur,merito con-
fitetur. ¶[Iuſtus eſt dominus] flagellando [quia]prauis deſiderijs [os eius]id eſt,filium
Pſal. 118 [ad iracundiam]id eſt,ad vindictam iuſtam[prouocaui] peccando, quaſi diceret flagi-
2. Par. 39. tijs meis iuſtum prouocaui,& natura clementem,duram contra me compuli ferre ſen-
Luc. 18 tentiã. Vñ oculũ confuſione ſua perfuſa non audet ad iratũ iudicem leuare,ſed ait. [Au-
Gaudiũ dite obſecro vniuerſi populi,& videte dolorem meum ] calamitatem ſuam ineffabilem
eſt miſe- penſat,vt ad condolendum omnes inuitet. Eſt enim humanæ naturæ affectus,vt dolo-
ris, ſocios ris & gaudij quærat conſortes,quorum participatione facilius ferat,quęrit ergo multos
habere interceſſores [quia virgines meæ]id eſt,cogitatiões pulchræ[& iuuenes mei]id eſt,af-
pœnarũ. fectus robuſtiores [abierunt in captiuitatem] quia ſobolem & ſpem mentis ſuæ,vaſtan
te hoſte cernit deperire,propter quod ſpem ſpiritualis generationis amittit. Vnde con-
ſtrictus articulo neceſſitatis ſubdit. ¶[Vocaui amicos meos]id eſt,dulces carnis affectus
quos vltra modum dilexi [ & ipſi deceperunt me] quia intentam ſibi animam decipiũt,
dum ſub ſpecie blandientis dæmonibus cruciandam tradunt. [Sacerdotes mei & ſenes
mei,in vrbe conſumpti ſunt] eadem peſte vel fame verbi dei moriuntur [ quia quæſie-
Amos. 8. runt cibum ſibi,vt refocillarent animas ſuas]id eſt, quia lucra carnalis vitæ ſequentes,
magis quærunt cibum præſentis vitæ quàm futuræ,perit ergo regale ſacerdotium,& ſe
nilis maturitatis conſilium,dum vanis illecta deſiderijs anima, laborat ad refocillandã
concupiſcentiam carnis. ¶[Vide domine quoniã tribulor] diuerſis vexata miſerijs [vn D
de conturbatus eſt venter]. i. mens mea in gemitu eſt [ conuerſum eſt cor meum in me-
met ipſa] ad conſiderationem anguſtiarũ mearũ[quoniam amaritudine] dolorũ [plena
Deute. 32 ſum] vt nihil in me ſit nõ doloroſum. Quæ ſit illa amaritudo addit [ Foris interficit gla
dius] perſecutoris,adulatoris,detractoris, vel [gladius]. i. iuſta vindicta à deo illata [&
domi] . i. intus in anima [ mors ] . i. ſuggeſtio carnis, qua inermes occiduntur [ſimilis
[eſt] gladio vltionis qui non parcit delinquenti, exterius enim flagellis atterimur, intus
peſſimis perſuaſionibus, vel morimur, vel ſaltem fatigamur. ¶[ Audierunt] dæmones
quia ingemiſco ego] de abſentia ſponſi qui me patitur tentationibus concuti, vt ſemper
ſim ſolicita,& timeam ne ſuſtineam corruptorem [non eſt qui conſoletur me] anxiatæ
Proue. 13. animæ doloris eſt augmentum,dum in quo ſperat differt auxilium. ¶[Omnes inimi-
ci mei addiderunt malum meum] nunc accuſando ad pœnam,qui prius perſuadebant
ad culpam,lætati ſunt de miſeria mea [quia tu feciſti] id eſt, iuſto iudicio fieri permiſi-
ſti [quia adduxiſti] id eſt,adduces [ diem conſolationis] in die iudicij [ & ] tunc [ fient
Iohan. 5 ſimiles mei] quia reddes conſolationem bonis,& tormentum malis,quaſi diceret tunc
Matth. 25 erunt in æternis pœnis,qui nũc in vanis gaudijs delectantur, & irrident eos q̃s deus hic
Sapien. 5. flagellat. ¶[Ingrediatur omne malum eorum coram eo ] id eſt, omnia peccata eorum
ad plenam vindictam remoretur [ & deuindemia eos ] id eſt, omnem florem & gloriã
eorum annihila,hoc in iudicio complebitur. Impij hic habẽt temporalia, in futuro bo-
nis æternis priuabuntur [ſicut vindemiaſti me] præſentibus bonis, vel dona tua ſubtra
xiſti [propter iniquitates meas] pro quibus nunc doleo. [Multi enim ge-
Luc. 6. mitus mei,& cor meum mœrens] vt recuperem quod perdidi.
Qui autem nolunt gemere, incurrent ea quæ minan-
tur ſcripturæ.

¶Caput II.

Quomodo



A QVomodo obtexit caligine] peccati & erroris [in furore ſuo dominus] quãdo iu
ſte ad vindictam prouocabatur [filia Sion] id eſt, anima in baptiſmo mundata
quæ tantis muneribus ditabatur. Habuit enim lumen ſcientiæ,& ſpeculum diuinæ con Luc. 10
templationis,& antequam mortaliter peccauit nomen in cœlis ſcriptũ, ſed propter pec
catum [proiecit de cœlo] id eſt,de cœleſti cõuerſatione [terram inclytam Iſrael] id eſt,
eandem animam, quæ in terrenis proſtituitur, vitijs ſordidatur, dicit eam inclytam vt
erubeſcat de tanta excellentia vſq; ad porcos paſcendos deſcendiſſe [& non eſt recorda Lucæ. 15.
tus dominus ſcabellum pedum ſuorum,in die furoris ſui] id eſt, quamuis aliquando i-
pſa peccatrix anima fuerit quies & ſuſtentatrix veſtigiorum Chriſti,nunc tamen quia
in luce ſtare noluit,& ipſos pedes portare non adquieuit, dominus iniuriam vlciſcitur.
Et vere,nam [Præcipitauit dominus ] peccantem animam de vana gloria in pœnam,
[nec pepercit]pollutis corpore & conſcientia [omnia ſpecioſa Iacob deſtruxit in furo-
re ſuo] id eſt,omnem pulchritudinem animæ annihilat, quando cum prauis deſiderijs
fornicatur,relicto amore Chriſti [munitiones virginis Iuda deiecit in terram]id eſt,cul
tores eccleſiæ gratia ſua denudat,& voluptatibus mundi adhærere permittit. [Polluit Sacerdo-
regnum & principes eius] id eſt,pollutos oſtendit ſubditos & prælatos, culpa enim ſa- tũ culpa
cerdotum ruina eſt populi. [Confregit in ira furoris ſui omne cornu Iſrael] id eſt,fortia ruina eſt
munimenta virtutum,à Chriſtianis qui carnalia ſapiunt deleuit. [Auertit retrorſum de populi.
xteram ſuam,à facie inimici] id eſt,auxilium ab eis ſubtraxit,& ſic fiunt leues ad cõſen-
tiendum omni tentationi. ¶[Cum enim miſera anima ab interna cuſtodia egreditur,ſta
tim à diabolo corrumpitur & ipſi incorporatur [& ſuccendit in Iacob] id eſt,incendi p
mittit [quaſi ignem flammæ] id eſt,concupiſcentiã luxuriæ & diuitiarum [deuorantis
in gyro] id eſt,omnes in circuitu temporalis amoris inuoluentis. [Tetendit arcum ſuũ
quaſi inimicus] id eſt,captiuam animam in peccato perſeuerantem ad pœnitentiam nõ
emollit,ſed minas intentat [ firmauit dexteram ſuam ] quaſi hoſtis,id eſt,extenta ma-
nu non ad miſerendum,ſed ad indurandum poſt carnalia deſideria ire permittit, quod Rom. 1
inde liquet,quia [& odit omne quod pulchrum erat viſu] id eſt, honeſtatem morum ex
terius & interius [&] tunc [ effudit quaſi ignem indignationem] id eſt, tradidit eam in
B paſſionem ignominiæ, vt flamma libidinis accenſa amatores ſuos ſequatur. Vides Oĩa di-
enim omnia diſcordiæ concupiſcentiæ flammis cremari. [Factus eſt dominus velut ini ſcordia
micus] Sic apparet dum vindicat [præcipitauit Iſrael] id eſt, munditiam cordis abſtu- & cõcupi
lit,& ſic in magnam miſeriam deiecit. [Præcipitauit omnia mœnia eius] id eſt,pulchri ſcentia
tudinem religionis ad ruſticam turpitudinem deſcendere permiſit [ diſſipauit munitio- ardent.
nes eius] id eſt,defenſores errare ſinit [& repleuit in filia Iuda] id eſt, in eccleſia [humi-
liatum & humiliatam] id eſt,de vtroq; ſexu,fraudibus dæmonum,plurimi terrenis ſor-
dibus,humiliãtur. [Et diſſipauit quaſi hortum] non delitiarum ſed miſeriarum,fructũ Iohan. 15
bonum non ferentem [tentorium ſuum] id eſt,animam in qua quieſcere cupit, ſed hãc Matt. 3
diſſipat, ſi ſe reſoluerit in fluxum carnis & oblectamentum [ demolitus eſt tabernacu-
lum ſuum] per dæmones dum cruciant illud in gehennam [obliuionem tradidit domi Matth. 25
nus in Sion feſtiuitatem & ſabbatum] in quibus guloſi & luxurioſi dæmonibus offerũt Offerunt
illecebroſas voluptates. Tales enim feſtiuitates odit,[& tradidit in opprobrium] homi- nonnulli
num [& in indignationem] angelorum [regem] iniuſtum [ & ſacerdotem] negligen- dęmõib9
tem,& curis ſecularibus mancipatum, ideo ſequitur:[Repulit dominus altare ſuum] id
eſt,illos qui altari ſeruiunt,dum conſcientia vitijs polluitur,&ara cordis carnali delecta
tione prophanatur. [Maledixit ſanctificationi ſuę] id eſt,multos quos in baptiſmo ſan
ctificauit,perpetua maledictione proſternit [tradidit in manus inimici muros turrium
eius] id eſt,quoſdam qui defenſores & fortiores videbantur,cum dæmonibus damnan
dos deputauit. [Vocem dederunt]hoſtes,ſcilicet [in domo dei,ſicut in die ſolenni]quia
immundi ſpũs violato templo Chriſti, in aĩa pſtrepunt cũ turba fantaſmatũ & cogita Lucæ. 11
tionũ,in qua ſpũs ſancti organa & ſpũalis harmonia reſonare ſolẽt[Cogitauit dñs diſſi
pare murũ filiæ Sion] qa cum videt aĩam deſcendere de arce cõtemplationis ſupnæ, &
ad ima tendere, cogitat muros virtutũ eruere,ſed prius[tendit funiculũ ſuũ]. i. attẽdit q̃ 1. Cor. 4.
menſura punienda ſit,audiant hoc q añ tps iudicare non metuunt,nec cauſas iuſto exa- Dñs nihil
mine diſcernũt,dñs nihil ſine deliberatõe facit,&tũc [ nõ auertit manũ ſuã]vltricẽ à pdi facit ſine
tione. i. ab afflictione perditorũ. [Luxitq; antemurale ] . i. fides informis ſine charitate delibera-
tione.
qua

qua credunt & contremiſcunt [& muri] id eſt, ſi qua erat virtutum conſtructio, pariter C
[diſſipatus eſt] dum Chriſti munimine deſolatur. ¶[Defixæ ſunt in terra] id eſt, terre-
nis deſiderijs & actibus occupantur [portæ eius] id eſt, doctores eccleſiæ qui lumen ſciē-
tiæ gerunt [perdidit & contriuit vectes eius] id eſt, ſeras caſtitatis, humilitatis, & diuini
amoris deſtruxit, vt nec immūdis ſpiritibus prohiberetur ingreſſus [Reges eius & prin-
cipes] tam eccleſiaſtici quàm ſeculares [in gētibus] id eſt, operibus gentilium, ſcilicet cu-
Lucæ.11 piditate, & ſuperbia, auaritia, & alijs captiuantur. [Non eſt lex] quantum ad eos qui
1.Iohā.2: quotidie mala accumulant, & ſine legis vindicta putant ſe poſſe peccare [& prophetæ
Prælati eius] id eſt, tales doctores & prælati [non inuenerunt viſionem à domino] id eſt, diuinę
gentiles inſpirationis viſionem non merentur, vt recte doceant de futuris, qui prauis implicātur
voluntatibus, de quibus ſubditur. [Sederunt in terra, conticuerunt ſenes filiæ Sion]
Merito in eccleſia ſenes tacent, quia in terra ſedent. In altam enim conuerſationem de-
bet aſcendere, qui alijs intendit prædicare. Hic luget presbyteros, ſapientia & charitate
Preſbyte non decoratos, qui terrena non contemnunt, ſed diligunt [quia cōſperſerunt cinere capi-
ros pro- ta ſua] id eſt, mentes ſuas puluere terrenæ actionis, & cupiditatis ſordidas reddunt [ac-
pheta lu- cincti ſunt cilicijs] id eſt, regale veſtimentum mutauerunt in turpem & aſperum habitū
get. peccatis contextum [Abiecerunt in terra capita ſua virgines Ieruſalem] id eſt, principali
intentione in terrenas delectationes declinauerunt. Itaq; dum mentem puluere vitiorū
aſpergit, & vanarum ac malarum cogitationum prælijs anima circumdatur, gloriam
perdit quã habuit in cœleſtibus [Defecerūt præ lachrymis oculi mei] quia deuota aīa a-
Cant. 5 more languida, ab intuitu viſibilium deficit, cum inuiſibilia ardenter concupiſcit: [con-
Roma. 1. turbata ſunt viſcera mea] id eſt, conceptiones cogitationum, quibus turbatis nemo po-
teſt libere intueri quod cupit, & præ mœroris magnitudīe [Effuſum eſt in terra iecur
meum] ex dolore enim quo lachrymæ naſcuntur, defectus diuinæ contemplationis ge-
neratur [Super cōtritionem filiæ] populi mei, id eſt, ſanctorum, quæ à dæmonibus con-
culcatur [Cum deficeret paruulus & lactens] id eſt, populus qui adhuc tenera doctrina
Matt. 7 nutriendus eſſet [in plateis oppidi] id eſt, in lata via quæ ducit ad perditionem. Iecur ec-
Lucæ 8 cleſiæ ſunt diuites: & iecur non eſt ſine felle, nec diuitiæ ſine amaritudine [Matribus ſuis
Iohan. 6 dixerunt vbi eſt triticum] id eſt, panis qui de cœlo deſcendit [& vinum] quod lætificat D
Ecci. 40 cor hominis [cum deficerent fame] ſpirituali quaſi vulnerati mortalibus peccatis [in
Amos. 8. plateis ciuitatis] id eſt, huius ſeculi ambulantes, à quibus non digne accipitur [cum ex-
halarent animas ſuas] id eſt, morerentur exiſtentes [in ſinu matrum ſuarum] quæ illos
in ſinu peſſimæ oblectationis nutrierant, quæ matres ſunt illecebrę male blandientes, i-
deo dum caro in terram redit [ipſi exhalant animas in ſinu] gehennæ. Quod quia miſer
homo non vult audire, ad ipſum propheta conuertit & dicit [Cui comparabo te, vel cui
aſſimilabo te filia Ieruſalem, cui adęquabo te, & conſolabor te virgo filia Sion?] id eſt, af-
flictio tua nulli afflicto poteſt comparari. Nulli enim comparanda eſt ignominia mali
Chriſtiani [Magna eſt enim velut mare contritio tua] id eſt, quaſi mare, nunquā quie-
ſcet tentationibus & tribulationibus aſſidue contrita. [Quis medebitur tibi] nullus niſi
ad deum redeas, à quo receſſiſti. Et vere erras, nam [Prophetæ tui] id eſt, carnis tuæ ſen-
ſus [viderunt tibi falſa & ſtulta] quia præſentia nunciant, futura non curant, & falſos co-
gitatus prudentia carnis gignit [nec aperiebant iniquitatem tuam] vt te ad pœnitentiā
reuocarent, imo celabant vt ſemper præſentibus frueretur. Hi carni iudicant indulgen-
Ierem. 23. dum, tempora longa promittunt, iudicium exterminant vel negant, & ſic ad infernum
Rom. 16. ducunt. Habēt aliquando & prauos doctores qui falſis propoſitionibus ſubuertunt cor-
Iſaiæ. 5 da ſimplicium [Plauſerunt ſuper te] ſuperatam [manibus] ſcilicet inimici ex irriſione
inſultantes [omnes tranſeuntes per viam ſibilauerunt] id eſt, ſubitum & improuiſum
admirantis indicauerunt affectum [& mouerunt capita ſua, ſuper filiam Ieruſalem] ze-
lo charitatis affecti, hi ſunt ſancti plangentes animam deiectam dicentes. [Hæccine eſt
vrbs perfecti decoris & gaudium vniuerſæ terræ] hoc non hoſtes, ſed ſancti æſtimant
de eccleſia. Sed inimicorum exultationem ſubdit [Aperuerunt ſuper te os ſuum]
accuſando [ſibilauerunt] vt ſerpentes [& fremuerunt dentibus] vt leones [& dixe-
runt deuorauimus eam] id eſt, eam nobis incorporauimus. [En iſta eſt dies quam
expectabamus] id eſt, qua nobis liceat animas deuorare [inuenimus, vidimus] non
tamen fit niſi culpa exigente, vnde ſequitur [Fecit deus quæ cogitauit] de cruciatu re-
proborum



A proborum; [compleuit ſermonem ſuum, quem præceperat à diebus antiquis] id eſt,
quem in ſcripturis prædixit [deſtruxit & non pepercit] delinquentibus [& lætificauit
ſuper te inimicum] qui gaudet in pœnis tuis [& exaltauit cornu hoſtium tuorum]
dum eis poteſtas dominandi tribuitur & eccleſią infirmatur. [Clamauit cor eorum ad
dominum ſuper muros filię Ieruſalē] id eſt, dum deus ſuum auxilium ſubtrahit, hoſtis
ſuper virtutes animæ quam opprimit ſcandens, contra dn̄m clamare nō deſinit, & ideo
[Deduc quaſi torrentem lachrymas] quia diuina inſpiratione generantur, ſicut torrens
de alto confluit [per diem & noctem] id eſt, iugiter, nemo ſibi parcat dum viuit, donec Nemo ſi
ad requiem æternam perueniat, quod eſt [non des requiem tibi] torporis [neq; taceat pu- bi parcat
pilla oculi tui] id eſt, pupilla interioris oculi non taceat, quæ ad deum ſemper ſtillet, Luc. 9
quia hic impetrat. ¶[Conſurge] à vitijs [lauda in nocte] id eſt, in aduerſis [in principio Iohan. 9
vigiliarum] vt omnia quæ agis aut pateris, ad laudem dei referas [Effunde ſicut aquam Col. 3
cor, ante conſpectum dn̄i] id eſt, pure & perfecte, vt nullus affectus in aliquo terreno re- 1. Cor. 10
maneat. [Leua ad deum manus] id eſt, opera miſericordiæ amplifica [pro anima par-
uulorum tuorum] id eſt, pro humilibus membris Chriſti [qui fame pereunt] quia terre- Matt. 25.
nis adhæſerunt [in capite omnium cōpitorum] id eſt, manifeſta via perditionis, à qua
reuocandi ſunt vt ad deum veniant. [Vide dn̄e & conſidera] oculo pietatis [quam
vindemiaueris ita] id eſt, abſtuleris dona quę dediſti. [Ergo ne comedent mulieres] id
eſt, animæ peccatorum [fructum ſuū] malum [& paruulos ad menſuram] palmæ, id eſt Ioſephus
filios vteri ſui comedunt, quia quicquid vitij ex ſe gignunt, ad menſuram operum reci-
piunt, & tandem pœnis quas operatę ſunt ſaturabuntur. [Si occiditur in ſanctuario do-
mini ſacerdos & propheta] quod magis nobis lugendum eſt q̃ exponendum, ne exal-
tati vſq; ad cœlos, demergamur in infernum [Iacuerunt in terra foris] id eſt, non perma-
nēt in opibus fidei [puer & ſenex] id eſt, paruulus ſenſu & inueteratus malitia [virgines
meæ & iuuenes mei ceciderunt in gladio] id eſt, ætas florida & iucunda, ſuggeſtione dæ-
monum in animo ſuffocatur [interfecti ſunt in die furoris tui; percuſſiſti nec miſerebe-
ris] quia æternæ damnationi ſunt deputati. [Vocaſti quaſi ad diem ſolennem] dies ſolen-
B nis dicitur, quādo improbo℞ expectata laſciuia completur. De qua ſolennitate dæmo-
nes gaudent, de quibus ſequitur [Qui deterrēt me de circuitu] Cum enim vident electi,
multos cadere terrentur, ne ipſi eundem caſum patiantur, ideo ait [de ciruitu] id eſt de Pſal. 11
miſeria illorum, qui in circuitu ambulant [& non fuit quieffugeret] terrorem & relin-
queretur inexaminatus. Vnde ſanctorum contio dicit [quos ædificaui] in fide [& nu-
triui] in moribus [inimicus meus] diabolus [conſumpſit eos, in die furoris dn̄i] tūc em̄ Lucæ. 8
valde iratus eſt dn̄s, quando hi qui in tempore credunt & tēpore tentationis recedunt.

¶Caput III.

EGo vir videns paupertatem meam] id eſt, intelligens indigentiam & inſufficien-
tiam meam, qua miſeria exilij preſſus laboro, & hoc [in virga indignationis ſuæ] 2. Cor. 3
id eſt, in diſciplina qua percutit, vt miſereatur. Hanc paupertatem diuites & ſuperbi no-
lunt intelligere, nec ſuam miſeriam penſare, ideo oportet eos ſine fine miſeros eſſe [Me-
minauit & adduxit in tenebras & non in lucem.] Cum enim anima nihil de ſe, niſi infir- Prou. 3
mum & fragile ſentit, ſe adductam quaſi in tenebras plangit [Tantum in me vertit] qa Heb. 12.
malos & reprobos non corrigit, ſed libere abire permittit, quod eſt ſignum reprobatio-
nis. [Et conuertit manum ſuam] ad electum flagellandum ſed clementer auxiliando,
illis enim nunc non iraſcitur, qui in æternum flagellabuntur. Sed in electum conuertit Ieremi. 12
manum vltricem & adiutricem [tota die] id eſt, per totam vitam præſentem, vt in fu- Ezec. 18
tura patria cum vultu eius aſſiſtas. Et merito ſic facit, quia [Vetuſtam fecit pellem meā Iſai. 54
& carnem meam] id eſt, peccato inueteraſcere permiſit & nunc percutit vt renouetur
[cōtriuit oſſa mea] id eſt, fortitudinē qua aliquid me eſſe putaui, dum ſuperbirē deſtru-
xit [Aedificaui in gyro meo] labores & dolores [vt non exirē] ad delectationes mundi Gala. 6
[& circundedit me felle] id eſt, memoria pœnæ infernalis, quæ omni amaro amarior
eſt [& labore] paupertatis. [In tenebroſis] id eſt, in anguſtijs & miſerijs huius vi-
tæ [collocauit me] vt ad lucem perpetuam ſemper ſuſpirarem [quaſi mortuos ſem-
piternos] nō vere mortua eſt, quia & ſi hic patit, tamē ſi ad deū tendit de æterna vita glo-
riat. Vere autē mortua eſt anima, quæ mundū amat, de qua ſubditur [Circumędificauit
aduerſum

aduerſum me,vt nõ egrediar]id eſt,diuitias dedit,quæ captiuam animã ab amore mun G
Roma.8 di ad amorem dei egredi non permittunt[aggrauauit compedem meũ]id eſt,curã mor
1.Tim.5. talis vitæ,quæ delictis & voluptatibus premitur, ne mens ad cœleſtia deſideria eleuetur
[Sed cum clamarem & rogarem,excluſit orationem meam.]Impietas enim qua homo
vel ſatiſfacere renuit,vel à peccato ceſſare contemnit, orationem ſuam ne audiatur pe-
Pſal.17 nitus excludit. Vnde ſequitur [Concluſit vias meas lapidibus quadris] id eſt, quadru-
Iob.35. plici peccato me indurant, ſcilicet malo amore,malo timore,malo gaudio, malo dolo-
Mala in re. Malus eſt amor,quo aliquid in mundo propter ſe diligit. Malus eſt timor, quo
qbus in- paupertatem vel aduerſitatem mundi pertimeſcit. Malum eſt gaudium,quo in aliquo
uoluũtur mundani quàm in deo gaudet. Malus eſt dolor,quo pro aliquo quàm pro offenſa dei, & perditio-
ne ſui dolet. His quatuor peſſimis affectibus inuoluuntur mundani, & ducuntur ad in-
fernum,ideo addit [Semitas meas ſubuertit] id eſt, ſubtiliſſima dei iudicia, ſeculari
ſapientia ſubuerti in me permiſit. [Vrſus inſidians factus eſt mihi] id eſt, tanquam
vrſus ſequiens conſiderat finem meum, vt me rapiat ad pœnam [Leo in abſcondito]
id eſt,ex improuiſo crudeliſſimis gehennæ ignibus me deuorandũ tradet, quando dele
ctat nos mundus,conſiderate hunc interitum malorum [Semitas meas ſubuertit] id
eſt,ſubtilitates ſenſus, quibus diuitias adquiſiui damnauit [& confregit me] id eſt,
electionem meam deiecit [Poſuit me deſolatam] auferendo omnia quæ amaui, ſcili-
cet vxorem, filios,& bona tẽporalia. Sæpe enim diuites ab his ad tormenta rapiuntur.
Amans Non enim homo deſolatur, niſi quando quod amat aufertur, qui ergo nihil niſi deum
deum nõ amat nunquam ponetur deſolatus. [Tetendit arcum ſuum] id eſt, ſcripturam commi
deſolatur nantem,cui credere nolui,& ideo [poſuit me quaſi ſignum ad ſagittam] afflictionis, vt
in me irruat omne ſupplicium,ſicut ad ſignum poſitum omnes ſagittant. [Miſit in reni
bus meis filias pharetræ ſuæ] id eſt,tremendas acutaſq; ſententias ſanctæ ſcripturæ, vel
Iſaiæ.49. occulti iudicij in mea miſerabili & carnali vita compleuit. [Factus ſum in deriſum om̃i
populo] tam angelis & hominibus electis,quàm dæmonibus [canticũ eorum tota die]
id eſt, lætabuntur ſine fine in vindicta reproborum,quia [Repleuit me amaritudine,re-
pleuit me abſynthio] id eſt, pœna æterna. Sed prius. [Confregit ad numerum dentes D
Sapien.16 meos] id eſt,interiores affectus quibus ruminare deberem verbum dei,quod eſt ſanitas
Deute.8 & victus animæ,& poſtea [cibauit me cinere]id eſt,nigredine & ariditate peccati,me de
lectari ſiuit,& ſic [Repulſa eſt] à ſe [anima mea] delectationibus carnis occupata [ob-
litus ſum bonorum] æternorum. [Et dixi] deſperans [perijt finis meus, & ſpes mea à
domino]quia mole peccatorum oppreſſus ad deum ſe erigere non poteſt. Chriſtus nos
volens à tantis calamitatibus eripere, & ad contemptum diuitiarum informare,ſubdit.
2.Corin.8 [Recordare paupertatis] quam pro te ſponte ſuſcepi [& traſmigrationis meæ ab-
Iſaiæ.53 ſynthij & fellis] id eſt,recordare qua paſſione tranſiui de mundo ad patrem, ſuſtinens
Philip.2. durum laborem & dolorem. Audit hæc deuotus & dicit. [Memoria memor ero]mor
tis tuæ,& vitæ æternæ,& mox [tabeſcet in me anima mea]à mũdo deficiens,& ad te ſu-
ſpirans. [Miſericordia domini] eſt non meritum noſtrum [quia non ſumus conſum-
pti] in tantis pecccatis noſtris [quia non defecerunt miſerationes eius]imo abundaue-
Titũ.3. runt in humano genere. Quàm acceptum ſit vt timendo ſperemus,patet cum dicit. [No
ui diluculo quia magna eſt fides tua]id eſt,radio exorto iuſtitiæ,fidem tuam laudo, &
Mala.4. me præſentem exhibeo,vnde ipſa gaudens reſpondet. [Pars mea dominus, propterea
expectabo eum]hæc vox illius eſt,qui nec minas timet,nec oblectamenta amplectitur,
ſed ſecurus tranſit ad Chriſtum. Nam [Bonus eſt dominus ſperantibus in eum] nõ in
diuitijs [animæ quærenti illum]& nihil aliud. ¶[Bonum eſt]id eſt,vtile[præſtolari cũ
Pſal.83 ſilentio]abſq; tumultu carnalium deſideriorum [ſalutare dei] id eſt, Ieſum [Bonum
eſt viro cum portauerit iugum] Chriſti ſuaue [ab adoleſcentia ſua]magnum enim eſt
iuuenibus ſeculum relinquere, à feruenti concupiſcentia abſtinere. Hic talis [Sedebit
Matth.11 ſolitarius] id eſt,ſingularis cum DEO eſt,quia omnes alios excellit,vel non immiſce
tur negotijs & deſiderijs mũdi [& tacebit]à vanis loquelis & cogitationibus, diuino a-
more contentus[quia leuauit ſe ſuper ſe] id eſt,vltra vires corruptę naturę per contem-
Solitarij plationem exeundo ad ſuperna, & tamen [Ponet in puluere os ſuum] id eſt,ſe miſe-
vita. rũ & mortalẽ cogitabit[Si forte ſit ſpes] quia inde ſpes exaltationis generat[Dabit per-
Iſaiæ.50 cutienti ſe maxillam].i.paratus eſt ſuſtinere ictus & aduerſa [ſaturabitur opprobrijs]
quæ



A quæ auide ſe accepiſſe declarat,quia ab eſurie ſurgit ſacietas. [Quia non repellet domi- Iſaiæ.54.
nus in ſempiternum] electos ſuos,& ſi ad horam affligi permittit illos. [Quia ſi abie- Ieremi.3.
cit]ad tempus [& miſerebitur] finaliter [ſecundum multitudinem miſericordiaꝝ ſua-
rum]id eſt,ſecundũ ꝙ multis modis remittit miſerias [Vt contereret ſub pedibus ſuis]
id eſt, ſubditos faciat ſibi & obedientes[omnes iunctos terræ].i. quoſdam de omnibus
qui criminibus terrenis obligantur [Vt declinaret iudicium viri].i.damnationem à vi-
ro[in conſpectu altiſſimi]id eſt,ipſo iudicante. [Vt percuteret hoĩem].i.totum huma-
num genus[in iuditio ſuo,dñs ignorauit]quia multos ſaluare decreuit. [Quis eſt iſte]
id eſt,q̃ fructus[qui dicit vt fieret]id eſt,vt aliquid fiat[dño non iubente],cum ſit nihil,
de ſe tamen dicit. [Ex ore altiſſimi non egredientur,nec bona,nec mala]ſtultoꝝ ſentẽ- Iob.22
tia eſt,qui putant omnia caſu accidere, non prouidentia dei. Cum miſericordia dei prę- Mĩa dei p̃ſtantur
ſtantur bona,& iuſto iudicio fiunt mala,ergo. [Quid murmurauit]cõtra deum [homo bona, &
viuens]id eſt,peccator[vir pro peccatis ſuis?]excuſandis. [Scrutemur vias noſtras].i. iudicio
quid ſumus,& ad quid facti ſumus[& quæramus]rectam viam [& reuertamur ad do- dei fiunt
minum]per pœnitentiã,à quo receſſimus ꝑ culpã. [Leuemus corda noſtra cũ manibus mala.
ad deum].i.integritas fidei cum bonis operibus nos deo cõmendet,dicentes. [Nos ini- 1.Tim.2.
que egimus,& ad iracundiam ꝓuocauimus,ideo inexorabilis es].i.exaudiri non mere- Danie.9
mur [Operuiſti in furore,percuſſiſti,occidiſti,nec pepercisti] Plangit ſe anima peccato-
rum caligine operiri,& percuſſam,& occiſam iudicio dei. [Oppoſuiſti nubẽ tibi ne trã
ſiret oratio]id eſt,cogitatio terrena facit,ne oratio mundanoꝝ effectũ habeat corã deo
[Eradicationem & indignationẽ poſuiſti me in medio populoꝝ]qui enim prẹterita nõ
plangunt,vel noua peccata addunt,indignatione dei de terra viuentium eradicantur. Eccl.21
[Oculus meus]interior afflictus eſt compunctione[nec tacuit,eo ꝙ non eſſet requies]
animæ [Donec reſpiceret & videret dñs de cœlis] miſericorditer: Et interim [Oculus
meus]exterior[deprędatus eſt animam meã]id eſt rapuit ad amandã delectabilem ſpe-
ciem carnis[in cunctis filiabus vrbis meæ].i.in viſu mulierum,quod eſt peſſima turpi-
tudo,ſequi libidinem,& relinquere Chriſtum. Ideo[aperuerunt ſuꝑ nos os ſuum om̃es
inimici]accuſantes vt damnemur. [Formido & laqueus] ſcilicet mortis æternæ nos cir
cumdant,& cum [facta eſt nobis vaticinatio & contritio]id eſt,prædicta eſt nobis ven-
B tura contritio,nec cauemus,ideo [Diuiſiones aquarum deduxerunt oculi noſtri in cõtri
tione]id eſt,in ſpirituali captiuitate [filiæ populi mei]ſancti enim magis flent culpam Matt.5
q̃ ærumnam. [Venatione].i.tentatione [ceperunt me quaſi auem].i. elatũ in vanitate Luc.6
[inimici mei gratis]cũ non feciſſem eis malum. [Lapſa eſt in lacũ]miſeriæ [vita mea]
carnalis [& poſuerunt ſuper me lapidem]obſtinationis[Inundauerunt aquæ]id eſt,de
litiæ mundi[ſuper caput meum]id eſt,mentem[dixi perij] id eſt, pene deſperaui,nõ o-
mnino,quia [Inuocaui nomen tuum dñe]quod eſt Ieſus [de lacu nouiſſimo] id eſt, de Lucæ.8
profundo vitiorum. [Vocem meam audiſti]dum pœniterem [ne auertas aurem tuam
à ſingultu meo & clamoribus]cordis[Appropinquaſti]per gratiam[in die quãdo inuo
caui te]vere [Dixiſti]ſilenter inſpirando [ne timeas]aduerſa mundi. [Iudicaſti cauſam 1.Pet.5
animæ meæ]qua cõtra peccatum pugno. [Vidiſti dñe iniquitatem illorum aduerſum
me]quia dæmones nos deſtruere conantur [Iudica iudicium meũ] id eſt,cauſam meã,
quia contra diabolum ago. [Vidiſti omnem furorem illorum, & vniuerſas cogitatiões
aduerſum me]Innuit hic neminem poſſe viuere ſine tribulatione. [Audiſti opprobria Iohan.14
eorum dñe,& omnes cogitationes eorum]aduerſum me[Labia inſurgentium,& medi
tationes eorum aduerſum me tota die]id eſt,aſſidue. [Seſſionem eorum] id eſt,inſidias
[& reſurrectionem eorum]id eſt,apertam ſæuitiam eorum,inde ne me deijciãt. [Ego Pſal.138
pſalmus eorum]id eſt,fabula irriſionis[reddes eis vicem domine,ſecundum opera ma- Deut.32
nuum ſuarum]id eſt,damnabuntur propter opera ſua [Dabis eis ſcutum cordis] ne pe- Rom.12. Col.3
netretur iaculo prædicationis[laborem tuum]quia patientiam dei reprobi opponunt,
& ideo [Perſequeris in furore tuo & conteres eos ſub cœlis domine] quia cœleſtes eſſe
noluerunt,& ideo in inferno contererentur.

¶Caput IIII.

QVomodo obſcuratum eſt aurum]id eſt,vita ſacerdotum, quondam virtutibus 2.Tim.2.
glorioſa,nũc per negocia ſeculi obſcurata. [Mutatus eſt color optimus] id eſt,
feruor diuini amoris, in dilectionem rerum mundanorum. [Diſperſi ſunt lapides
ſanctua-

Mona ſanctuarij]id eſt,monachi rebus ſecularibus implicantur , & virginum caſtitas multis C
chi taxãt illecebris exponitur,& hoc[in capite omnium platearum] quia per deſideriũ opera hu
ius mundi faciunt,& de religionis habitu culmen honoris,& laudis quærunt. Vnde &
[Filij Sion]id eſt,fideles eccleſiæ quondam [inclyti]virtute[& amicti auro primo] id
eſt,ſapientia cœleſti ornati,non ſecundo auro,ſcilicet ſeculari,quod nunc magis in mũ
do amatur.[Quomodo reputati ſunt in vaſa teſtea,opus manuum figuli]id eſt,ad fragi
lia opera dilabuntur.[Sed & lamiæ]id eſt,hypocritæ[nudauerunt mammam]id eſt,er
Lactare rorẽ ſuum demonſtrant[lactauerunt catulos ſuos]id eſt,ſequaces ſuos peſſimis perſua
catulos ſionibus delectant,in occulto enim mulieres ad libidinem trahunt.[Filia populi mei]id
eſt,Chriſtiani[crudelis]conſuetudine peccandi[quaſi ſtruthio in deſerto]id eſt,non co
gitat niſi præſentia,nullam futuræ vitæ curam gerens.Struthio enim oua ſua ſine fomẽ
to dereliquit.[Adhæſit lingua lactentis ad palatum eius]id eſt,obmutuit à laude dei[in
Deute,8 ſiti]id eſt,dum non potatur lacte doctrinæ & gratiæ[paruuli]id eſt,fideles in eccleſia &
Matth.4 laici[petierunt panem] prædicationis & verbi dei[& non erat qui frangeret eis] id eſt,
qui ſcripturas exponeret vt ipſi intelligant,ſic lamijs crudeliores ſunt eccleſiarum recto
res.[Qui veſcebantur voluptuoſe interierunt in vijs]fame verbi dei [qui nutriebantur
in croceis]id eſt,donis ſpiritus ſancti,relictis illis[amplexati ſunt ſtercora]id eſt,corpo
Amos.8. rales delectationes.[Et maior effecta eſt iniquitas filiæ populi mei peccato Sodomorũ]
2.Pet.2 id eſt,maior eſt iniquitas malorum Chriſtianorum , q̃ illorum qui viam veritatis non
Luc.12 agnouerunt.[Quæ ſubuerſa eſt in momento]id eſt,in præſenti,in quo ad pœnam con
tinue ſubuertimur[& non cœperunt in ea manus]ad fructum boni operis. [Candidio
res nazaręi ei]id eſt,ſancti continentes fuerunt meliores [niue] id eſt, quibuſdam con
templationis[nitidiores lacte]id eſt,actiuis[rubicũdiores ebore antiquo] id eſt,ſanctis
& antiquis patribus ſpiritualiter feruentiores[ſapphyro pulchriores].i.claris clariores.
Sed qa mens multorũ de ſe præſumit,laude populorũ delectata,ſequitur [Denigrata eſt
facies eorum]id eſt,mens adulationibus decepta [ſuper carbones]quia ad frigus torpo
ris redeũt,& extinctis carbonibus ſimiles fiunt [& non ſunt cogniti in plateis]id eſt,in
latitudine vitæ ſecularis,quia non erant quod videbantur. [Adhæſit cutis eorum oſſi
bus]id eſt,infirmitas vitiorum,putatur fortitudo virtutum [aruit, & facta eſt quaſi li D
gnum]culpa enim tanto inſenſibilior redditur,quanto quaſi virtus laudatur. Multi enĩ
Ephe.6 ſancti videntur,& tamen occulte vitijs tabeſcunt [ Melius fuit occiſis gladio] verbi dei,
Amos.8. vt viuant ſpiritualiter [q̃ interfectis fame] eiuſdem verbi vt pereat æternaliter.[Manus
Ioſephus mulierum miſericordium] id eſt,hypocritarum effœminatorum, qui quaſi miſericor
de bello dia mori [coxerunt filios ſuos,facti ſunt cibi earum]id eſt,opera ſua coquunt,& come
Iudaico dunt , dum quaſi per pietatem laudis vel fauoris gratia ea conſumunt, qui non futura,
lib.7.ca.8 ſed præſentia quærunt[& hoc in contritione filiæ populi mei]id eſt,ad cõfuſionem vel
captiuitatem Chriſtianorum.[Compleuit dominus furorem ſuum] etiam ſuper eccle
ſiam,quando menſuram peccatorum impleuit[effudit iram indignatiõis ſuæ] qua nos
peccando effuſi ſumus. [Et ſuccendit dominus ignem in Sion] id eſt,in eccleſia [& de
uorauit fundamenta eius ] id eſt,fidem veram igne concupiſcentiæ ſubuerti permittit,
& vorax flãma vitiorum vniuerſos poſſidet . [Non crediderunt reges terræ, & vniuerſi
habitatores orbis, ꝙ ingrederetur hoſtis & inimicus per portas Ieruſalem ] quia auerſa
eſt à domino deo ſuo,cuius enim muniebatur beneficio , receſſit præſidium , & ſic facti
ſunt præda inimicorum.[Propter peccata prophetarum] eius,id eſt,prælatorum[& ini
Sacerdo- quitatem ſacerdotum eius]imperitorum [qui effuderunt in medio eius ſanguinem]ſci
tes indo- licet iuſtorum,qui iuſti eſſe poſſent,ſi ſacerdotes recte docerẽt [Errauerunt ſacerdotes]
cti taxãt cæci ſine lumine ſcientiæ & charitatis [in plateis] id eſt, ſecularibus ſe conformantes
Iſaiæ.56 [polluti ſunt in ſanguine illorum]qui negligentia ſua pereunt [& cum non poſſent in
trare eccleſiam ſcilicet nomine & opere [tenuerunt laſciuias ſuas] id eſt,peccata veteris
vitæ,& peccati ſanguinę polluti moriuntur. Iſti quandoq; alios pollutos deſpiciunt, &
dicunt[Recedite polluti] à nobis & ſacramentis dei [clamauerũt eis abite nolite tange
re] ſacroſancta,quibus indigni eſtis. [Iurgati quippe ſunt & commoti ] tanquam ipſi
Pſal.75. aliquid eſſent [& dixerunt inter gentes,non addet vltra vt habitet in eis]quia vbi pax &
Vbi pax concordia non eſt,deus eſſe non poteſt [Facies domini diuiſit eos]id eſt,ab ira vultus e
ibi Deus. ius diuiſi ſunt [non addat,vt reſpiciat eos] facie miſericordiæ [quia facies ſacerdotum
non



A non erubuerunt] offendere,cui reuerentiam exhibere debent,etiam ſi malus ſit [neque
ſenum] id eſt,ſanctorum [miſerti ſunt] qui eis condeſcendunt. [ Cum adhuc ſubſiſte
remus] terrenis negotijs occupati [defecerunt oculi noſtri,ad auxilium noſtrum vanũ
cum reſpiceremus attenti ad gentem,quæ nos ſaluare non poterat] id eſt,morte vel ten
tatione præuenti,inuenimus nos deceptos in diuitijs vel potẽtia,quæ nec ſe nec alios ſal
uare poſſunt , imo [ Lubricauerunt veſtigia noſtra ] eis fauentia [ in itinere platearum
noſtrarum ] id eſt,carnalium voluptatum [appropinquauit finis noſter , completi ſunt
dies noſtri].i.nequitia peccatorum conſummatur [quia venit finis noſter ] vt recipia 1.Cor.5
mus ſecundum opus noſtrum à iuſto iudice.[Velociores fuerunt perſequutores noſtri] Matth.16
id eſt,immundi ſpiritus ad lacerandum & deuorandum [ aquilis cœli] id eſt,quàm ſan 1.Pet.5
cti prædicatores ad eripiendum,qui etiam eremitis,quorum ſenſus clauſi ſunt,ne mors Ierem.9.
intret,melliflua mundi proponunt [ quia ſup montes] id eſt,in contemplatione poſitos
[perſecuti ſunt nos] vel qui ad eccleſiæ regimina extolluntur, acrius ad perſequendum
eos incitant [in deſerto inſidiati ſunt nobis] monachis & eremitis, quãto enim nos ad
culmina virtutum promotos conſiderant,tanto ardentius infeſtant.Per deſertum enim
monaſtica & eremitica vita deſignatur.Illis igitur occultius inſidiantur,quod vident la
tere in occultis. Et ſæpe ſunt hoſtes velociores ad decipiendum , quàm ipſi ad cauendũ
qui conuenienter aquilę dicuntur cœli , quia terrenis deſpectis in cœleſtibus ſpatiãtur.
[Spiritus oris noſtri Chriſtus dominus] quia quem corde credimus ore cõfitemur [ ca Rom.10.
ptus eſt in peccatis noſtris] non in ſuis,vt peccata noſtra deleret [cui diximus] gauden 1.Pet.2
tes & gratias agẽtes [in vmbra tua] .i.in paſſione ſua qua obſcurus apparuit, ſed æſtum Iſaiæ.53
mentis noſtræ temperauit.[Viuemus in gentibus] .i.inter eos qui paſſione Chriſti non
refrigerantur,& ideo moriuntur,quibus ironice dicitur : [Gaude & lætare filia Edom]
quaſi diceret:Popule q carnis illecebras ſectaris,dolere poteris,quia à gaudio inæternũ
tibi oritur,quod nullo doloris remedio finietur [quæ nũc habitas in terra Hus ] .i. con
ſiliatoris diaboli,qui peruerſa cõſilia ſuggerit quæ facis.[Ad te quoq; perueniet calix]
iræ dei [inebriaberis] omni genere pœnarũ [atq; nudaberis] ab omni gloria ſanctorũ.
B Vnde anima nunc afflicta non deſperet, & Edom gaudens ſed affligenda non inſultet.
In ſcripturis enim nihil aliud eſt quàm lamentationes pœnitentium , & carmina perfe
ctorum , & væ damnatorum . Et filij Edom vlulabunt in inferno . Lugeamus ergo
cum Ieremia,fugiamus præſentis vitæ vana gaudia,vt cum angelis cantemus imperpe Matt.5
tuum,alleluia.[Completa eſt iniquitas tua filia Sion].i.remiſſa eſt & finita iniquitas ec Lucæ.6
cleſiæ [non addet vltra vt tranſmigret te ] quia facto iudicio , cum requies affuerit, am Pſal.125.
plius mutatio non erit.[Viſitabit iniquitatem tuam filia Edom] non vt remittat, ſed vt
puniat,dicens:Ite maledicti in ignem æternum,&c. [diſcooperiet peccata tua] quæ cõ Matt.25
fiteri noluiſti filia Edom, vocat omnes amatores mundi, qui tunc de lætitia tranſibunt Iob.21.
ad triſtitiam ſempiternam , quãdo filia Sion de mœrore tranſit ad gaudium angelorũ.

## ORATIO IEREMIAE.

REcordare domine quid] .i.quantum malum [acciderit nobis]
peccãtibus [intuere & reſpice]cuius reſpectus adiutorium [op
probrium noſtrum ] de quo ſupponit. [ Hæreditas noſtra ] id
eſt,mẽtes humanę quas excolere & cuſtodire deberemus [ ver
ſa eſt ad alienos] .i.ad immundos ſpiritus,peccando tranſeunt
[domus noſtræ] .i.conſcientiæ [ad extraneos] .i. ad poſſeſſio
nem dęmonum, qui alieni & extranei ſunt à deo.[Pupilli facti
ſumus abſq; patre] quia deum omnino amittimus,quando gra
uiter peccamus [ & matres noſtræ] .i.fides,ſpes,& charitas,ex Iſaiæ.59.
qbus cæteræ virtutes generantur,& qbus deo renaſcimur [factæ ſunt quaſi viduæ] qñ
ſæculi vanitatibus vitiantur,& ſic à vero ſponſo Ieſu deſeruntur. [A quam noſtram pe
cunia bibimus] in quo ſacerdotes reprobat,qui doctrinam dei vel ſacramenta,non ni
ſi cum pecunia miniſtrant,non pure pro deo [& ligna noſtra] .i.ſcripturã & dona dei,
quibus ignis in corde nutritur amoris [p̃cio comparauimus] conqueruntur Chriſtiani
de auaris ſacerdotibus, qui etiam ipſum deum pro p̃cio vendunt. [ Ceruicibus noſtris
minabamur] .i.ſuperbię noſtræ qua ferimur & fugamur [ laſſis] in voluptatibus mun
a di[non

di non [dabatur requies] ſed labor æternus. Laborioſa eſt etiam hic carnalis vita, ſpiri C
tualis vero quieta. [Aegypto dedimus manũ & Aſſyriis]. i. nos miniſtri altaris pro ter=
renis rebus, adulationem & ſeruitium potentibus damus [vt ſaturemur pane] id eſt, ad
mundanas dignitates nos dirigant, & diuitiis afflueremus, & ſic luminaria tenebræ fi=
unt, quia dum non deo ſed principibus ſeruiunt, lumen regiminis & æternæ vitæ amit
1. Cor. 13. Matt. 7 tunt, ¶ Patres noſtri peccauerunt & non ſunt] quia verum eſſe per peccatum relique=
runt, & non eſſe, id eſt, peccare voluerunt, & ideo ardentes ſunt in gehenna [Et nos ini=
quitates eorum portamus] id eſt, vindictam ſuſtinemus, quia pro peccatis ſacerdotum
& principum flagellamur. Merito enim plæbis eſt electio paſtoris, & imitatoribus cul=
Iob. 34 pa non minuitur ſed augetur, propter peccata ſubditoꝝ eliguntur mali prælati, poſtea
propter malitiam prælatoꝝ flagellantur, quia & detractores & imitatores eoꝝ fiunt. Et
ideo [Serui]. i. ſpirituales nequitiæ, qui ſuam perdiderũt libertatem [dominati ſunt no
Iohan. 8 Deute. 8 ſtri] nos affligentes ſeruitute peccati [non fuit qui redimeret de manu eoꝝ] quia quos
dominus redemit, lupoꝝ rabies iteꝝ deuorat. [In animabus noſtris afferebamus panẽ]
verbi dei & virtutum [nobis] vt per hunc viueremus [à facie gladii]. i. à mortiferis per
2. Cor. 10. Ephe. 6 ſuaſionibus diaboli [in deſerto] vitæ huius opponendo ſcutum paſſionis Chriſti, con=
tra gladium tentationum, quaſi diceret: Prælati noſtri nõ prædicant, ſed tamen verbi pa
nem afferimus quod à deo habemus, per quem vindictam fugiamus, quam ſacerdotes
non effugient. Relinquitur enim à deo, qui ſuperatur à diabolo. [Pellis noſtra]. i. mor=
1. Cor. 15 talitas quam ex Adam contraximus [quaſi clibanus exuſta eſt]. i. diuerſis concupiſcen
Heb. 9. tiarum ardoribus inflammatur, dum affligimur [à facie tempeſtatum famis] vitæ æter
næ epulis nõ refecti, ſed fœtentibus mundi delectamẽtis ſatiati, quæ nos famelicos red=
dunt. [Mulieres in Sion]. i. animas in culmine eccleſiæ leuatas [humiliauerunt] dęmo
nes, dum ſuggerunt eis terrena deſideria [& virgines in ciuitatibus Iuda] id eſt, in diuer
ſis gradibus eccleſiæ. [Principes] id eſt, rectores [manu] hoſtis antiqui [ſuſpenſi ſunt]
dum malis operibus vincuntur [facies ſenum non erubuerunt] quia omnem dignitatẽ,
ætatem & ſexum dæmon tentatione inuoluit. [Adoleſcentibus impudice abuſi ſunt]. i.
quoſdam ſpirituali iuuentute feruentes, ad immunditiam traxerunt [& pueri in ligno D
corruerunt. Potentes molis molebant & iuuenes ligno confixi ſunt] qui Chriſto pen=
denti in ligno adhærere noluerunt. [Senes]. i. inueterati malis [de portis] iuſtitiæ [de=
fecerunt] in portis mortis [iuuenes de choro pſallentium]. i. à choro ſanctoꝝ, canen=
tium dei laudes in iubilo deficiunt, qui canticum amoris Chriſti non aſſumunt. [Defe=
cit gaudium cordis noſtri] dum peccato vulneramur [verſus eſt in luctum chorus no=
ſter] quia qui in fornicationem mentis vel corporis corruit, chorum virtutis & harmo
niæ ſpiritualis amittit. [Cecidit corona capitis noſtri] id eſt, bona voluntas mentis qua
decoramur dum adeſt, ſi deeſt miſerrimi ſumus. [Væ nobis quia peccauimus, propte=
rea mœſtum factum eſt cor noſtrum] amiſſa lætitia Ieſu [Ideo contenebrati ſunt ocu=
li noſtri] puluere vitioꝝ. [Propter montem Sion]. i. charitatem [quia diſperiit] à ma=
Matt. 24 lis Chriſtianis [vulpes ambulauerunt in eo]. i. hypocritæ decipientes & doloſi. [Tu au
1. Cor. 13. tem domine inæternum permanebis] in electis ſolium tuum [in generatione & gene=
Dan. 3. 7. ratione]. i. iudicii poteſtas ſemper erit, time ergo ſententiam irreuocabilem. [Quare in
perpetuum obliuiſceris noſtri.] Non obliuiſcetur deus miſereri, niſi nos obliuiſcamur
amare. [Derelinquis nos in longitudinem dieꝝ?] non, ideo [Conuerte nos domine] ad
te per gratiam [& cõuertemur] quoniã in nobis eſt arbitriũ libertatis [Innoua dies no
ſtros, ſicut à principio] fuerunt noui, corrupti peccato dies ęternitatis perdidimus, quos
per conuerſionem recipiemus. [Sed proiiciens] tẽtatori [repuliſti nos] dum tentati ce
cidimus à te quaſi pollutos [iratus es contra nos vehementer] ſi non pœnitemus.

¶ Enarrationis in Threnos Ieremiæ
FINIS.



# A D. RICHARDI PAMPOLITANI EREMITAE, IN PSALMVM XX.
## Domine in virtute tua, &c. peculiaris quædam, atq; fuſior, quàm in ſuperioribus eſt habita, ENARRATIO.

CVm Chriſtus qui eſt veritas, dicat: Sine me nihil pote= Iohan. 15
ſtis facere, cõſtat ſine dubio, quia quicquid boni aut co
gitamus, aut volumus, aut loquimur, aut operamur: il= 2. Corin. 3
lud nimirum à deo habemus. Laudamus ergo & prædi
camus ineffabilem diuinæ maieſtatis clementiã, & mi=
ſericordiæ magnitudinem: qua non ſolum peccatores
& æternę morti addictos redimere voluit, verum etiam
nos in inſula maris magni genitos & nutritos, à fauci=
bus maledicti draconis liberatos, ſapiẽtię creatricis dul
cedine benignus illuſtrauit. Huius amore tacti & circũ
ligati quaſi vinculis inſolubilibus, aliena nõ diripimus,
ſed cõditoris noſtri gratiam ſecure expectamus, dicen
tes cum Pſalmiſta: Audiam quid loquatur in me dominus deus. Non vtiq; in noſtris vi Pſal. 84
ribus præſumimus cõfidere, ſed à deo præcipue credimus, cui ſcimus etiam noſmetipſos Iohan. 15
nos debere. Illi, inquam, totum tribuimus, à quo nimirum totum habemus: quicquid 1. Cor. 4.
ſcimus, quicquid poſſumus, quicquid ſumus, ad laudem cõditoris noſtri totum ſtudea= Col. 3
mus redigere, qui pro nobis nõ ſolum ſua, ſed etiam ſeipſum dignabatur offerre: vt dũ 1. Cor. 10 Ephe. 5
toto corde, tota virtute, toto poſſe noſtro, dilectionem dei deſiderare non deſinimus, bo=
nis moribus inſigniti & noſtrarum affectionum dominatores effecti, ſecũdum prophe Rom. 6
B tæ ſententiam in domino gaudeamus. [Domine in virtute tua lætabitur rex.] Cum
omnes Pſalmi dulces fuerint & delectabiles, iſte pſalmus de gloria regis præcipue loq=
tur: conſequenter inſinuans, ꝙ nullus in domino lætabitur ſine regimine, nec aliquis re
cte regitur niſi deo rectore. Deſcribit ergo propheta ſanctorum gaudium & tormentũ
impiorum. Delectabuntur nanque omnes iuſti & ſancti in explanatione huius Pſalmi.
Mali vero deterreri poterunt, qui ſe non bene ſed male egiſſe meminerunt. Rex itaque
dicitur, vel quia regit, vel quia regnat: imo plenius dicatur, & quia regit, & quia regnat,
Sed rex, de quo ſanctus propheta loqui conatur, quid eſt, quod regit & ſup quo regnat?
quia tam audacter aſſerit in virtute domini lætabitur. Quoniam in virtute dei nec rex,
nec ſeruus lætari poterit, niſi rex recte regendo, ſeruus bene obediendo inuentus fuerit.
¶ Præterea ſi tantummodo reges in deo lætari merentur, vbi putas ſerui & humiles, de=
ſpecti, & pauperes gloriabuntur? Quippe ſine deo lætari non dicatur lætitia, ſed potius
abominatio prophana. Idem igitur propheta ait: Paraſti in dulcedine tua pauperi deus. Pſal. 67
Iam liquet, ꝙ non ſolum regi, ſed etiam deus in dulcore ſuo locum parat pauperi, quem
nimirum in hoc ſæculo maxime videt humiliari, ergo concluſio ſequitur, ꝙ verus pau=
per non pauper, ſed rex recte vocetur. Aperto igitur intellectu verbi multi qui
ſe reges & rectores putant, falli probantur, dum nomen regis tenere cupiunt, & opus
regiminis negligere non tremiſcunt. Decidunt hinc itaq; à regnis ſuis inopes, qui ſe &
alios nequiter regebant ſubiectos. Ergo o domine in virtute tua nõ quilibet lætabitur,
ſed rex, & non quilibet rex. ¶ Quis eſt igitur ille rex qui lætabitur? Aperiamus verbi in=
tentionem, & videbimus, quia congruentius iuſtum appellabimus regem. O dignatio
miranda, ſeruum Chriſti regem fieri. Illi enim ſeruire, regnare eſt. O prædicanda pie=
tas, deſpectum in terris cernemus regem regnantem in deo, gaudentem in cœlo cum an
gelis. Quis vnquam ita remunerat ſeruum, ita exaltat militem ſuum, quem in ſua curia
regem conſtituit inæternum? Hic eſt verus & æternus rex, qui ſub ſe tot & tantos habet Iſaiæ. 33.
reges, ſuæ voluntati penitus conformes. Et ne putet quis, ꝙ tam magni forſitan pauci Apoc. 19
ſint, ait: Dinumerabo eos & ſuper arenam multiplicabunt. Vere glorioſa dicta ſunt Pſal. 138. Pſal. 86
de te ciuitas dei. Igitur o bone domine, memor eſto Raab & Babylonis ſcientibus te, dũ

 inueniri

1.Cor.1 inueniri potes. Hinc pateat liquidum cordibus noſtris, quia coram deo miſer mundi C
non deſpicitur, nec honoratus reputatur. Non nocet anĩæ hic deprimi, nec prodeſt cor-
Eccles.1.2 pori in terrenis exaltari. Omnes diuitiæ, omnes delitię præſentis ſæculi, pro nihilo com
Actu.10. putantur ante tribunal Chriſti. Non enim eſt acceptor perſonarum deus, quemadmo-
dum peruerſitas humana, imo & dementia hominum, quæ potentes mundi, non quia
Gene.1 homines ad imaginem & ſimilitudinem dei creati, ſed quia diuites, honorat. Hinc
probatur miſer nec deo nec hominibus, ſed ſtercoribus reuerentiam exhibere, cum ab
Philip.3 apoſtolo diuitię ſtercora vocentur. Iſte eſt, qui adorat ſculptilia, & qui gloriatur in ſimu
Pſal.96 lachris, & ideo confundetur. Quandoquidem & pauperem quamuis ſanctum nõ hono
rat, ſed potius deſpicit, ſub pedibus ponit, & aliam cauſam nõ inuenit, niſi quia per pau-
pertatem vadit. Sed attende quàm infelix & maledictus eſt. In diuite honorat ſtercus, in
Matt.25 paupere contemnit Chriſtum: Nonne legit & audiuit: Quod vni de minimis meis feci-
ſtis, mihi feciſtis. Pauperem tota die non timet offendere, diuiti in omnibus ſemper cu-
Matt.22 pit placere. Et ecce quid agit, dum Chriſtum ſibi iratum habere non metuit, dæmonijs
Apoc.19. gentium ſe coniungit. Caueat ergo ſibi vnuſquiſq;, quia niſi quis charitate veſtitus fue-
rit in nuditate pudendorum confuſus, coram cũctis oculis à nuptijs agni & vxoris eius
expulſus erit. Sed ille nimirum maxime confundetur, qui de gloria ad pœnam, & de vi-
tijs ad paupertatem transportat? Proinde timeant peruerſi pauperes, ſed amplius terre-
2.Cor.5. antur ſuperbi diuites, quia ſimul in vnum diues & pauper, iuſto iudici reddẽt rationes.
Iohel.2 Minus confunditur pauper qui perit, quia nuſquam honoratus fuit: quàm diues, qui o-
lim in delitijs laſciuiens extitit, & in diuitijs ſuperbiuit: vel qui ſe mundanis honoribus
inaniter exaltauit. Beatus ergo rex, qui in virtute dei lætabitur, quoniam quidem ab o-
mni confuſione culpæ & pœnæ perenniter protegetur. ¶ Sed vnde rex & vbi regnat,
cum Chriſtus dicat non ſolum pro ſe, ſed etiam pro membris ſuis: Regnum meum nõ
Iohan.18. eſt de hoc mundo? Sane igitur aduertendum eſt, ꝙ illi regi de quo propheta loquitur,
2.Cor.10. non tantum mundus ſed & pariter caro ſubiugatur. Imo & diabolum firma fide, ſynce
Ephe.6 ra charitate, viriliter pugnando obruit. Quod propheta videns non indigne regem ap D
pellauit. O felix rex & plane felix, qui non vnum tantum, ſed quatuor regna deuicit,
regnum mundi per pauptatem volũtariam, regnum carnis per temperatiuam pruden
tiam, regnum diaboli per humilem patientiam, regnum cœli per charitatem perfectã.
Ergo regnum eius non eſt de hoc mundo, quia gaudium non quærit niſi de cœlo. Cu-
Hebr.11. pidus, auarus, ſuperbus, luxurioſus, non vicerunt regna, nec obtinuerunt caſtra, ſed ab
omnibus deuicti ſunt, & ideo iuſte ſine regno in lacum miſeriæ, & in lutum fecis dolen
1.Pet.5 tes cadunt. Ipſe autem qui in ſe vitia conſumpſit, ora leonis rugientis quærentis quem
deuoret oppilauit, mundum deſpexit, carnem ſpiritui mancipauit: talis vtiq; rex recte
dicitur, cuius potentiæ vbiq; obeditur, qui non timet impugnantem, in deo iugiter con
Pſal.26 fidens aſportare victoriam, clamans cum Pſalmiſta: Si conſiſtant aduerſum me caſtra,
non timebit cor meum. Si exurgat aduerſum me prælium, in hoc ego ſperabo. Cana-
mus ergo hilares in laudem dei, & milites iam regis æterni effecti, dicamus cum Pro-
pheta: [Domine in virtute tua lætabitur rex] hic eſt rex qui ſeipſum recte regit, q cor-
pus & animam ad ſeruitium Chriſti conſtanter dirigit, qui omnes cordis affectiones,
omnes mentis euagationes, cuncta animi deſideria tali regimine gubernat, vt de tota
interioris & exterioris hominis habitudine quod non ſit ad laudem conditoris diſpoſi-
Sapien.6. tum, nihil remaneat. Iſti regi cõgruit q̃d alibi dicitur: Rex ſapiens populi ſtabilimẽtum
eſt. Sane rex populum ſuum ſtabiliuit, qui ſe totum ad amandum deum tribuit. Popu-
lum iſtius regis non homines terræ, ſed cogitationes animæ vocamus: quæ tunc recte
Col.3 reguntur, quando omnes ad gloriam dei mancipantur. Itaq; rex in amore dei ſe totum
1.Cor.10 regens, & ſuper vniuerſoꝝ vitioꝝ maculas potenter regnans, merito in virtute diuina
Iohan.15 lætari phibetur, q inimicos Chriſti vt fortis miles expugnare conabat̃. A deo nimirum
2.Cor.3 & ipſe rectus eſt, & ſine ipſo vincere non poteſt. Ergo & bene dicit̃, quia in ỽtute domi-
ni lætabit̃, non in ſua. Nam fidelis ſeruus gloriam quærit domini, vt in domino ſuo &
2.Cor.10. ipſe valeat gloriari. Quippe q gloriat̃ in dño gloriet̃, à q̃ qcq̃d habet accipit, & ſine q̃ nec
1.Cor.4 qdẽ ſubſiſtit. [Et ſup ſalutare tuũ exultabit vehementer] Quando qs plene habet q̃d bñ
1.Cor.13 diligit, proculdubio vehementer exultabit. Quia eñ charitas non q̃rit quæ ſua ſunt, ſed
Ieſum Chrm̃, in Ieſu ſalutari dei electa aĩa nõ ſolũ in futuro, ſed etiã in pñti iubilat, dũ
deum



A deum vere & perfecte amat. O ſingulare donum dilectionis, quæ ſola æterni regis dul-
corem rapere in trepido aſcenſu trãſducitur, & tantę maieſtatis ſuauitate oblectari me-
retur. Nullus namque gaudet in hoc quod non amat, hæc eſt ratio, quia peccatores in
Chriſto nunquam lætari poterunt, quem nimirum diligere nequaquã voluerunt. Gau
dium vero ex amore dilecti naſcitur, & tanto iucundius quis lætabitur, quanto feruen-
tius Chriſtum amare conatur. Qui præ alijs deum diligit, & in ipſo magis lætabundus
erit. Qui multum amat, multum gaudet: & qui minimum amat, minimum gaudet. Et
qui Chriſtum amare negligit, in illo penitus gaudere neſcit, vt ſecundum quantitatem
verę dilectiõis vnicuiq; electo retribuatur magnitudo beatitudinis. Mali deniq;, quem-
admodum nec volunt eſſe participes deum amantium, ita nec erunt conſortes in Deo
gloriantium. Gloria vero quam perfecte & plene habebimus in patria, cauſatur ex cha
ritate, in qua viuebamus in via. Hic namq; oportet nos amorem incipere, vt in cœlo vbi
non eſt terminus amoris, valeat permanere. Si ergo in futura vita gloriam cupimus, dũ
in hoc præſenti ſæculo ſumus, Chriſtum toto poſſe noſtro diligere ſtudeamus. Igne
charitatis dominus electorum ſuorum corda ſuccendit, & hoc ad petendum illis ſugge Luc.18.
rit, q̃d ad æternam eorum ſalutem pertinere præſciuit. Inflammati verò diuini amoris
dulcedine, ſola cœleſtia gaudia deſiderant, quæ quia in præſenti ad plenum proſpicere Philip.3.
non poſſunt, nulli dubium quin in futuro ex bonitate dei clare & perſpicue poſſidebũt.
Vnde ſequitur: [Deſiderium cordis eius tribuiſti ei, & voluntate labioꝝ eius non frau
daſti eum] Regi, id eſt, ſancto cordis ſui deſiderium deus tribuit, quia illud quod ſibi da
re volebat, illum deſiderare fecit. Sanctus quippe terrena non cupit ſed contemnit: va-
na mundi non quærit gaudia, ſed cœleſtia ſine fine manſura. Humum non diligit, quia
Chriſtus illi dulceſcit. In carnalium voluptatum blanditijs non poſuit deſiderium, ſed
in ſpiritualibus delitijs perfruendis figebat cor ſuum. Deus ergo deſiderium ſuum ſibi
tribuit, imo magis quàm deſiderare ſciuit. Dedit ſibi angelorum conſortium, ſancto-
rum gaudium, vitæ æternæ beatitudinem, perennis requiei ſedem, veri luminis clarita-
tem, audire melos angelicum, videre incircumſcriptum lumen æterni amoris, delitia-
rum canticum canere mellifluum. Quid vltra reſtat promere? Dedit ei plenam condito-
B ris cognitionem, in tota trinitate lætitiam. Recte domine ſeruus tuus cordis ſui ſtabili-
uit deſiderium, ꝙ voluntate labiorum eius non fraudaſti eum. Idem enim voluntas eſt
labiorum, quod & cordis eſt deſiderium. Corde deſiderat, labijs clamat, ſed & à deuo-
tione cordis aſcendit in auribus dei vox orationis. Non ergo fraudaſti eum à voluntate
labiorum eius, ſed miſericordiſſime feciſti, abũdantiſſime impleſti, affluentiſſime ſana-
ſti. Sed ne quis putet merito ſuo tam magna ſibi fieri, ſed ſola gratia dei, recte ſubditur.
[Quoniam præueniſti eum in benedictionibus dulcedinis, poſuiſti in capite eius coro
nam de lapide precioſo.] Non præuenit te o bone Ieſu iuſtitia, ſed tu præueniſti miſeri- Pſal.58
cordia. Niſi enim deus electos quos ſaluare decreuit, gratia pręueniret, inter filios homi
num non inueniretur, quem iuſtificaret. Inſpirat vt recte velit, in benedictionibus dul-
cedinis ſubſequitur, vt voluntatem perficere poſſit. Primo ſibi prædeſtinatum pœnis,
quas pro peccatis ſuis meruit, deterret, vt vel ſaltem peccare deſiſtat: & dũ horrore tor-
mentorum mala cauet agere, incipit quodammodo ſeipſum corrigere, & in quantum
ſenſualitas permittit, bona deſiderare. Cum vero carnalia deſideria mortificare ſtudue-
rit, quidam ſapor cœleſtis in animo iam pene purgato dulceſcere aſſueſcit, & guſtato, Pſal.33
quoniam ſuauis eſt dominus, in benedictione dulcedinis ſe præuentũ ſentit. Ita nimirũ & 69.
fit, ꝙ præter illa interna ſolatia, nec aliquid amare aut cogitare quærat. Inde exteriora
vileſcunt, tranſitoria quęq; ac omnem mundi inanem gloriam nec appetere curat, nec
reſpicere. Quia illum ſolum bene & delicate viuentem iudicat, qui veraciter Chriſtum
amat. Vnde timorem expellens, ad amorem ſurgere non deſinit, & Chriſtum ſolum de
ſiderans eius voluntatem inceſſanter perimplere concupiſcit. Iam inebriatur ab vberta- Pſal.35
te domus dei, vt nil mundanæ cõuerſationis illi libeat, & igne ſpiritus ſancti calefactus,
æternitatiſq; amore liqueſcens, totum cor feruor dulcifluus obumbrat. Accenſus ergo
ſupernæ ſpeculationis dulcedine, crebrius in illud verbum mentaliter rapitur, & abſor-
ptus diuini amoris claritudine, & à cunctis præſentibus tranſlatus, ad ſumma eleuatur.
Vnde de tali exuto à corpe, vel in carne exiſtente ad Chriſtum merito canimus. [Quo-
niam præueniſti eum in benedictionibus dulcedinis, poſuiſti in capite eius coronam de
a iij lapide

lapidē precioſo. Magna gloria,& non minor laus. Superius audiuimus eum in vir- C
tute dei lætari, iam ſciamus eum in lætitia coronari. Quia qui prius pro C H R I-
1.Pet.1.5. S T O fortiter & lætanter certare non timuit, modo victor ad patriam tranſi-
ens, immarceſcibilis gaudij coronam accepit. Dum cuncta nanque tranſitoria tran-
uolantes, in ſolo C H R I S T I deſiderio anhelare non deſinimus, à C H R I-
S T O gloriam concupitam percipere nō dubitamus. Quamobrem à præſentium tene-
2.Cor.5 brarū ergaſtulo tranſmigrantes, nō indigne ad lucem cœleſtium māſionū glorioſe per
Corona ducimur, qui dum in carne viximus, puro cordis oculo ſola supernorum gaudia iugiter cō
Chriſtia templari conabamur. Meruit igitur miles Chriſti coronam, non cuiuſlibet rei, ſed lapi-
ni militis dis p̄cioſi & plane p̄cioſi, quia non ſolum cœlū, verum & p̄cium totius ſæculi. Iſte lapis
Iaco.1 Chriſtus eſt, q eſt ſalus amantium, refugiū pugnantiū, corona viuentiū, gloria regnan-
tium. In capite ergo vincentis de lapide p̄cioſo corona ponitur, quādo Chriſtus in dul-
core diuinitatis victori demōſtrat. O q̄ dulce & delicate iſte rex ſanctus dei, coronari me-
Pſal.16 ruit, quē deus pater filio ſuo dilecto æternaliter coronauit. Quid amplius cōcupiſceret,
Apoc.21 qui de manu dñi tam glorioſum ac p̄clarum diadema p̄cepiſſet? Deniq; gloria dei appa-
Danie.13 rente, eſuriens ſatiabitur, ſitiens potabitur, infirmus ſanabit, languens conſolabitur, vin
cens coronabitur, coronatus ſine fine lætabitur. O lapidē p̄cioſum, in quo omne p̄cium
inuenitur, ſine quo nec aliquid appreciatur, qui mortuos viuificat, proſtratos reſuſcitat,
Lapis p̄- laborātes reficit, virtutes ſeminat, vitia eradicat, mellifluo amoris gaudio animas cōfor
cioſus tat. O lapidem p̄cioſum, ſup aurum & omē mundi dulcedinem deſidero illū. Quæren
Chriſtus. dus eſt iſte lapis ſumma mentis delectatione, retinendus cōtinua deuotione, amplecten
Matt.13 dus ardenti dilectione. Nō in loculo reponendus eſt, ſed in animo, abſcondatur in mente
ne rapiatur exteriore vanitate. Qui hunc lapidem vere diligit, vitā à deo cupit, de qua cō
ſequenter ſubiungitur. [Vitam petijt à te, & tribuiſti ei lōgitudinem dierum in ſeculū & in
Iohan.14 ſeculū ſeculi.] Hic aperte docemur, ꝙ petenda eſt vita æterna, in qua ſine fine glriemur
in cœleſti patria. Sāctus igitur vitā petijt, qa Chriſtū qui via eſt, veritas, & vita, toto cor-
de cōcupiuit. Iam fremant & tabeſcant, cōtremiſcant, & vlulent iniuſti reges, ſuperbi mi
Vitā nō lites, puerſi diuites, omnes quippe tam laici q̄ clerici, mundana cupidine occupati, non D
omnes vitam petunt, ſed mortē ſibi p̄parant, dum in honoribus vanis adquirēdis, delitijs pereū
appetūt tibus deguſtandis, diuitijs ſuperuacue poſſidendis, tanto affectu & ſtudio inſiſtere nō ceſ
Rom.8 ſant. Morietur etenim in fœtoris amaritudine, qui in carnalis amoris blāditer vixit de-
lectatione. Nec videbit diuinam gloriā, qui terreni honoris dilexit ſublimitatē. Proinde
q̄ cito electus Chriſti ſeipſum & mundū intime cōſiderat, viſibilia cūcta poſtponēs, imo
pro nihilo cōputās, ſolam illā perpetuam ac beatā vitā à deo petere feſtinat. Quia pro-
fecto nimis excæcatus eſt, qui in tali theſauro figit animū quē in breui termino nō igno
rat ſe p̄diturum. Igitur amator Chriſti, quāquam in hac vita modicū patitur pœniten-
tiæ, cœleſtē tamen glām ante oculos cordis conſtituens, diuini amoris dulcedine ad to-
lerantiā vehemēter animat. Imo quanto plus verus Chriſti ſeruus ſeipſum in hoc mun-
do aduerſitati & humilitati lætāter exponere nō metuit, tanto amplius & in p̄ſenti gratia
amoris replebitur, & in futuro in gloria ſublimior erit. Nēpe ſpiritus ſanctus corda ſuo
rū ad omnes paſſiones pro Chriſto ſuſtinendas gaudentia reparat, dum carnales cōcu-
piſcentias extinguens & effundens, mentes illorum calore æternæ lucis ſuauiter inflam-
mat. O dulce lumen, quàm delicatum es gaudium, quod in tanto dulcore animas amā-
Spūs ſan tium abſorbes, vt eis prorſus iam nulla terrenorum mollities libeat. O ſancte ſpiritus ve
ctus cor- ni, rape me tibi. Et bene ſanctus nuncuparis, qui omnes cum quibus manere dignatus
da ſancti es, ſanctos facis. Et vere amor es & diceris, qui ſemper tuos ad amorem accendis. Deus
ficat
Pſal.142. meus es tu, doce me facere voluntatem tuam. Vre igne tuo renes meos & cor meum, ar-
Pſal.25 deat ignis ille in altari tuo. Veni precor te o dulcis gloria, veni dulcedo ſuauiſſima, ve-
ni dilecte mi, tota conſolatio mea animæ meæ languenti pro te ſalubri ac dulcifluo fer-
uore illabere, igne tuo penetralia cordis mei incende, & intima quæq; tua luce illuſtran
do, melliflua æterni amoris iubilo vniuerſa mentis & corporis depaſce. Tu deus noſter,
te vitam à te petenti, longitudinem dierum in ſeculum ſeculi tribuiſti, quia hunc te ama
re, te quærere, tuam voluntatem perficere clementer inſpiraſti. Gaudeat pauper
Chriſtum



A CHRISTVM diligens, tantum & talem inhabitatorem habens.
¶Non terreatur ſi diues floreat & ille puniatur, quoniam & ſi mane breuis poten- Matt.3
tiæ florere cernitur, proculdubio in veſpere mortis & miſeriæ areſcere ac decidere Ieremiæ.12
penitus cogetur. Quippe quaſi flos egredit & conteritur, & fugit velut vmbra, & nun- Pſal.89
quam in eodem ſtatu permanet. Mundus ſtultis oſtendit florem, ſed in fine non Iſai.40
percipient fructum. Imo quod eis in principio apparebat flos dulcedinis, in fine ſentie- Iob.13.
tur botrus amariſſimus. Pro vino quod bibebant carnalium voluptatum, erit fel draco Deut.32.
num vinum eorum, & venenum aſpidum inſanabile tormentorum. De quibus conque
ritur Chriſtus, dicens: Aduerſum me loquebantur qui ſedebant in porta, & in me pſal- Pſal.68
lebant qui bibebant vinum. Clamabunt vtiq; cum damnatis: Quare de vulua eduxiſti Iob.10.
me? qui vtinam conſumptus eſſem, ne oculus me videret. Multo nāq; tolerabilior eſſet
pœna illi, ſi in vtero materno ſuffocatus fuiſſet, quàm ꝙ egreſſus ex vētre, & recepto bap 2.Pet.2
tiſmate, iterum mortalibus & actualibus inuolutus criminibus hinc diſcedat. Non enī
æqua pœna puniuntur diuites epulones & paruuli abortiui. Illos namq; ignis inferna- Luc.16
lis perpetuo cruciabit, paruulos ſine gratia baptiſmali, non niſi perennis obſcuritas te-
nebit. Lætetur igitur qui petit vitam, non temporalem qua omnino carebit, ſed æternā
in qua ſine fine gaudeat. Quia nimirum non eſt Chriſtiani honoris exaltari in terrenis
ſed potius deſpici, humiliari, à mundanis irrideri, maledici, & odiri, vt verificetur illud
Euangelij: Eritis odio omni homini, propter nomen meum. Sic vero dilector Chriſti Matt.10.
vana & fallibilia p̄dia huius ſæculi relinquens, ad cœleſtes diuitias iugiter ſuſpiret, & Luc.21
aduerſa præſentis vitæ lætanter patiens, illas internas delitias infatigabiliter deguſtet.
De quo ſtatim annectit propheta congratulando, dicens: [Magna eſt gloria eius in ſa-
lutari tuo, gloriam & magnum decorem impones ſuper eum] Profecto magnam glo
riam in Chriſto ſalutari dei percipit, qui Chriſtum tota cordis dilectione cupit. Quia
videlicet, dum ſancta mens terrenorum cogitationes tumultuantes, à ſe fortiter expellere
ſtudet, & virtutum inſignia in ſe colligere non deſinit, in amoris Chriſti dulcedine, ma
gnam vtiq; lætitiam ſentit. Neq; vero aliquis in diuinitate gaudium poterit capere, niſi
B qui cunctis mundi vanitatibus & diuitijs non torpebat abrenuntiare. Ideo enim eſt glo
ria eius magna, nimirum quia multum dilexit. O amor quàm laudabilis es, quàm ama
bilis, quàm ſine pari etiam omnibus alijs in compatione tui poſtpoſitis, deſiderabilis.
In hoc autem oſtendis te valentem, potentem, dominantem. Quia quicquid homo fe-
cerit, quicquid dederit, quicquid paſſus fuerit, poſſunt remunerari in temp̄alibus bonis
obtinendis, vel in minoribus pœnis percipiendis: tu ſolus es qui iuſte remunerari non
potes, niſi in gloria diuinæ viſionis. Verum eſt ergo quod veritas ait: Qui diligit me, di Iohan.14
ligetur à patre meo, & ego diligam eum, & manifeſtabo ei meipſum. O amor quan-
tum vales, qui dum immenſa opera prophetiæ & miracula à facie Chriſti fugiendo de Matth.7.
liteſcunt: tu ſolus in curiam æterni regis, cum Chriſto duce intrare non formidas: ſed
& glorioſe ſuſciperis, & cum magno honore ad ſedem ſcandere iuberis. Multi Chri-
ſtum videbunt in humanitate, ſed ſoli amatores Chriſti, cernent in diuinitatis dulco-
re. Nemo p̄ſumat de deo quamuis multa fecit, quia ſolus gaudebit de ſalute qui deum
amauit. Et quemadmodum nemo ſapiens in vaſe fœtenti liquorem optimum ponit, Sapien.1.
ita nec Chriſtus qui ſapientia eſt dei, niſi in munda anima amorem ſuum fundit. Cum 1.Cor.1
vero purgata anima, dei amoris ſentire cœperit dulcedinem, nihil omnino ſcit deſide-
rare præter Chriſtum. Chriſtum diligit, Chriſtum cupit, ex Chriſto inardeſcit in Chri
ſtum, ſitit Chriſtum, Chriſto ſuſpirat. Penetrat amoris iaculo, vt audacter dicat: Amo Canti.2.5
re langueo. Succenditur medullitus igne ſpiritus ſancti, vt merito canat propheta:
[Magna eſt gloria eius in ſalutari dei.] Tunc quippe Chriſti gloria in fideli anima Gloria
magna eſt, quando æternis electa, nulla mundi gloria mulceri poteſt. Cui præ amo- magna
ris magnitudine omnia temporalia vertuntur in tædium, cui omnis terrena delecta- fidelis
tio apparet nocumentum: ita ſcilicet, vt tanta ſit gloria eius in Chriſto, vt nullam vti- aiæ q̄ ſit,
que valeat conſolationem inuenire in hoc mundo. Cui ſolitudo non immerito con- Philip.3.
gruit, qui nihil terrenum, nihilq; humanum ſapit. Talis nimirum manet in ſolitudine,
quia longe diſtat ab hominibus cœleſti conuerſatione. Nec poteſt commiſceri ſocieta-
tibus ſæcularium, q ſolūmodo delectat in gaudio angelorum. Hic à tumultu ſolus ſedēs,
ſed in

ſed in Chriſto glorians, ardet & amat, gaudet & iubilat, charitate vulneratus, amore li- C
Canti. 5 queſactus, canticum amoris canit dilecto, repletus dulcore ſuauiſſimo. Iam nõ dicit ora
tiones ſuas, ſed in ſublimitate mentis poſitus, & amore ſupernorum raptus, mira ſuaui-
tate ſupra rapitur, & deo decantare ſpirituali organo in mirum modum ſubleuatur.
Non intelligas illum ſonum emitti per inſtrumentum corporale, quia vigor ſpiritualis
carnem ſuperans, illud canere candor cauſat conſcientiæ bonæ & purgatæ. Huiuſmo-
Eccls. 39. di anima tanto gaudio vndique ſuffulta, non ſentit iniurias, gaudet ad opprobria, ri-
Proue. 15 det ad maledicta, quia quam ſola conditoris memoria delectat, nulla mundi moleſtia
ſeu miſeria ab amore ꝑturbat. Iuſtus enim de iure non dicitur, qui memoriam dei à ſe
dum vigilat, dilabi ſinere non veretur. Quemadmodum autem nullus eſt locus, nullum
eſt tempus, nullum eſt momentum, in quibus beneficia creatoris noſtri in nobis ſentire
non poſſimus: ita nullus ſit locus, nullum tempus, in quibus deum præſentem in memo
2. Cor. 3 ria nõ habeamus. Ita nempe ſine deo nec ſubſiſtere valeamus, nec eſſe, nec moueri, nec
Iohan. 15 viuere: quomodo quando non fuimus, noſmetipſos non potuimus creare. Dicamus er-
Actu. 17. Pſal. 99 go iugiter: Ipſe fecit nos, & nõ ipſi nos. Et ſicut ſecundum corpus ſine ipſo nihil agimus
Daniel. 9 ita & ipſum ſolum de ſaluatione animæ noſtræ, ſola ſua gratia non meritis noſtris exi-
Titum. 3 gentibus laudare debemus. Hinc etenim gloria & magnus decor ſuper nos imponitur,
cum cunctis vanitatibus, quæ ad carnem & mundum pertinent deſpectis, in deo ſolo
gloriamur. Nimirum namq; prauam neſcit inuenire triſtitiam, qui cœleſtis ſuauitatis
guſtat ſaporem. Cor quidem quod dulcedo Chriſti reficit, amaritudo mundi non pu-
nit. Super omnem igitur præſentis vitæ ſtultitiam, dei deſideraui ſapientiam. Quippe
non ſentiet fœtorem inferni, qui dulciter gaudet in amore Chriſti. Si ergo in præſenti
tanta eſt gloria eius in ſalutari, vt pro gloriæ abundantia nihil mundanæ felicitatis po-
teſt appetere, quanta putas erit in futuro, vbi deus gloriam & magnum decorem impo-
net ſuper eum? Beata ergo anima à carcere corporis exuta, & ad cœleſte regnum perdu-
1. Cor. 15. cta, ſplendore diuinæ gloriæ perfunditur, & decore æterni luminis cum impaſſibilitatis
ſtola gaudens veſtitur. Poſt generalem vero reſurrectionem, in corpore & anima glo-
Matt. 13. rificata, ſicut ſol, imo incomparabiliter clarius refulgens, æterna vita perfruetur. Inde
profecto eſt, quod ſubditur: [Quoniam dabis eum in benedictionem in ſæculum ſæcu- D
li, lætificabis eum in gaudio cum vultu tuo.] Hoc eſt, gaudium conſummatum coram
vultu dei, perennem inhabitare ſedem. Bene in benedictionibus in ſæculum ſæculi da-
tur, qui contemplando vultum dei tam glorioſe lætificari meretur. Hæc ſola eſt viſio,
quæ mœſtos lætificat, infirmos ſanat, debiles confortat, quæ omnibus vere viuenti-
bus vitam donat: hæc viſio gaudium eſt cœli, conſolatio mundi. In illa viſione refectio
nis ſentiunt requiem, qui dum in via fuerant, durum pro deo ſuſtinebant laborem. O
vultum admirabilem, qui vita eſt viuentium, gloria lætantium, lux illuminatorum, re-
quies exercitatorum. O dulce gaudium videre dei faciem, o glorioſum aſpectum, in
1. Cor. 2 ſplendore maieſtatis ſuæ intueri regem ſæculorum. Ibi erit gaudium, quod oculus non
Iſai. 64 vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit. Ibi erit amor ardentiſſimus, iubilus
1. Cor. 13 dulciſſimus, dulcor affluentiſſimus, quando facie ad faciem deum videmus. Hæc viſio
ſanctæ trinitatis delectatio eſt pleniſſima, dilectio perfectiſſima, ſatietas ſuauiſſima. O
quàm felix eſt, qui toto corde ad illam tendit, qui ſpretis cunctis mundi & carnis concu
piſcentijs, ad illam viſionem conſtanti animo ſe accingit. O inæſtimabile gaudium, in-
ter angelos dei hæreditatem percipere. Funes ceciderunt mihi in præclaris, etenim hære
ditas mea præclara eſt mihi. Nam cum dederit dilectis ſuis ſomnum, ecce hæreditas do
mini filij merces, fructus ventris. Ibi calix meus inebrians quàm præclarus eſt. Vbi rex
eſt veritas & vita, lex charitas, infinita poſſeſſio, gloria ſemper habita & ſemper appeti-
ta. Ibi iugiter noua iucunditas, iucunda felicitas, felix æternitas, æterna ſecuritas, ſecura
delectatio, delectata dilectio, dilecta viſio, viſio conditoris ſempiterna, deſiderabilis per
fruitio. Hoc eſt vitam habere beatam, iſtam ſine fine poſſidere gloriam. Væ qui breui-
ter peccant, & illam irrecuperabiliter amittunt. Væ qui potius peccatorum ponderibus
in lacum cum diabolo cadere eligũt, quàm caſte & humiliter viuendo, Chriſtum in ve
ritate amare. Valde ergo felices ſunt, qui à ſede tempalis miſeriæ ad ſedem requiei æter
næ tranſmigrant. In illis nimiꝝ æternis ſedibus gaudium nr̃m erit plenum, quia Chr̃m
in decore ſuo intuentes, gl'æ amplius non poſſumus ꝑcipere additamentũ. O Ieſu bone,
quis



A quis mihi det vt ſentiam te? Infunde te in viſceribus animæ meæ, veni in cor meum, &
inebria illud dulcore tuo, reple mentem meam feruore amoris tui: vt omnia mala obli-
uiſcens, te ſolum complectar: certe tunc gaudebo. Amodo ne recedas à me, quia ſola
tui præſentia mihi ſolatium eſt, ſola tui abſentia me triſtem relinquit. Igitur mo-
rare mecum iugiter in tabernaculo meo, nam tecum æternaliter lætari ſpero in regno
tuo. Quemadmodum quoq; à memoria mea dum vigilans fuero, abſens non es: Sic nec
dulcedo amoris tui, ab anima mea aliquatenus ſeparetur. Et quomodo hæc nullã præ-
ter te delectationem affectat aſſumere: ita continuo laboret ſtudio, vt tuam conſolatio-
nem indeſinenter donetur præſentire. Quatinus dum in nulla vanitate præſentium re-
rum delectari appetit, præſto ſit ei memoria abundantiæ ſuauitatis tuæ eructanti dulce-
dinẽ futurorum, quam cupit. Non mireris igitur, ſi gaudeat, qui eructanti diuino amori Pſal. 144
eligitur, & ſupernorum iubilo contemplatiuus eſſe inſpiratur: ſed nec quidem mirabile
videtur, ſi verus Chriſti amator, ad mortem peruentus amplius lætificetur. Quoniam
non mori putat, ſed potius viuere, quandoquidem non ignorat ad Chriſtum, quem ſo- Mortem Chriſti amator
lum deſiderauit, ſe trãſire. Iſte nimirum eſt rex, de quo adhuc propheta loqui non trepi-
dat, & tanta gloria dignum eſſe audacter affirmat. [Quoniam rex ſperat in domino, & nõ timet.
in miſericordia altiſſimi non commouebitur.] O potentem regem, qui ſeruos ſuos etiã
reges facit, & in ſe tam firmiter fundat cõfidere, ꝙ nulla illos moleſtiarum inſtantia per
mittitur turbare. Vnde apoſtolus: Quis ſeparabit nos à charitate dei? tribulatio? an an-
guſtia? an gladius? an fames? an nuditas? Certus enim ſum, ꝙ neq; mors, neq; vita, neq; Roma. 8
aliqua creatura, ſeparabit nos à charitate dei, quæ eſt in Chriſto Ieſu. Recte igitur & ve-
re in domino & in miſericordia altiſſimi ſperare perhibetur, qui ab illa re quam ſpes ex
pectat, non commouebitur. Multi enim dicunt ſe ſperare in domino, & in veritate non
ſperant: ſed veraciter mentiuntur, quia mala opera, non ſpem, ſed deſperationem in do- Seperare
mino, manifeſte in tremenda diſcutione oſtendent. Et ideo quia tales nec reges ſunt, in dño qs
nec in domino ſperant, ſtare non poſſunt, ſed commouebuntur & peribunt. Porro ſa- dicatur
tis euidenter deſcribitur, regem. i. iuſtum ſperantem in diuina miſericordia, non com-
B moueri, qui in deo incommutabili, & immobili bono deſiderauit figi, quia qui in deo
non figitur, in fallibilibus & tranſitorijs collocatur. Sed fallacia contra naturam agunt,
non ergo omnes ad illos deditos decipiunt. Talem deniq; oportet cadere, qui in caden
dis rebus ſeipſum non timuit fundare. Fragile nimirum & deceptorium fundamentum
eſt concupiſcentia præſentium diuitiarum, qui illis adhæret, non dubitet vtiq; moueri.
Putredinis namq; habet ſtationem, qui in terrenis adquirendis, mentis poſuit fundamẽ
tum. Mundanus ergo miſer iuſte à ſuis deſiderijs commouebitur, qui ſemper vana &
inſolita iniuſte & ſupuacue congregare conabatur. His itaq; cadentibus, q̃ felix eſt qui Ecci. 31
commoueri non poterit, qui inæternum in domo dei perſeuerabit? Hic eſt, qui poſt aurũ
non abijt, nec in theſauris terrenæ pecuniæ ſperauit, fundatus erat ſine dubio ſuper pe-
tram. i. finem deſiderij ſui radicauit in Chriſtum, ſtabilitus in deo non mouebitur cum
hoc mundo. Multa poſſunt dici ſuper hoc verbo cõmouebitur, ſed interim ſufficiãt pau Ambulare ſtare et
ca. ¶ Tria ex beneficio creationis quantum ad corpus habemus. ſ. currere vel ambu- ſedere.
lare, ſtare & ſedere. Si currendo aliquod ſpectaculum conſideramus manifeſtũ eſt, ꝙ il-
lud plene non perſpicimus, qa nimis moti ſumus. Stãdo autem illud bene ſeruimus, ſed
qa diu infatigati ſtare non poſſumus, ſtationẽ à motu nõ multũ diſtare non dubitamus.
Sedendo vero & perſpicue illud videre poterimus, & videndo delectari valemus: qa ſe-
dere ſatis cõmune eſt, & diu ſine curſu vel ſtatione haberi poteſt. Si qs habeat à q̊ multũ
ſe nouerit diligi, qa iuxta illud q̊d multũ diligimus, multũ ſedere, nõ currere vel ſtare ſo
lebamus. Deus nimiꝝ ex naturali primordio obiectũ eſt aĩæ, ergo fidelis & deuota a- Vbi a-
nima nihil pręter deũ prę oculis ſuis cupit habere. Vbi eſt amor, ibi vtiq; & oculus. Nã il mor, ibi
lud quod ſpecialiter diligimus, ad videndum & habendũ indeſinẽter anhelamus. Itaq; oculus.
cũ quis Chriſtũ recte amat, iugiter ad Chriſtũ intuendũ eleuari ſuſpirat. Sed dum terre
nis quaſi currendo diſtrahitur, dum vel quaſi ſtãdo minus adhuc contẽplari oblectatur
cœleſtia, nequaq̃ recte eſt ſapiens. Igitur ſedens & quieſcens fit anima prudens. Hinc ꝓ- Anima
fecto liquet, qa anima quæ amorẽ Chriſti in ſe & ante oculos ſuos fideliter & veraciter qñ ſedet
cõſtituit, iã corpus ſuũ ad ſeſſionẽ trahere nõ deſiſtit. Vnde cum nos primũ peccata odi-
entes deũ amare incipimus, tunc ꝓcul dubio niſi quaſi currendo illũ videmus, ac poſtea
guſtato

Pſal. 33 guſtato, quia ſuauis eſt dominus, ſtatim totum mundũ relinquimus, & ita ſpiritu Chri C
ſti ſuper mel dulci ad nos intrante, maiori delectatione illecti, quaſi ad videndum deum
ſtamus. Ad vltimum vero æterni amoris dulcore inflammati, ad canorum quoqꝫ iubi-
lum ſubleuati, quietem mentis & corporis inceſſanter cupimus, vt continuæ ſeſſioni in
ſiſtentes, perpetua viſiõe gaudeamus. Sane igitur hæc eſt perfectiſſima vita, ſanctiſſima
& angelis ſimilima, ſed & cœleſti ſuauitate pleniſſima, quàm puto inter mortales quem
piam poſſe comprehendere. Nimirum perpauci ad hanc pertingunt. In hoc autem ar-
dens & ꝑfectus amor Chriſti veriſſime cognoſcitur, ſi per totum diei noctiſqꝫ ſpacium
ſedere delectetur. Diuinus nanqꝫ amor illum compellit quieſcere, vt totus homo ſupnæ
Pſal. 83 dulcedinis repleatur iubilatione. Ideo ait pſalmiſta: Concupiſcit & deficit anima mea
in atria domini. Cor meum & caro mea exultauerunt in deum viuum. Non mireris igi
tur, ſi iugiter ſedere potuit, q̃ cœleſtium gaudiorum conſolamine tam ſuauiter inebria
tus fuit. Sedendo enim canit & iubilat ac ſuperni amoris ſuauitate crebro rapitur, & in
æternorum contemplatione ſtabilitus, mirabiliter iucundatur. Vnde de illo merito cla
Pſal. 29 mat propheta. [Quoniam rex ſperat in domino, & in miſericordia altiſſimi non com-
Roma. 8 mouebitur] Moueri non poteſt, qui in deo perfecte radicatus eſt. Inde alibi dicitur: Ego
autem dixi in abundantia mea, ſcilicet charitatis, non mouebor in æternum. Quia nimi
rum vnuſquiſqꝫ electus tanto ſtabilius ponitur, quanto quaſi in vero amore perfectius
radicatur. Non miror igitur, ſi pulſatus tentatione cito cecidit, qui in vera charitate dei
delectatus & ſuffultus non fuit. Vnde dicitur veriſſime de his qui ficte Chriſtum amãt:
Spuria vitulamina non dabunt radices altas, nec ſtabile firmamentum collocabunt. Et
ſi in ramis in tp̃e germinauerint, infirmiť poſita à vento cõmouebunť, & à nimietate ven
Sapi. 4 toꝝ eradicabunť. Et ne putet qs tantã eſſe bonitatẽ & mĩam dei in iuſtis & ſanctis, vt nõ
exerceať iuſtitia eius in malis: ecce deſcripta gloria bonoꝝ, ſtatim ad vindictã reprobo-
rum ſermonem ſuum vertit, dicens: [Inueniatur manus tua omnibus inimicis tuis, de-
xtera tua inueniat omnes qui te oderunt] Hæc eſt prophetia & condelectatio iuſti iudi-
cij dei. Non enim propheta iuſtus poteſt velle, ꝙ peccatores & luxurioſi viuãt diu in ini
quitatibus ſuis. Sed ſciẽdum eſt, q̃d ſunt inimici Chriſti. Et qui ſunt? Qui illum oderũt D
vtiqꝫ qui odiunt inimici ſunt: Et nequaquam aliquis habet inimicum, à quo non habet
odium. Inimici ergo ſunt falſi Chriſtiani, qui Chriſtum quem in baptiſmo ſuſceperũt,
Gala. 2 iam in cordibus ſuis occidere conantur. Alioquin non diceret Paulus: Viuit vero in me
Iaco. 2 Chriſtus. Illi ergo nõ habent Chriſtum viuum in ſe, ſed extinctum & mortuum in pec-
Roma. 6 catis ſuis, quia fides ſine operibus mortua eſt, & grauius peccant quàm Iudæi ipſum cru
cifigentes. Sed profecto Chriſtus reſurgens ex mortuis iam non moritur, quod enim
viuit, viuit deo. His nimirum mors & miſeria appropiat, quatinus dolor eorum & ini-
quitas ſuper capita ſua ſe conuertat. Inimicis nanqꝫ iudicium dei inuenietur, & æterna
punitio inueniet illos, quia in tormentis abſque termino morientur, & nunquam mori
Apoc. 9 poterunt, qui in peccatis ſuis deum offendendo ſemper viuere voluerunt. Nullus itaqꝫ
ſani capitis de impunitate præſumat, quoniam mortale delictum, quod in hac vita
non dimittitur, à manu Dei inuentum ſine fine in inferno punietur. Vnde & dum
mortales miſeri vanis præſentis vitæ curis dediti, iugiter terrenis lucris inhærere cupi-
unt, gaudia mundi quæ dilexerant amittentes, ad inferorum incendia quæ vitare vole-
bant, dolentes deſcendunt, vt quod iam ſequitur in eis impleatur. [Pones eos vt cliba-
num ignis in tempore vultus tui, dominus in ira ſua conturbabit eos, & deuorabit eos
ignis] Hæc eſt pœna inimicorum, hæc eſt vindicta odientium Chriſtum. Væ peccato-
ribus, væ peccare volentibus, quorum diuitiæ vertuntur in paupertatem, ſanitas in mor
bum, delitiæ in fœtorem, pulchritudo in deformitatem, dulcedo in amaritudinem, glo-
Pſal. 105. ria in ignem: & merito vtpote qui cantauerunt gloriam ſuam, in ſimilitudinem vituli
comedentis fœnum. [Pones eos vt clibanum ignis in tem-
pore vultus tui] O dira ſors peccatoris, cum ad iudicium venerit, in tota eius ſubſtan
tia intus & extra flamma ignis infernalis ſuccendetur, & æternis miſerijs deputatus,
in carcere tenebroſo perenniter includetur. Et iuſte, qui vt clibanus igne munda-
næ concupiſcentiæ, dum præſentibus interfuit diuitijs, exarſit, abſtractus prorſus ab
his quæ amauerat, ad quæ non timuit, decidens ſupplicia, in exuſtione ignis inex-
tin-



A tinguibilis ſemper ardens erit, vt æternæ mortis abſorptus voragine, multo amplius in
cruciatibus ſuis ſibi diſpliceat, quàm antea vnquam in peccatoꝝ ſuorum oblectamen-
tis ſibi placere potuerat. Gratulatur enim iniquus cum malefecerit, & cum conceptam Prou. 2
libidinis cupidinem ſe poſſe explere cognouerit, non modicum venenoſi ſerpentis hau
ſtu peruicaci tranſcęditur, vt ad mala perpetranda quæ voluerat, oblitis dei iudicijs, ar-
denti deſiderio deducatur. Sic vero dum præſtigiatoris callidi tentamẽtis aſſenſum tra-
dere non metuit, animã propriam in lacum miſeriæ, & in lutũ fecis ſponte demergit.
Hoc nempe malum eſt, imo peſſimum, quod cernimus, cum concupiſcentias & cogita
tiones noſtras ꝑuerſas, nec timore iudiciorum dei, nec dolore tormentoꝝ, refrenamus:
ſed dum delectatio coràm oculis noſtris corpalibus exponitur, ſententia æquiſſimi iu-
dicis à conſideratione cordis penitus occultatur. Sentientes ergo reprobi carnalium de
litiarum dulcedinem, longe ab omni ſpirituali gaudio repulſi, iam dira morte percuſſi
in terram, titubant: in voluptatibus ſuis terrenis ſolummodo inhærentes, nihil ſtultius
eſſe quàm innocenter & iuſte viuere putãt. Vnde & non ſine merito dominus in ira ſua
conturbabit eos, quem placatum habere nunquam deſiderauerunt. Et deuorabit eos i-
gnis, ſcilicet infernalis, quos prius ignis luxuriæ & cupiditatis deuorauerat. Tales vtiqꝫ
miſeri, quia cœleſtibus terrena præponere gaudent, cunctis bonis operibus ſuis pro ni-
hilo computatis, poſt mortem deſperabunt, vt teſtatur Sapiens: Qui amat, inquit, diuiti-
as, fructum non capiet ex eis, vnde & recte ſubditur: [Fructum eorum de terra perdes,
& ſemen eorum à filijs hominũ] Heu miſerabilis fructus, quo amiſſo inuenitur luctus
lugebit mundus, perdito quod diligit: cruciabitur iniquus, inuento, q̃d non putauit. Flo
rent mundani dilectores in iuuentute, dum carnali amori ac terrenæ cupidini ſe ex-
hibent: ſed quando fructum ferre præſumpſerint, florem & fructum totum amittent.
Flos mundi dulcis cernitur, ſed ne dulciter fructificet cito excidetur. O quàm fallax gra Proue. 31
tia, & vana eſt pulchritudo iſta. Quid eſt flos carnalis formæ, niſi vana veritas, & vera Eccle. 1
vanitas omne tranſitorium vere dicatur. Vanum ergo omnis mundi gloria eſt, vere va-
na & vane vera, oculos ſolicitãs & animam veneni poculo inebrians. Non recordamur
B quoniam puluis ſumus, homo ſicut fœnum dies eius, tanquàm flos agri ſic efflorebit. Pſal. 102
Florem fœni reſpice, & huiuſmodi hominis florem poteris inuenire. Quippe carnalis Iſaiæ. 40
homo, iam propter peccatum ſuum vanitati ſimilis factus eſt, & iumentis comparatus Pſal. 48
inſipientibus, & ideo fructus eius de terra, ſcilicet vitæ, perditur, & ſemen eius à filijs ho-
minum, videlicet bene viuentium damnabiliter diſſipatur. Et iuſte quidem. [Quoniam
declinauerunt in te mala, cogitauerunt conſilia quæ non potuerunt ſtabilire,] In te, id Rom. 13.
eſt, per te, quia non eſt poteſtas niſi à deo. Nempe & tyranni, peruerſi diuites, pauperum
oppreſſores, iniqui principes, & alij quàm plurimi ſeu prædones, quanquam aliena in-
iuſte, vnde proſperenť in carnalibus delitijs, & aduerſa mundi euitent, diripiunt: tamen
non niſi per deum, id eſt, per poteſtatem à deo traditam, quamuis voluntatem malam à
ſuis concupiſcentijs habeant, hæc adquirunt. Et ſi omnino contrarientur voluntati cõ-
ditoris, ipſe tamen ad aliorum perniciem, bona tẽporalia eis largitur. Peccatores igitur
& delicati, in deo mala declinant, quia nimirum per proſperitatem à deo datam, mun-
di aduerſitates tolerare toto corde, contradicunt. Videmus enim, quia omnes amatores
ſæculi, ſitim, famem, frigus, omnino in quantum poſſunt declinant: & ſi tentati fuerint,
non ſtant, ſed cadunt: Sic profecto patet, quia fugiunt & odiunt mala quę accelerant ad
cœlum, & diligunt mala & faciunt quæ ducunt ad infernum. O ſtultos mercatores &
inſenſatos, qui dum pœnitentiam cauendo ſe lucrari iactitant, ſeipſos pauperrimos &
miſerrimos, non ſolum omni bono ſpoliatos, verum etiam in malorum profundo de-
iectos, coràm ſummo iudice demonſtrant. Amatores denique Chriſti hoc diligunt,
quod odiunt dilectores mundi, nam aduerſa præſentis vitæ pro Chriſto etiam gaudent
ſuſcipere, ſed ſine dubio omnia mala, videlicet quæ ſunt vitia & animæ inquinatiua, in
Chriſto cupiunt declinare, id eſt, per amorem & adiutorium Chriſti peccata conſtan-
ter fugiunt, dum in alijs malis, ſ. fame, ſiti, frigore, nuditate, ſe ſed pro bono ſuo torqueri
cognoſcunt: quia ſi virtus in infirmitate ꝑficitur, nimiꝝ perfectus in virtute ab om̃i in-
firmitate liberatur. Male igitur mundani miſeri declinant malũ, q̃a dũ ſe putãt malum 2. Cor. 12.
euadere, mala infernoꝝ non ceſſant penetrare. Cauſa ſubiungiť. ¶ Q̃m cogitauerunt
conſilia

Iſal.14 conſilia quæ non potuerunt ſtabilire.] Superbus nanq; in ſuperbia ſua ſtabiliri non po C
terit, quia Lucifer in cœlo ſuperbiēs, ſubito in profundum inferni deiectus fuit. Nec di-
1.Pet. 4 ues in diuitijs ſuis ſtabilimentum percipiet, ſed ipſo diræ vulnere mortis percuſſo, tota
Amatores mūdi attendāt. gloria domus eius velut fumus euaneſcet. Neq; vero carnalis amator voluptatibus car-
nis ſeruiens, ſtabili curſu valebit ludere, quia caro deficiet, deformitas ſupueniet, mors
im miſericors rapiet: vt cogatur peccator deinceps gemere, amplius nō exultare. Sic ni-
Pſal.1 mirum [Cogitant conſilia quæ non potuerunt ſtabilire.] Quoniam non ſtabunt conſi
lia impiorum, ſed peribunt, potius in iudicio regis ſæculoꝝ. Quod notatur in hoc quod
ſequitur. [Quoniam pones eos dorſum] Raro reminiſcitur illud, q̃d poſt tergum poni
Matt. 25. tur. Ideoq; deus inimicos ſuos dorſum ponet, quia damnatos in dolore perpetui ignis
Iſaiæ. 34 detruſos, clementia pietatis ſuæ ſinè fine reſpicere non intendet. Et quaſi poſt dorſum
poſiti & penitus obliti, ſolatium nō ſentient, & ac ſi eſſent ſemper ante faciem vindican-
tis, damnati dolebunt. [In reliquijs tuis præparabis vultum eorum] id eſt, corpora eo-
rum cum animabus ſuis cruciabuntur cum dæmonibus, impleta in eis ſententia irreuo-
Matt. 25. cabili, qua dicitur: Ite maledicti in ignem æternum, qui præparatus eſt diabolo & ange
Apoc. 18 lis eius. Quot in mundo habuerunt oblectamenta illicita, tot in inferno tormenta habe
bunt ſempiterna. Hinc aperte oſtenditur, ꝙ inter dęmones torquebūtur mali homines.
Nimirum & inter choros angelorum gaudebunt conſortia ſanctorum. Quorum glo-
riam & exultationem ſicut in principio propheta poſuit, ita & in fine cōfirmans, dicit:
[Exaltare domine in virtute tua, cantabimus & pſallemus virtutes tuas] Quaſi diceret:
Oſtende te exaltatum in ſanctis tuis, quos in virtute tua ſupra terrena quæq; conſcen-
Philip. 3. dere feciſti. Quia profecto dum amore inuiſibilis gloriæ diuinitus rapimur,
magnalia virtutum dei cantare & pſallere medullitus delectamur.
*Et hoc in præſenti per gratiam, & in futuro per gloriam,*
*vt ipſum amemus, ipſum laudemus, & in ipſo*
*gloriemur in ſæcula ſæculorum,*
A M E N. D

¶Enarrationis in Pſalmum XX.
F I N I S.



# A D. RICHARDI PAMPOLITANI EREMITAE DE EMENDATIONE peccatoris, opuſculum perquàm vetuſtum ac eruditum.

NE tardes conuerti ad dominum, & ne differas de die in
diem. Nam ſubito rapit miſeros inclemētia mortis in- Ecci. 5.
opinatæ, & deuorat acerbitas pœnaꝝ. Nec à nobis nu
merari poſſunt, quot mundanos præſumptio decepit.
Magnum enim peccatum eſt, in dei miſericordia cōfi-
dere, & à peccato non ceſſare: æſtimando tantam eſſe
dei miſericordiam, vt nec iuſtam peccatoribus velit in-
ferre pœnam. Ergo dū dies eſt, operamini: venit nox, Iohan. 9
quando nemo poterit operari. Lucem vel præſentem Gala. 6
diem vocat vitam, in qua à bonis operibus ceſſare nun
quam debemus: ſcientes quod mors nobis incerta eſt. Iob. 32.
Noctem mortem appellat, in qua ligantur membra, Matt. 13.
priuantur ſenſus, & iam aliquid ſalutiferum operari non poſſumus, ſed ſecundum ope- Matt. 24
ra noſtra gaudium recepturi ſumus, vel tormentū. In puncto viuimus: imò minus pun Iohan. 9. Marc. 16.
cto, quia ſi totum tempus noſtrum æternitati comparetur, nihil eſt. Quomodo nō ſine 2. Cor. 5.
grauiſſima damnatione vitam noſtram in amore vanitatum conſumimus, & tota die Matt. 20.
ocioſi ſtamus? Conuerte ergo nos domine negligentes & impœnitentes, & conuerte- Ierem. 31
mur ad te. Sana nos domine, & ſanabimur. Multi enim ſanantur, ſed corrumpunt vul- Ierem. 17
nera eoꝝ, & putreſcunt: quia hodie ad deum conuerſi, cras autem à deo ſunt auerſi: ho-
die pœnitentes, cras ad priſtina mala redeuntes. De talibus dictum eſt: Curauimus Ba- Ierem. 51.
bylonem, & non eſt ſanata: quia ad Chriſtum non eſt vere conuerſa. Quid enim eſt cō Cōuerſio ad deū q̃ fiat.
uerſio ad deum niſi auerſio à mundo, à peccato, à diabolo, & à carne? Quid eſt auerſio à
deo, niſi conuerſio ad bonum commutabile, ad delectabilem ſpeciem creaturarum, ad
B opera diaboli, ad voluptates carnis & mundi? Non enim inceſſu pedum ad deum con-
uertimur, ſed mutatione affectuum & morum. Conuerſio itaq; fit ad deum, dum aciem
mentis noſtræ in Chriſtum dirigimus, & eius conſilia atq; mandata inceſſanter cogi-
tamus, vt à nobis impleantur: & vbicūq; fuerimus, perrexerimus, vel ſederimus, timor Proue. 28
dei à corde noſtro nō recedat. Non loquor de timore qui pœnam habet, ſed de illo qui Ecci. 27
eſt in charitate, quo reuerentiam exhibemus præſentiæ tantæ maieſtatis, & ſemper ti- 1. Iohā. 4.
memus ne Chriſtum in modico offendamus. Sic quidem diſpoſiti ad deum recte con-
uertimur, à mundo quia auertimur. Auerti autem à mūdo nihil aliud eſt, quàm omnes
delectationes poſtponere & amaritudines eius pro Chriſto libēter ſuſtinere, & dare ob
liuioni omnes occupatiōes inutiles & negotia ſęcularia: quatinus animus noſter in to
to ad deum conuerſus, ad omnia quę in mundo ſunt, amanda vel quærenda medullitus
moriatur. Extenſus ergo & dilatatus ad ſupna deſideranda, deum ante oculos ſuos ſem
per habeat, quaſi ipſum indefeſſe intueatur. Sicut ſanctiſſimus pſalmiſta ait & teſtatur
ſe feciſſe, cum diceret: Prouidebam deum in conſpectu meo ſemper. Non ad horam: ſi- Pſal. 15
cut illi faciunt, qui omne pulchrum & amabile terrenum ante oculos cordis ponunt, q̃d
contemplantur, in quo delectantur & frui concupiſcunt. Et iteꝝ Pſalmiſta ait: Oculi Pſal. 24
mei ſemp ad dominum, quoniam ipſe euellet de laqueo pedes meos. Patet profecto ex
his verbis, quod niſi oculos interiores ad Chriſtum infatigabiliter erexerimus, laqueos
tentationis non euademus. Ne quidem oculus cordis in deo figat, & ad dominum pfe- Cordis oculū q̃ obnubilant.
cte conuertatur, multa ſunt impedimenta: ex quibus aliqua ponamus. Abundantia di-
uitiaꝝ, blandimenta mulieꝝ, forma ſiue pulchritudo iuuentutis. Hic eſt triplex funicu-
lus qui difficile rumpitur, & rūpendus tamen eſt et pro nihilo habendus, vt Chriſtus a- Eccēs. 4.
met. Qui enim Chriſtum amare vere deſiderat, non ſolum ſine triſtitia, ſed etiam cum
immēſo gaudio omnia quæ eum impedire poterunt abijciet, & nec patri aut matri, nec Matth. 10
ſibi ipſi in hac cauſa parcit. Non accipit vultum alicuius, violentiam om̄ibus infert, ob
ſtacula cunctoꝝ frangit. Paꝝ ſibi videt quicquid facere poteſt vt deum amet. Volat à vi
tijs quaſi ebrius, ad ea quę ſunt ſæculi ſolatia non reſpicit: imo in deum ſe totū dirigens,

pene exteriores ſenſus amittit,totus intus colligitur, totus in Chriſtum eleuatur,vt cũ C
videntes illũ contriſtratũ putant,vehementer gaudeat. ¶Sunt pleriq;,qui dicunt ſe vel-
le ad deum cõuerti:ſed nondum hoc ſe poſſe implere aſſerunt, quia ꝑ has vel illas occu-
pationes detinentur:quorum frigidã mentem dolendo reprehendimus. Quia ſine du-
bio,ſi minima ſtilla amoris Chriſti eſſent tacti,ſtatim omnimoda ſolicitudine quęrerẽt
qua via ad ſeruitiũ dei ꝑuenirent,nec ab inquirẽdo deſinerẽt donec inuenirent. Excuſa-
tionẽ ſæpe prætendũt,quæ magis eos accuſat. Nã ſunt nõnulli,q excuſationes ſæpe ꝑtẽ-
dunt quæ eos magis accuſant. Nã multos diuitiæ retrahunt,blandimẽta mulierꝝ fallũt:
& qui diu bene fecerunt,aliquãdo ꝑ illas in foueam peſſimã demergunt. Quia pulchri-
tudo cito amatur:& dum ſe amatã ſentit,facile allicit,allecta ꝓcipitatur,& peior poſt cõ-
uerſionẽ fit quã antea fuit. Tunc fama denigratur,& q laudabilis prius fuerat,à cunctis
deſpicit & abominabilis reputatur. Vidi enim virũ de quo dixerunt,quod ꝑ quindecim
annos mirabili rigore corpus ſuum ꝑdomuerit,& poſtea lapſus eſt in pctm̃ cum coniu-
ge ſeruientis ſibi,à qua nõ potuit ſeparari vſq; ad mortẽ. Serui vero in morte eius dixe-
runt,q̊d ſacerdotibus ad ſe venientibus maledixit,& ſacramẽta recipere recuſauit. ¶De-
Pſal. 118. bent ergo neophyti.i.nouiter conuerſi,occaſiones peccandi fugere,verba & facta ac vi-
ſiones ad malũ excitãtia tota intẽtione vitare. Quo enim res eſt magis illicita,eo erit am-
plius deſerenda. Inſurgit em̃ diabolus vehemẽter cõtra illos,q̊s videt à ſe auerti,& ad deũ
cõuerti,& carnis ac mundi deſideria accendere nõ deſinit,ante actas delectationes anio
ingerit,deſolationẽ pœnitentis ꝓponit,& innumerabilia fantaſmata cogitationũ varia-
rum & affectionũ mentaliũ excitat,q̃ prius erant ſopita. Inter hæc pœnitẽs ſe exerceat vi-
1.Pet.5 Ephe.6 Iaco.4 riliter,arma ſpiritualia aſſumat,diabolo & omnibus ſuggeſtionibus ſuis cõſtanter reſi-
ſtat,carnalia deſideria extĩguat,ſemꝑ ſuſpiret ad amorem dei. Contẽptus mũdi à ſe nõ
recedat,de quo nunc agendum eſt.

¶De contemptu mundi. Cap.II.

CONtemnere mundũ,eſt cuncta tẽporalia & tranſitoria ſine amore illorꝝ per hanc
vitam tranſire,in terris nihil ꝑter deum quærere,de oĩbus vanis gaudijs & ſolatijs
Mũdus q̃uo contemnitur non curare,vix neceſſaria acciperet & ſi aliquãdo deſint,lætãter ferre. Iſte eſt mundi cõ- D
temptus. Hunc habere ſi non vis,nõ poteris eſſe ꝑfectus. Sic mũdus cõtemnitur,nõ ama-
tur. Om̃e enim q̊d amamus,honoramus. Turpe itaq; eſt honorare ſtercora,q̊d eſt ama-
re terrena. Hinc eſt,quod diuites auari viliſſimis fœtoribus ſe ſeruos conſtituunt,& gau-
dent ſe dici dños virorum. Quod homo homini dominatur,nõ naturæ ſed fortunæ eſt:
quod homo vitijs ſubdit,peruerſę voluntatis. Aufer ergo malam voluntatẽ,& eris liber
à diabolo & à pctõ,effectus ſeruus iuſtitiæ,quæ te docet mundana non amare. Contra-
ria em̃ ſunt cupiditas mundi,& amor dei,nec in eodem ſimul ſubiecto requieſcunt: ita
Matt.6. coanguſtatum eſt enim ſtratum,vt alterum decidat. Quanto ergo ꝓfundius cupiditatẽ
expuleris,tanto magis diuinum amorẽ guſtabis:quanto maior cupiditas, tanto minor
charitas. ¶O miſera anima quid in mundo quæris,vbi oĩa tranſitoria & deceptoria cer-
nis? ea te citius decipiunt,quæ tibi magis blandiuntur. Cur de rebus mortalibus ſatagis,
cur res perituras tanto affectu cupis? Nonne vides quod citius pereunt, q̃ adquiruntur?
Iſaiæ.40. Sed ſcio,vbi habitas vbi ſedes eſt ſatanæ,q oculos tuos cæcauit & ꝑ præſtigia ſua tibi il-
Ecci.14 ludit,vt cuperes fugienda, amares odibilia, ꝑmanentia cõtemneres & euaneſcentibus
Apoc.2 adhęreres:& ſic te fundas ſuper fallibile fundamentũ,cũ te ſtare putaueris cades in ignẽ.
Habitantes in abundãtia tꝑali,ꝑ q̃cunq; amãt,decipiũtur,ꝑ diuitias,ꝑ dignitatẽ,ꝑ volu-
ptatẽ,ꝑ poteſtatẽ,per honorẽ:hæc eos alligãt in pctis, hæc eos conſtringũt in culpis,his
vinciuntur delectatioĩbus, nec ſoluunt niſi per mortẽ (Sed tunc nimis tarda ſolutio,qñ
non reſtat niſi æterna damnatio) hæc impediunt eos à contẽptu mundi,à cognitiõe ſui,
ab amore dei,ab appetitu cœleſtis regni. Nemo q̃ppe ſaluari poterit, niſi mundũ & oĩa
q̃ in eo ſunt,amare deſierit. Deſiſtat ergo dũ calor eſt in corꝑe,& pulchra adhuc ætas iu-
uẽtutis reſtat. ¶Quid em̃ delectabit illũ,q ad amãdũ Chr̃m ſe diſponit? Iuuẽtutẽ ſuã cal-
1.Iohã.2. Pſal.58 cabit,fortitudinẽ ſuã ad deũ cuſtodiet,diuitias ꝓ nihilo ducet,q̊d fallax gr̃a & vana pul-
Sapi.7. chritudo eſt,aduertet. Quid ꝑ ſingula diſcurrã? ꝑfecte cõtẽnet oĩa,q̃ in hoc mũdo trãſe-
Prou.31. unt vt vmbra. ¶O carnalis amator,q̃d in carne repis,q̃a in ea ſic delectaris? Placet tibi
Iob.9 forma,vel forte ſi in pelle gl̃iaris:q̃d ſub pelle lateat,cur nõ attẽdis? Aut veſtis,q̃a pulchri-
Sapi.5.b. 1.Cor.6 tudo carnis ẽ velamẽ turpidis,fomes corruptiõis,& ſępe cã ꝑditiõis. Sufficiat tibi ergo
cętis deſpectis amare deũ,laudare deũ,eẽ cũ deo,ĩ deo gaudere,& nõ recedere à deo,ſed
illi inex-



A illi inextinguibili deſiderio adhærere. ¶Ad contemptum mundi ipſe mundus nos com- Iob.14.
pellit tot miſerijs plenus,in quo eſt malitia ꝑſeuerans,perſecutio conquaſſans,inuidia ta-
beſcens,detractio corrodens,falſæ impoſitiones criminum,amaritudo ſcandalorꝝ, vbi 1.Iohã.2
omnia cõfuſa,om̃ia inordinata,vbi nec iuſtitia diligitur,nec veritas approbatur:vbi eſt
fidelitas infidelis,& crudelis amicitia,quæ in proſperitate ſtetit,& in aduerſitate defecit.
¶Et alia ſunt,quæ mouere nos poſſunt ad cõtemptũ mundi,videlicet mutabilitas tem-
poris,breuitas vitæ præſentis,certa mortis expectatio,incertus eius euẽtus, ſtabilitas æ-
ternitatis,vanitas rerum præſentium,veritas futurorum gaudiorꝝ. Elige quod vis: Si di-
ligis mundum,peribis cum mundo:ſi Chriſtum amaueris,regnabis cum illo.

¶De paupertate. Cap.III.

SI vis perfectus eſſe,vade & vende omnia quæ habes,& da pauperibus & veni,ſeque- Lucæ.18.
re me. In deſerendo quæ mundi ſunt & imitando quæ Chriſti ſunt,indicat eſſe per- Matt.19. Marc.10.
fectionem. Non enim omnes qui bona ſua derelinquũt,Chriſtum ſequuntur. Nam nõ-
nulli poſt deſertionem bonorꝝ ſuorum peiores ſunt,quàm ante fuerunt. Tunc enim de-
ſeruiunt detractioni,proximorꝝ ſuorum bonam famam auferre non ꝑtimeſcunt ac in-
uidia tabeſcunt,malitia frendent,alijs ſe ꝓ̃ponunt,ſtatum ſuum laudant,quoſlibet alios
aut vituperant aut contemnunt. Quomodo putas diabolus talibus illuſit, qui nec mun-
dum habent nec deum,quos per diuerſa deliramenta deducit ad æterna tormẽta. ¶Tu
vero intelligens quæ dicta ſunt,per aliam viam accipias pauꝑtatem. Cum dicit vade &
vẽde,nota immutationẽ affectuum & cogitationum, vt qui prius ſuperbus fuerat,iam Matt.19.
humilis deueniat,iracũdus mitis,inuidus charitatiuus,cupidus largus diſcrete, & ſi mũ-
dus & purus extiterit,non ſolum ab om̃i malo imo ab omni ſpecie mali ſe abſtinere cõ- 1.Theſ.5.
tendat. Si autem in aliquo per potum & cibum exceſſerit,deinceps ꝑ ieiunium emen-
det. Qui enim mundum nimis amauerat,iam ad amorem Chriſti ſe totum colligat. O-
mnes diſperſiones cordis in vno deſiderio ponat æternorꝝ. Sic nimirum fructuoſa erit il-
la voluntaria paupertas & anguſtia,quam ꝓpter deum patitur,corona glorioſa. Beati Matt.5
enim pauꝑes ſpiritu,quoniam ipſorꝝ eſt regnum cœlorum. Quid enim eſt paupertas,ni- Luc.6
B ſi humilitas mẽtis & ſpiritus cõtra ſuam infirmitatem qua ſe cognoſcit homo,vidẽs nõ
poſſe ad ſtabilitatem ꝑtingere,niſi per gratiam dei. Cuncta ergo quæ impedire poſſunt
ab illa gratia percipienda,deſerat,& in ſolo conditoris gaudio deſiderium ponat. Et ſi-
cut ex vna radice multi rami oriuntur:ſic ex voluntaria pauꝑtate hoc modo aſſumpta,
virtutes & boni mores inæſtimabiles procedunt. Nõ ſicut quidam qui mutant tunicam
& non animam:imo & qui diuitias videntur deſerere,& innumerabilia vitia nõ ceſſant
cõgregare. ¶Quid enim peius eſt paupere ſuperbo? Quid enim execrabilius mendico
inuido? Tu vero ſi om̃ia ꝓpter deũ deſeris,vide magis quid contẽnas, q̃ quid relinquas.
Vide diligenter,quomodo Chriſtum imiteris in moribus dicentem: Diſcite à me, quia Ecci.25
mitis ſum & humilis corde. Non dixit: Diſcite à me,quia pauꝑ ſum. Non enim pauper- Matt.11.
tas ꝑ ſe virtus eſt,ſed magis miſeria:nec propter ſe laudabilis eſt,ſed quia eſt inſtrumẽ-
tum virtutis & ad beatitudinem iuuat adquirendã,& facit vitare multas occaſiones pec-
candi:& ideo laudabilis & optabilis,facit enim hominem non honorari, quamuis vir-
tuoſus ſit,ſed deſpici & confundi & abijci inter ſeculi amatores. Quæ omnia ſuſtinere Matt.8
pro Chriſto,meritorium eſt. Propter hoc Chriſtus ad exemplum noſtrum pauperẽ vi-
tam duxit in via,quia ſciuit illos qui diuitijs & delitijs abundant,difficile intraturos in re-
gnum cœlorum:vnde vt auidius & feruentius paupertatem homines amplecterentur,
ſummum honorem his qui ꝓpter deum omnia reliquerunt & eum ſequi vellent,ꝓmiſit Matt.19. Luc.18
iudiciariam,videlicet poteſtatem dicens: Vos qui reliquiſtis omnia,&c. Qui vero paup- Matt.10.
tatem habent ſpontaneam,& carent humilitate & manſuetudine,quam ipſe docet, mi- Matt.19
ſerabiliores ſunt his qui omnibus diuitijs abundant:nec accipient in iudicio ſedem apo- 1.Cor.15
ſtolicæ dignitatis,ſed induentur diploide confuſionis,quæ eſt damnatio corꝑis & ani- Pſal.108.
mæ. Qui autem humilitate & manſuetudine pollent, quamuis multas diuitias poſſide- Matt.19.
ant:tamen ad dexterã Chriſti ſtatuentur in iuditio. Dicunt enim quidã: Om̃ia relinque-
re nõ poſſumus,infirmi ſumus,neceſſaria nobis oportet retinere vñ viuamus:& hoc eſt
licitũ. Sed minus valẽt,q̃a anguſtã paupertatẽ & miſeriam ſuſtinere pro deo nõ audẽt:
poſſunt tamen ad culmen virtutũ per gratiam dei attingere & ad cõtemplationẽ ſuper-
norum ſe leuare,ſi occupationes & negotia ſęcularia deſerãt,& ad orandũ & meditandũ

 indefeſſe

indefeſſe aſſurgant, atq; ea quæ habent non amãdo poſſideant & poſſidendo relinquãt. C
Attendant ergo iugiter quod ſuperflua adquirere, vilis ſuperbiæ & cupiditatis eſt: ne-
ceſſaria retinere, infirmitatis eſt: omnia vero relinquere perfectionis eſt. Dum ergo con
ſiderant altiora quæ non attingunt, de minoribus non præſumant: ſed humilibus con-
Rom. 12. ſentiant, vt ad inſtitutionẽ vitæ ſic aſcendere mereantur, de qua conſequenter ſequitur.

## ¶ De inſtitutione vitæ. Cap. IIII.

Sapien. 1. VT homo ad honorem dei, ad cõmodum ſuum, & ad vtilitatem proximi recte diri
gatur, quatuor occurrunt dicenda. Primo quæ ſint quæ coinquinant hominem: &
ſunt tria peccata vel tria genera peccatorum, ſcilicet peccata cogitatiõis, oris & operis.
Sapi. 1. ¶ Cogitatione peccat quis, quãdo aliquid contra deum cogitat. Si cor ſuum non occu
Leui. 19. pet laude & amore dei. Si illud diuerſis cogitationibus abſtrahi & mundo vagari per-
Rom. 1. d mittat. ¶ Ore peccat quis multis modis. Quando mentitur, quando periurat, quando de
Ephe. 5 trahit, quando errorem q̃uis ignorãs defendit, qñ ſtultiloqa aut turpiloqa aut vana & o-
cioſa profert. ¶ Opere peccat quis multis modis luxuriando, lubrice tangendo, oſcu-
lando, voluntarie ſe polluendo vel procurando vel ſuſtinendo, vel ſine maxima neceſſi-
tate qua ſe credit poſſe perire, furando, vel percutiendo & alijs modis conſimilibus.
¶ Secundo q̃ ſunt quæ mundificant hominẽ, & ſunt tria, ſcilicet contritio cogitationis,
Ecci. 34 expulſio omnis affectionis quæ non pertinet ad laudem & honorem dei & amorẽ eius.
Tobi. 4 Confeſſio oris, quæ debet eſſe tẽpeſtiua nuda & integra. Satiſfactio opis, quæ habet tres
partes. ſ. ieiuniũ quia peccat contra ſeipſum, orationem quia peccat contra deum, elee-
moſynam quia peccat cõtra proximũ. Non tamẽ dico quod de bonis alienis faciat elee-
moſynam, ſed reſtituat, quia non dimittitur peccatum niſi reſtituatur ablatum. ¶ Ter-
tio quæ ſunt quæ munditiam cordis ſeruant, & ſunt tria. ſ. vigil dei meditatio, vt nullũ
tẽpus ſit in quo de deo non cogitet, excepto ſomno qui eſt omnibus cõmunis. Solicitu-
do cuſtodiæ ſenſuum exteriorũ, vt guſtus & olfactus, auditus, viſio, tactus, ſub freno di- D
ſciplinæ ſapienter arceantur, & honeſta occupatio, vt legendo, aut aliquid de deo loquẽ
do, aut ſcribendo aut aliquid vtile agendo. ¶ Similiter quæ obſeruant mũditiam oris,
ſcilicet loquendi præmeditatio, cauere multiloquia, mendacij deteſtatio. ¶ Item mun
ditiã operis tria cõſeruant. ſ. alimentorũ moderatio, prauæ ſocietatis declinatio, & iugis
mortis meditatio. Quarto quæ ad conformitatẽ diuinæ volũtatis nos illiciunt, & ſunt
Pſal. 1. tria. ſ. creaturaꝝ exemplaritas, quæ attẽditur per conſiderationem: dei familiaritas, quę
Ieremi. 17 attenditur per orationem & meditationẽ. Et regni cœleſtis iucunditas, quæ admodũ
ſentitur per contemplationẽ. ¶ Itaq; in hunc modum ad viuẽdum vir dei inſtitutus, erit
tanq̃ lignum quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarũ. i. fluentiam grarum, vt ſemper
vireſcat in virtute & nunquam areſcat vitij ariditate, q fructum in bona terra. i. bona o-
pera in exemplũ, & bona data in ſubſidium dabit ad honorem dei, non vendendo p ina
ni gloria in tẽpore ſuo, contra ſingulares qui dant exempla ieiunandi quando eſt tẽpus
comedendi & econtra, & contra auaros qui dant fructus, qui aut putridi ſunt, aut diffe-
runt vſq; ad mortem. Prouide ergo ille orauit qui dixit: Bonitatẽ & diſciplinam & ſcien
tiã doce me. Quid eñ eſt diſciplina niſi morum inſtitutio vel correctio? Primo ergo p
Pſal. 118. i diſciplinam in rectitudine inſtruimur & à malo corrigimur, deide cognoſcimus & ſci-
mus, quid agere & quid euitare debemus. Tandem ſapimus non carnalia & terrena, ſed
Col. 3 cœleſtia & diuina. ¶ Cumq; quis toto niſu ad voluntatẽ conditoris ſe direxerit atq; in
virtutibus ſuccreuerit, alioſq; forte qui eũ præceſſerunt in conſtantia viuendi & deſide-
rio Chriſti ſuperauerit: non debet inde gloriari & ſibi quicquam attribuere, vel ſe alijs e-
1. Cor. 10. tiam qui praui videntur ſuperiorẽ æſtimare, imo ſe adhuc miſerrimũ & viliſſimum re-
Luc. 17. putare, neminẽ niſi ſeipſum iudicet, omnes ſibi interponat, cupiat ab oĩbus nõ ſanctum
Luc. 6. prædicari, ſed deſpicabilem: cum venerit inter homines procuret quod ſit vltimus, imo
& minimus opinione omnium æſtimetur. Quia quanto maior es humilia te in omni-
Lucæ. 14 bus, & tunc coram deo inuenies gratiam, ſcilicet exaltationis quia magna eſt potentia
Pro. 25. a. dei & ab humilibus honoratur. Ergo à ſuperbis contemnitur, qui ſuam gloriam quęrũt
Ecci. 3. non dei. ¶ Si autem, quod abſit, in fauore populi glorieris & honorem tibi pro fa-
ma in



A ma in vita oblatum à plebe cum gaudio aſſumpſeris, ſcito te hic recepiſſe mercedem, & Matt. 22.
quamuis mirabilis pœnitentiæ & cõtinentiæ videaris, dum tamen magis gaudes in glo Lucæ. 18.
ria hominum quàm angeloꝝ, in futuro nihil tibi reſtat niſi tormentum. ¶ Debes er-
go teipſum pfecte deſpicere, & omnem mundi gloriam penitus declinare, nihil niſi in- 1. Cor. 10
tuitu diuini amoris vel cogitare vel agere, vt tota vita tua intus & extra laudem dei cla- Colo. 3
met. In cibo & potu ſis parcus & diſcretus. Nihil enim recipiendum eſt pro tempore, ni- De cibo
ſi quod cum gratiarum actione percipitur. ¶ Dum comedis aut bibis, memoria dei tui & potu
qui te paſcit à mente nunquam recedat, imo laudes ac benedicas & glorifices illum in Inſtru-
omni morſello, vt magis ſit cor tuum in laudem dei, quàm ad cibum tuum attendas: vt ctio ad-
nulla hora ſit mens tua à deo ſeparata, ſic enim faciens coram Chriſto Ieſu ineffabilem modum
coronam promereberis, & tentationes dæmonum quæ maxime in cibo & potu homi- pia.
nibus inſidiantur, & eos decipiunt, effugabis. Aut enim incautos per immoderatam aſ- Luc. 21
ſumptionem alimentorum ab arce virtutum deijciunt, aut per nimiam abſtinẽtiam in Rom. 13.
ipſa virtute frangunt. Multi eñ ſunt q in edendo ſp fluctuant, vt aut minus aut magis Crapula
continue ſumant & formam viuendi nunquam teneant, dum nec hoc nec illud melius homini
putant. Aeſtimant enim inſipientes & indocti qui dulcedinẽ diuini amoris nunquam nociua
experti ſunt, quod indiſcreta abſtinentia ſit ſanctitas, nec putant ſe apud deum magni Abſtinen
meriti, niſi per magnum & quaſi per iniuſtam abſtinentiam ſingulares hominibus in- tia quidã
noteſcant. Sed vere abſtinentia per ſe non eſt ſanctitas, ſed ſi ſit diſcreta, adiuuat vt quis viderivo
ſanctus ſit. Si indiſcreta, impedit ne ſanctus ſit, quia diſciplinam ſic deſtruit, ſine q̃ virtu lunt ſin-
tes in vitia vertuntur. ¶ Si quis velit abſtinẽtiam ſingularem aſſumere, debet viſus ho gulares
minum & laudes vitare, ne quaſi pro nihilo ſuperbiat, & totum amittat, homines eñ ſæ Rom. 12.
pe iudicant illos ſanctiores in veritate, quos vident abſtinentiores, cum inferiores ſæpe
in veritate exiſtant. Qui vero ſuauitatem æterni amoris veraciter guſtauerit, nunquam
in abſtinentia quenquam præcellere iudicabit, imo tanto apud ſe inferior æſtimatur,
quanto apud homines in abſtinentia mirabilior videtur. Optimum enim eſt & deo pla
cens arbitror, vt quis ſe conformet in cibo & in potu, pro loco & tempore, & honeſtate,
B eis cum quibus cõuerſatur, ne ſit ſuperſtitioſus aut religionis ſimulator appareat. Sciat
enim ſine dubio, quod ſi vnus vel duo de eo bene ſentiant, cæteri hypocritam & ſimula
torem appellant. Sed quidam ſunt inanis glorię cupidi, q nullo mõ adquieſcũt inter ho
amandum deum te præparas:ſi vis nec decipi nec decipere,ſi vis ſapere & non deſipere,
ſi vis ſtare & non cadere:hoc nomē Ieſu in mēoria iugiter memento tenere. Memento,
hoſtis cadet,tu ſtabis:hoſtis debilitabitur,tu fortificaberis. Et ſi hoc fideliter facere vo-
lueris,proculdubio glorioſus & laudabilis victor eris. ¶Quære ergo nomen Ieſu,te-
ne illud,& ne obliuiſcaris illius. Nihil enim ita ſæuas extinguit flammas, cogitationes
deſtruit,malas affectiones extirpat,occupationes venenoſas,curioſas, & vanas à nobis
alienat.Hoc nomen Ieſu fideliter in mente retentum,vitia eradicat,virtutes plantat,cha-
ritatem inſerit, ſaporem cœleſtium infundit,diſcordiam vaſtat,pacem reformat, quie-
tem internam exhibet,carnalium deſideriorum moleſtiam prorſus delet,omnia autem
Pſal.5. terrena in faſtidium vertit,amātem ſpirituali gaudio replet,vt merito dicatur:Et gloria-
buntur in te omnes qui diligunt nomen tuum,quoniam tu benedices iuſto.Inde igitur
iuſtus benedici meruit,vnde nomen Ieſu veraciter amauit. Sed & ideo iuſtus dicitur,
quia Ieſum fideliter diligere conatur. ¶Quid ergo illi poteſt deficere, qui nomen Ie-
ſu inceſſanter cupit amare? Amat autem & amare deſiderat, quia tali modo amorem D
dei conſiſtere agnouimus,quod quanto plus amauerimus,tāto plus amore inardemus,
Eccl.24 dicitur enim:Qui edunt me,adhuc eſurient:& qui bibunt me,adhuc ſitient. Ergo per ſe
delectabile & deſiderabile eſt nomen Ieſu.¶Non igitur illi gaudium deerit,qui illum in
1.Pet.1 Matt.18. quem angeli deſiderant proſpicere,iugiter amare cupit. Angeli ſemper vident & ſem-
per videre deſiderant,quia ſic ſatiantur,vt deſiderent:& ſic deſiderant,& deſiderium nō
tollat ſatietatem: hoc eſt gaudium plenum, hoc gaudium conſummatum,hoc gaudi-
um glorioſum,quo ſatiati ſine faſtidio perfruemur pereniter,quo perfruentes ſine faſti-
Pſal.5 dio ſatiabimur ſempiterne. ¶Gloriabuntur omnes qui diligunt nomen tuum,vtiq;
gloriabuntur in præſenti per gratiæ infuſionem,in futuro per gloriæ viſionem:& ideo
gloriabuntur, quia diligunt nomen tuum.Profecto ſi non diligerent,etiam gloriari ne-
quirent.Et qui plus diligunt plus gaudebunt. Ex dilectione namq; procedit gloria,er-
go qui non diligit,expers gloriæ æternaliter erit, hinc multi mundanorum miſeri pu-
1.Cor.13 tantes ſe cum Chriſto gaudere,quia nomen Ieſu non diligunt,dolebunt ſine fine.
¶Quicquid egeritis & ſi omnia quæ habetis egenis dederitis,niſi nomen Ieſu dilexeri-
Matt.15 tis,fruſtra laboratis. Ideo ſoli tales lætari in Ieſu poterunt, qui in hac præſenti vita illū
Apoc.21 amauerunt.Qui autem ſe venenoſis vitijs & delectationibus inquinant, nulli dubium
quin à gloria dei expulſi ſint. ¶Cognoſcant vtiq; vniuerſi,quia nomen Ieſu ſaluti-
ferum eſt,fructuoſum,& glorioſum. Quis ergo habebit ſalutem,qui non amat illam?
aut quis coram deo portabit fructum,qui non habuerit florem? Ergo gloriam non ha-
bebit,qui nomen Ieſu glorificatus non dilexerit. Vnde dicitur: Tollatur impius,ne vi-
Iſaiæ.26. deat gloriam dei. ¶Iuſti quidem gloriam & vitam quærunt & inueniunt illam in Ie-
Ieſus non vbiq; in- ſu,quem dilexerunt.Circuiui per diuitiarum cupiditatem,& non inueni Ieſum.Cucur-
uenitur ri per carnis laſciuiam, & nō inueni Ieſum.Ambulaui per delitiarum voraginem,& nō
inueni Ieſum.Sedi cum multitudine gaudentium,& non inueni Ieſum.In omnibus his
quæſiui Ieſum,& non inueni illum,quia innotuit mihi per ſuam gratiam, quod non in-
Lucæ.2 uenitur in terra ſuauiter viuentium. ¶Diuerti igitur per aliam viam,& quæſiui: per
Luc.9. paupertatem,& inueni illum pauperem in mundo natum,in præſepio poſitum, pannis
inuolu-



A inuolutum. Ambulaui per aſperorum tolerantiam, & inueni Ieſum itinere fatigatum,
fame,ſiti & frigore afflictum,opprobrijs & contumelijs ſaturatum. Sedebam ſolus fa- Iohā.4. Iſai.53.
ciens me ſolitarium,& inueni Ieſum indefeſſe ieiunantem,in monte ſolum orantem. Cu Matt.4.
curri per pœnam & pœnitentiam,& inueni Ieſum ligatum, flagellatum, vulneratum, Luc.9.
felle potatum,cruci affixum,in cruce pendentem,in cruce morientem. Ergo Ieſus non Amos.6.
inuenitur in diuitibus,ſed in pauperibus.Non in delitioſis,ſed in pœnitētibus. Nō in la-
ſciuis & gaudentibus,ſed in amaris & flentibus.Non in multitudine,ſed in ſolitudine.
¶Malus vtiq; Ieſum non inuenit,quia vbi eſt illum non quærit.In mundi enim gaudio
Ieſum quærere nititur,vbi nunquam inuenitur. ¶O mundani & carnales miſeri, ve-
re fruſtrati eſtis à gaudio dei & fraude decepti diabolica,non expectantes beatam ſpem,
nec cupientes aduentum gloriæ magni dei. Sed merito mortem æternam patiemini, qa Titum.2.
hic vitam quæritis quam ſcitis hic non poſſe haberi. Excæcati ſunt oculi veſtri,imo po-
tius diabolus illos eruit,quia nec hoc quod videtis creditis,quando morientem cernitis Pſalm.28
& tamen mortem non timetis.Confuſi eſtis,quoniam deus ſpreuit vos. Maledicti,excæ Prou.11
cati & abominabiles facti eſtis.Omnes angeli ſancti & amatores Chriſti immenſo gau Pſalm.13 Luc.6.
dio replebūtur,quando ille cœtus totus vere reprobus,æterno igni damnabitur. Væ vo Matt.25.
bis diuitibus,væ vobis ſuperbis,væ vobis peccare volentibus:quoniam ecce vobis mer-
ces reddetur infernale tormentum ab origine mundi vobis paratum. Vere ſcio,quod nō
poteſtis in illud non deſcendere,quia ab illa praua conſuetudine nec gaudium cœli nec
tormentum inferni vos poteſt reuocare. Vt quid igitur dicitis ſaluabimur,cum illud o-
dire non deſinitis,ſine quo ſalutem habere non poteſtis? ¶Eſt igitur nomen Ieſu ſalu
tiferum & neceſſarium omni ſaluationem cupienti ad diligendum. Qui namq; Ieſum
non amans ſe ſaluari reputat,profecto etiam fide carens ſeipſum damnabilem accuſat.
Proinde notandum eſt,quod tres ſunt vires amoris. Quærere videlicet quem amare de
bemus,exorare,vt exaudiamur & perſeuerare in amore. Quæramus igitur Ieſum .ſ.in Ieſus vbi
via qua inuenitur,non in ſolatio mundi,ſed in eccleſia dei. Quæramus eum per pœni- inuenitur Matt.7
tentiam & paupertatem voluntariam,per humilitatem & māſuetudinem, quia hæc eſt
B vere via qua inuenitur. Inuento autem Ieſu,vt fideliter ametur, amemus. Exoremus e-
nim in corde,per ſanctam meditationem.In ore per deuotam & ardentem orationem.
In manibus,per rectam & bonam operationem. Pro primo dicitur:Toto corde meo ex Pſal.118.
quiſiui te. Et pro ſecundo:Voce mea ad dominum,&c. ¶Sic quoq; Ieſu quæſito & Pſal.141
inuento,perſeueremus cum illo per veram charitatem & per probatam patientiam: vt
dum in Ieſu redemptore & cōditore noſtro totum cor noſtrum defigimus,deuictis mū-
di & carnis contagijs,ſupernæ contemplationis gaudium ſuauiter deguſtemus, vt meri
to dicamus cum Pſalm. Exultent & lętentur ſuper te & dicant,ſemper magnificetur do Pſal.39
minus,qui diligunt ſalutare tuum. Vere ille ſalutare dei diligit,qui in ſe nomen Ieſu infa
tigabiliter cuſtodit.Non miror quippe ſi ceciderit,qui nomen Ieſu in memoriam perē-
nem non ponit.Ille nimirum ſecure elegit pro deo in ſolitudine perſiſtere,qui nomen Ie
ſu elegit ſibi ſpiritale:hoc enim nomen conſcientiam purgat,cor mūdum & clarum præ
parat,timorem nocturnum excutit, ardorem amoris infundit,mentem vſq; in melum
cœlicum ſubleuat,dæmones infeſtātes fugat.¶O bonū nomē,o dulce nomen,o nomē
glorificum,o nomen mirificum,o nomen ſalutiferum,o nomen glorioſum,o nomē de-
ſiderabile.Ibi vtiq; nō poſſunt maligni ſpiritus nocere,vbi perpendunt nomen Ieſu iugi
ter nominari mente aut ore.Ideo amplectendum eſt & amandum ac perenni memoria
retinendum. Cum ergo propoſitum ſingulare percepiſſem, & relicto habitu ſeculari Narratio
deo potius quàm homini deſeruire decreuiſſem, contigit quadam nocte in principio
conuerſionis meæ mihi in ſtratu meo quieſcenti,apparuit quædam iuuencula valde pul
chra,quam ante videram,& quæ me in bono amore non modicum diligebat: quam cū
intuitus eſſem & mirarer cur in ſolitudinem ad me etiam in nocte venerit, ſubito & ſine
mora ſine loquela iuxta me ſe immiſit.Quod ego ſentiens,& ne ad malum me alliceret,
timens,dixi me velle ſurgere,& nos ſigno crucis benedicere,inuocata ſancta trinitate.
At illa me tam fortiter ſtrinxit, vt nec os ad loquendum,nec manus in me ſentirem ad
mouendum.Quod videns perpendi ibi non mulierem eſſe,ſed diabolum in forma mu-
lieris me tentaſſe.Verti me igitur ad deum & in mente mea dixi: O Ieſu quàm precioſus
eſt ſanguis tuus,crucem imprimens in pectore cum digito,qui quodammodo iam mo-

 bilis

biliſis incœpit eſſe, et ſubito totum diſparuit. Sed & ego gratias deo egi, qui me liberauit. C
¶ Deinceps vero Ieſum amare quæſiui: & quanto in amore eius profeci, tanto nomen
Pſal. 112. Ieſu mihi dulcius & ſuauius ſapiebat, & etiam vſq; hodie non receſſit à me. Ergo ſit no-
men domini benedictum in ſæcula ſæculorum, Amen.

¶ Encomij nominis Ieſu, FINIS.

# D. RICHARDI PAMPOLITANI EREMITAE, DE INCENDIO AMORIS TRACTATULUS,

in quo & vitam ſuam eremiticam, plane admirabilem, obiter deſcribit.

CVM infeliciter florerem & iuuentus vigilantis adoleſcentiæ
iam aduenisſet, affuit & gratia conditoris, qui petulantiam tem
poralis formæ reſtrinxit, & ad incorporeos amplexus deſide-
randos conuertit animum: hunc imis eleuans tranſtulit ad ſu-
perna, vt amplius vtiq; arderem ad æternitatis amœnitatem,
quàm vnquam antea in aliquo carnali complexu vel etiam
mundiali mollicię delectabar. ¶ Proceſſum quidem ſi pro-
palare volo, ſolitariam vitam prædicare me oportet. Nam ſpi-
rans ſpiritus ad adſequendum & amandum Ieſum intentio-
Solitariæ vitæ encomium. nem meam intendebat, quam deinceps pro modulo infirmitatis meæ ducere curaui.
Manſi autem inter eos qui in mundanis floruerunt & accepi ab eis alimenta, blanditias
quoq; quæ ſæpe bellatores inclytos ab altitudine ad infima trahere poſſent, audiui: ſed
huiuſmodi propter vnum abijciens, aſſumptus eſt animus mens ad amorem authoris:
& deſiderans in æterna dulcedine delectari, animam meam dedi vt in deuotione dilige D
ret Chriſtum: quod vtique ab amato ſuo accepit, vt iam illi ſolitudo ſuauiſſima appa-
Sapien. 2. reat, & cuncta ſolatia quibus error hominum abundat, pro nihilo ducat. Solebam pro
fecto quietem quærere: quamuis de vno loco ad alium tranſire, cellas deniq; deſerere ex
rationabili cauſa, malum non eſt eremitis, & iterum ad eaſdem ſi congruum videatur,
redire. Quidam enim ſanctorum patrum ſic fecerunt. Et quamuis patiātur propter hoc
murmur hominum, non tamen bonorum. Mali vero malum loquuntur: quod & face-
rent etiam ſi Ieſum perſpexiſſent, quia conſuetum eſt eis. De latrina amoto operculo, nō
Matt. 12 Luc. 6. exhalat niſi fœtor, & male loquentes ex abundantia cordis loquuntur, in quibus vene-
Pſ. 13. 139 num aſpidum latet. Hoc cognoui quod quanto magis contra me verbis detractorijs ho
mines inſanierunt, tanto amplius in profectu ſpirituali ſuccreui. Nam eos peſſimos de-
tractores habui, quos prius amicos fidos putaui. Deniq; non ceſſaui ab his quæ vtilia
erant animæ meæ, propter verba illorum imo excercui ſtudium, & ſemper inueni deū
fauentem. Recolui quod ſcriptum eſt: Maledicent illi, & tu benedices. Et proceſſu tem-
Pſal. 108. porum magnus datus eſt mihi profectus ſpiritualium gaudiorum. Ab initio namq; al-
terationis vitæ & mentis vſq; ad apertionem oſtij cœleſtis: vt reuelata facie oculus cor-
dis ſuperos contemplaretur & videret qua via amatum ſuum quæreret & ad ipſum iugi
ter anhelaret, efluxerunt tres anni exceptis tribus menſibus. ¶ Siquidem aperto oſtio
vſq; ad tempus, in quo in corde realiter ſentiebatur calor æterni amoris, annus vnus pe-
ne pertranſijt. Sedebam quippe in quadam capella, & dum ſuauitate orationis vel medi
tationis multum delectarer, ſubito ſentiebam in me ardorem inſolitum & iucundum.
Sed cum poſt fluctuarem, dubitando à quo eſſet, per longum tempus expertus ſum, non
à creatura ſed à creatore eſſe, quia feruentiorem & iucundiorem inueni. Fragrante autē
ſenſibiliter calore illo inæſtimabiliter ſuam vſq; ad infuſionem & perceptionem ſoni
cœleſtis vel ſpiritualis, (qui ad canticum pertinet laudis æternæ, & ſuauitatem inuiſibi-
lis melodiæ, qui ſciri & audiri non poteſt, niſi ab eo qui accipit, quem oportet eſſe mun-
datum & ſegregatum à terra.) dimidius annus & tres menſes & aliquot hebdomadæ ef
fluxerunt. Dum enim in eadem Capella ſederem, & in nocte ante pſalmos prout potui
decantarem, quaſi tinnitum pſallentium vel potius canētium ſupra me auſcultaui. Cū-
que



A que cœleſtibus intenderem & orando toto deſiderio incenderer, neſcio quomodo mox
in me concentum canorum ſenſi, & delectabiliſſimam harmoniam cœlitus excepi me-
cum manentem in mente: nam cogitatio mea continuo in carmen canorum commuta-
batur, & quaſi odas habui meditando, ac in orationibus & hymnis etiā pſalmodijs eun-
dem ſonum edidit: deinceps vſq; ad canendum quę prius dixeram, præ affluentia internę
ſuauitatis prorupi, occulte quidem tantummodo coram conditore. Non cognitus eram
ab his qui me cernebant, ne dum ſciuiſſent, me ſupra modum honoraſſent: & ſic perdi-
diſſem partem floris pulcherrimi & decidiſſem in deſolationem. ¶ Inter ea mirum me
arripuit, eo quod aſſumptus eſſem ad tantam iucunditatem dum exul eſſem, & quia de-
derat mihi Deus dona quæ petere neſciui, nec putaui tale quid aliquem nec etiam ſan-
ctiſſimum in hac vita accepiſſe. ¶ Proinde arbitror hoc nulli datum meritis, ſed gra- Nō eſt volentis, ſed dei miſerentis
tis, cui voluerit Chriſtus. Puto tamen neminem illud accepturum, niſi ſpiritaliter nomē
Ieſu diligat & in tantum honoret, vt ab eius memoria nunquam excepto ſomno recede
re permittat. Cui hoc datum facere eſt, æſtimo quod & illud aſſequetur. ¶ Vnde ab
initio mutati animi vſq; ad ſupremum amoris Chriſti gradum, quē ego attingere deo
dante valebam, in quo gradu cum canoro iubilo diuinas laudes perſonarem, quatuor
annos & circa tres menſes habui, hic nempe cum prioribus ad ipſum diſpoſitis ſtatus
permanet vſq; in finem: verū etiā poſt mortē erit pfectior, qa hic gaudiū amoris incen-
diūve charitatis incipit, & in cœleſti regnō glorioſiſſimā accipiet cōſummationem. Et
quidem in hac vita, in his gradibus conſtitutus non modicum proficit: ſed in alium ſta
tum non aſcēdit, imo quaſi gratia cōfirmatus vt mortalis poteſt quieſcit. Vnde gratias
deo & laudes inceſſanter referre deſidero, qui & in anguſtijs moleſtijsq; ac perſecutioni Iohā. 16.
bus meis mihi tribuit ſolatium & inter proſperitates ac blandimēta cum ſecuritate me
facit expectare æternam coronam. Hinc tibi Ieſu iubilans laudes ſoluo iugiter, qui me
minimum & miſerum dignatus es inviſere mellifluis miniſtris, qui modulos melodiæ
ex ſpiritu ſed cœlitus emanant. ¶ Agam aſſidue gratias cum gaudio, qui conformem
me feciſti canentibus præclare per claritatem conſcientiæ in anima ardente ęterno amo
B re, dum amat & æſtuat incendio ſuccendente. Mens immutata calore calente deſiderio
vehementer dilatato & vera venuſtas amabilis virtutis viget ſine vitio in cōſpectu crea-
toris: ſic iubilus ſe ingerens cum canore iucundo, lætificat languentem & releuat labo-
res. ¶ Multis ſunt munera mirifica ac magna, ſed nulla ſunt talia intra me, quæ iam
care confirmant ſpem ſpeciei inuiſibilis vitæ in animo amante, aut quæ ſic ſuauiter ſedē
tem conſolantur. Rapiunt enim confortatum ad cacumen contemplationis, vel ad con
ſonantiam angelicæ laudis. Ecce fratres narraui vobis, quomodo perueni ad incendiū
amoris, non vt me laudetis ſed vt deum glorificetis, à quo accepi quicquid boni habui: Non nobis ſed dño gloria debeē
& vt vos cogitantes quod cuncta ſub ſole ſint vanitas, ad imitandum non ad detrahen-
dum incitemini. Intelligendo etiam quod ex magno amoris incendio tātus virtutis de
cor in animo creſcit, quod iuſtus potius eligeret omnem pœnam incurrere, quam ſe- Eccēs. 1
mel deum offendere. Et quanquam ſciret quod poſſet per pœnitentiā reſurgere & poſt
ea deo magis placere & ſanctior eſſe, quia hoc quilibet perfectus intelligit quod nihil Sana doctrina.
eſt deo charius innocentia aut acceptabilius voluntate bona. ¶ Si enim recte amare-
mus deum, deberemus magis velle magnum præmium in cœlo amittere, quàm ſaltem
venialiter peccare: quia iuſtiſſimum eſt, iuſtitiæ mercedem nō requirere: ſed amicitiam
dei, quæ eſt ipſe deus. Melius eſt ergo ſemper tormentum pati, quàm ſemel à iuſtitia ad
iniquitatem ſponte deduci & ſcienter: cum etiam conſtet manifeſte, quod quidam Chri Rom. 8
ſtum tam ardenter diligunt, quod nullo modo peccare volunt, non ſolum tales à pœna
liberi erunt, ſed etiam cum angelis æternaliter gaudebunt.

¶ F I N I S.

# D. RICHARDI PAMPOLITANI EREMITAE, IN HAEC VERBA SAlomonis: Adoleſcentulæ dilexerunt te nimis, & c. Exegeſis clariſſima, in qua amoris ſummi eiuſdemq; ſingularis vim ac energiam miro quodam artificio lectori tanquam ob oculos ponit.

ADoleſcentulę dilexerunt te nimis. Et quia tale eſt nomen tuum,
Canti.1 tam dulce, tam ſuaue, tam confortabile, quod fractum redinte-
grat, ruinam reſtaurat, ſeruum liberat, damnum reſarcit, homi
nes redimit: merito ergo adoleſcentulæ dilexerunt te nimis. Ge
munt, ſuſpirant, languent amore tuo, quia tale & tantum eſt no
Actu.4 men tuum, quod in illo ſolo ſciunt ſe poſſe inuenire optatũ gau
dium. ¶ Te propter te quærere non deſinunt, quia te ſolum
amatorem eſſe cognoſcũt. Eſt itaq; verus amor caſtus, ſanctus,
voluntarius, amatum pro ſeipſo non pro ſuis amans: in amatũ
ſe totum figens, nihil extra ipſum quærens, de ſe contentus, flagrans, æſtuans, ex ama-
to inardeſcens vehementer, ſe in ſe ligans, impetuoſus, miro modo omnem modum ex
Philip.3. cedens, ad ſolum amatum ſe extendens, cuncta alia contemnens & obliuiſcens: in ama
to canens, illum cogitans, illum inceſſanter meminens, aſcendens deſiderio, pergens in
amato, ruens in amplexus, abſorptus in oſculis, totus liquefactus igne ardentis amoris,
vt tibi bone Ieſu merito dicatur: Adoleſcentulæ dilexerunt te nimis. Adoleſcentulæ, nõ
vetula vel ſenex, quia debiles et infirmi Chriſtum amare nequeunt: pueri vero ignari & D
Cant.1 ludis detenti, amare neſciunt. Adoleſcentulæ, quippe quia fortes & potentes & ſcientes
diuino amore inhærere. Amant igitur. Adoleſcentulæ gaudent in dilectione tua æter-
na. ¶ Iſtæ autem adoleſcentulæ ſunt animæ deuotæ deſiderio conditoris ſui deten-
tæ, quæ ſunt innouatæ per baptiſmum, vel purgatæ per pœnitentiam, non inueteratæ
per culpam, ſed nouellæ per gratiam. ¶ Hæ vtiq; adoleſcentulæ amabiles ſunt p munditiam, pulchræ per appetitum æternorum, ornatæ per veram charitatem, & creſcentes
in altitudinem virtutum per humilitatem. Iſtæ ſunt adoleſcentulæ quæ dilexerunt te ni-
mis, quæ pro tuo amore & ſuperflua abſcindunt, & vix neceſſaria capiunt, amore tuo
ardent, quæ & te donante in vitam contemplatiuam tranſeunt, & ſolis internis delitijs
depaſci concupiſcunt. ¶ Illæ profecto adoleſcentulæ ſunt amantiſſimæ quæ oculos
æterni regis ſolicitant, & omnipotentem deum ad ſuam pulchritudinem inclinant.
¶ Quæ nimirum Chriſtum nimis probantur diligere, quia mũdi & carnis delitijs poſt
poſitis & oblitis, in illius ſolo amore cupiunt iubilare. ¶ Hæc igitur dilectio, qua Chri
Philip.3 ſtus nimis diligitur, ſumma & ſingularis, & merito ſoli Chriſto hæc debetur. Quia ma
Pſal.47 gnus dominus & laudabilis nimis. Summa vero dilectio eſt, quia nec blandis nec aſpe-
Rom.8 ris euelli ab illo poteſt. Singularis, quia illum ſolum in ſolatium recipit, quem iugiter
amare concupiſcit. ¶ Sed & forſitan melius dicitur hæc dilectio ſumma, quia ſin-
gularis. Et dicitur ſingularis, quia ſumma. Summus namq; amor non patitur ſuperio
rem, & amor ſingularis nõ admittit cõſortem. Quando igitur dicitur, quod deum quis
nimis diligit, profecto innuitur quod in amãdo nec ordinem, nec gradum quærit, nec
quaſi per partes ſed ſe totum ad amorem effundere nititur, indeſinenter, intrepide, in-
uerecunde, amatum amans cupiens vt ametur.
¶ Seruat ergo verus amator Chriſti, nec modum, nec gradum, nec ordinem in amore,
quia in hac præſenti vita quantumcunq; feruens & gaudens & iubilans in diuino amo
re fuerit, adhuc plus & plus ardentius & iucundius deum amare intendit. Etiam ſi hic
inæternum poſſet viuere, non putaret ſe aliquando ſtare, & non vlterius in amore profi
cere poſſe aut non creſcere, ſed potius quanto diutius viueret, tanto in amore amplius arderet. Nec profecto liquet D E V S, quia infinitæ magnitudinis
& in



A & inexcogitabilis dulcedinis, omni creaturæ incompræhenſibilis. Nunquam enim ab
aliqua creatura comprehendi potuit quemadmodum in ſe exiſtit. ¶ Veruntamen cun
ctis patet fidelibus, quod verus amor humanam mentem diuinæ maieſtatis capacem
efficit. Quia ſecundum quod dicit Apoſtolus: Deus charitas eſt & qui manet in charita
te in deo manet, & deus in eo: quamuis non ita plene & perfecte vt in ſeipſo eſt etiam in 1.Iohã.4.
nulla manet creatura: hoc nempe manifeſte videtur, quandoquidem & in ſanctis ho-
minibus deus ſecundum ſuam capacitatem ſe infundit. ¶ Cum igitur deus non in ſe
ſed in nobis grandeſcat, liquide colligere poſſumus, quod in illa anima grandiſſimum
ſe oſtendit, in quam plenius & perfectius ſe per ſuam gratiam infundit. ¶ Quamob
rem cum conſtet omnibus ſanctis matris eccleſiæ filijs, quia deum in ſe manẽtem nemo
habet, niſi qui charitatem habet, quoniam qui deum non amat, fruſtra ſe deum habere
dicit: ſequitur profecto, quod qui minus diligit deũ minus de deo ſentit. Et qui magis
in charitate exardet, perfectius & abundantius deum habet. ¶ Replentur autem corda
quorundam electoꝝ mira diuinæ dulcedinis affluentia, dum nõnulli alij, etiam electi, 1.Iohã.4.
à tanta ſuauitate remanent ieiuni.
¶ Quia ſecundum quantitatem amoris qua quilibet diligit in præſenti, & in futuro æ-
terni dulcoris capax erit. Illi autem qui deum ardentius diligunt, & in præſenti maiori
gr̃a diuinitus perfundunt, & in futuro maiori gl̃a coronabunt. ¶ Hinc nõnulli autẽ fal-
ſi probantur, qui ſe putant eſſe religioſos, dicentes ideo ſe deum præ omnibus diligẽtes
& maiori merito dignos, quia deo ſub abbate vel priore deſeruire contendunt: cum veri
tas ſit, quod amor dei non diſcurrentes & loquentes, ſed potius ſedentes & tacentes re-
plere conſueuit: vt tanto quis amoris æterni dulcedinem affluentius hauriat, quanto ſo
lummodo diuina & cœleſtia cogitans, ad nullam exteriorem mundi occupationem ſe
tradat. ¶ Proinde cum nonnulli, etiam ſenes & vetulæ, vel quiq; ſæculum non aman
tes, ſed diuino ſeruitio toto poſſe mancipati, non magnis ſæcularibus actibus ſint inten
ti, quàm etiam quietiſſimi obedientiarij: quis audeat in illis diuinam benignitatem ab-
negare, licet inter ſæculares conuerſantes, qui tanta charitatis ſuauitate repleãtur, quan Profeſſio
B ta illi ſancti quos etiam religioſa profeſſio in monaſterijs ligat. Quippe ita in amore mõaſtica
ſunt ardentes, & deum in ſe manentem tam veraciter quàm illi, oſtendere non deſinũt:
proculdubio & in cœleſti gaudio ita ſublimes & glorioſi erunt. Qui adhuc nobiſcum Matt.20
contendere voluerint, non me ſed ipm dñm gratiæ & gloriæ datorẽ audiant q dicit: An
oculus tuus nequã eſt, qa ergo bonus ſum? an non licet mihi facere qd volo? Volo huic Actu.10.
dare ſicut & tibi. Hinc profecto colligit, quod non eſt acceptor perſonaꝝ deus. ¶ Igit Roma.2.
conſideremus noſmetipſos ſollicite, ne alios temere iudicemus, nõ verbo ſed virtute, nõ Ephe.6
argumentis ſed factis probant meliores. Non em̃ qui ſeipm commendat, ille probatus Colo.3
eſt: ſed quẽ deus cõmendat. ¶ Nõnullos audiui diſputationibus velle me cõuincere, qa Matt.7
apud opinionẽ hoim eos viuendo videbar ſuperare. Sed profecto inter hoies me creſce Roma.2.
re fecerant: quo me diminuere putabant. Quia tanto deus meus mihi dona gratiæ ſuæ 1.Cor.4
dignatus eſt infundere, quanto ab illis etiam qui eius diſcipuli apparebant, indigna me 2.Cor.10.
permiſit tolerare. ¶ Igitur detractores non eos quibus derogant, ſed ſeipos nocent: qa
dum alioꝝ profectus abrogare vel paruipendere cupiunt, diuinæ bonitati (ſine qua nul Iohan.15.
lus bonus eſt) ſe inuidere oſtendunt. ¶ Murmurat autem religioſus fruſtra, quia deus Lucæ.18
cum illo ſæcularem ſanctum vel ſanctiorem nonnunquam efficit, qui ab æterno diuer Matt.19.
ſa hominum merita ſententia ineffabili deſtinauit & infallibili. ¶ Veꝝ, vt videt, ſecuri- Ephe.1
or vita eſt in clauſtro q̃ in mundo, & dulcior: & merito ſi recte teneatur, vt oportet, & du Rom.1
catur: quàm vita cõmunis ſæcularium & iuſtoꝝ actiuæ vitæ ſeruientiũ. Nam illi om̃ia Matt.29.
relinquentes pauperes corpore & ſpiritu viuere ſatagunt. Iſti adhuc quamuis ad cœlũ
tendentes, mente tamen poſſeſſiones & prædia deſerere negligunt. Inde videtur religio
ſam vitam ſi vere teneatur, perfectionem aſſequi, quia ſæcularium vita eſt bona ſed nõ
perfecta: ideo in futuro oportet purgari. ¶ In mũdo enim viuere, etiam mundanis ne-
gotijs mancipari, eſt ab æterna damnatione animam ſaluare: quanq̃ etiam in purgato-
rio grauiſſima pœna ſuſtineatur. In religione vero niſi quis pfectus ſit, magnus dici nõ
debet. ¶ Deniq; vt aſſolet, cum presbyteri vel alij clerici ſiue laici huic mundo renunci- Religioſi veri q
ant, incolæ tamen inter hoies morantur pro ſtatu ſuo honeſtis cõgruis & ordinatis mo ſint.
ribus, deinde honeſtis ſtudijs incũbentes, iugi deuotioni inſiſtentes, terrena quoq; atq;
carna-

carnalia abijcientes,ſola neceſſaria retinentes,quatinus ſic inter homines maneant , vt C
tñ nullatenus negotijs ſecularibus ſe interponant , ſed poſtpoſitis oĩbus q̃ ad hunc mun
dũ pertinent,ſolum cœleſtium deſiderijs gaudioꝝ iugiter feſtinẽt intẽdere & in amore
conditoris inceſſanter anhelare.¶Et nimirum cũ hæc præfata toto corde totaq; mẽtis
intentione quærere amplectiq; nõ deſinunt,ſpiritualiũ bonoꝝ chariſmata à deo ꝑcipe-
re nõ dubitent.Inde fit,q̃d perceptis donis ſpũſſan.cor eoꝝ igne æterni amoris medulli-
tus ſuccẽditur,& inholocauſtũ ſuaue & delectabile Chriſto hoſtia vociferatiõis immo-
latur totũq; cõcrematur.Vnde alibi dicitur: Anĩa mea liquefacta eſt,vt dilectus locutus
Canti.5 eſt,&c.¶Nimiꝝ mens quæ per ſæculi curas frigida & torpens à calore diuini amoris in
ſe remãſerat,iam interius loquẽte & inſpirãte dilecto,tota in igne dilectionis fluẽs iugi-
ter inardebit.Vnde & iſtos ſctõs qui æternitatis amore,q̃tum mortalib.fas eſt,tangunt
& in exceſſum mẽtis ſpeculãdo rapiunt,puto quod nec ſummi religioſi ĩ amore ꝑcellũt,
qui in tãta charitatis eminẽtia deo donãte fortes cõſiſtunt.¶Verum ſcio,hi ſunt ꝑ quos
Canti.1 laudẽ & honorẽ Ieſu Chriſti extollimus,dicẽtes:Adoleſcentulæ dilexerũt te nimis.Alij
Adoleſ- ſunt q Chriſtũ diligũt:ſed nõ nimis,quia ſic ad ꝑcepta generalia cuſtodienda ſe manci-
centulæ pant,vt tñ ſibi aliq̃ delectationẽ in bonis vel parẽtibus vel alijs q̃buſcunq; vanitatib.re-
Spõſum ſeruent.Et iſtæ adoleſcẽtulæ iure nõ dicunt. Quia queadmodum illa ætas pulcherrima
Chr̃m di eſt,robuſtiſſima & rectiſſima & ſtaturæ ꝑfectæ:non ita illi tota mente,tota voluntate, to
ligentes to poſſe,ad deum ſunt directi:ſed quidẽ vt pueri vadunt ad ludos,ad ſpectacula, ad mul
quæ ſint. tas alias vanitates:quamuis tamen deum ſemꝑ præponant,quaſi deum amare neſcirẽt.
¶Alij vero vt ſenes in ſeruitio dei torpent,nec feruorem amoris nec deuotionẽ dulcedi-
nis laborando ſpũaliter ſentiunt,quaſi impotentes ad amãdum deũ eſſent.Iſti ſunt vtiq;
non quaſi adoleſcẽtulæ. Adoleſcentulæ hæ appellantur & Chriſtum nimis probantur
diligere,qui neq; more puerorum ad amandum Chriſtũ per inſipientiã ſe volunt finge-
re:nec more ſenum,q propter impotentiam labores ꝑ Chriſto refutant ſuſtinere:ſed ſi-
ne fictione iugum dñi arripientes,terrenis nõ curuati, nec vanis rebus mundi dediti , ſe
totos & mente & corpore ad æternum amorem infatigabiliter dirigunt,& cuncta tem- D
poralia pura cordis intentione conſtanter tranſcendunt. Qui profecto in diuina dile-
ctione ardent & amant,& tanto ſuauius & iucundius illorum mens in ſupernam contẽ-
plationem rapitur,quanto ab iſtius vitæ præſentis ſolamine & ſtrepitu magis ſegregan-
tur. ¶Hæ nimirum ſunt adoleſcentulæ,quæ nimis Chriſtum diligunt,quæ in ſolo cõ
ditoris deſiderio anhelant,quæ nihil in hoc mundo cupiunt,quę terrena quæq; à ſe pror
ſus abiecerunt. ¶Iuuenculæ per crebram diuinæ conſolationis perceptionem rectę,
per ſanctam conuerſationem formoſæ,per ardentem charitatem ſplendidæ. ¶Igitur
o bone Ieſu,propitius eſto nobis miſeris,quia adoleſcentulæ dilexerunt te nimis.

¶Richardi Pampolitani Eremitæ de amore ſummo eo-
demque ſingulari opuſculi.
F I N I S.

# ORATIONIS DOMINI-
## CAE EXEGESIS COMPENDIOSA SIMVL
ac luculenta,authore D.Richardo Pampo-
litano Eremita.

Orõ dñi- PATER noſter qui es in cœlis,&c.]Hæc oratio priuilegiata eſt
ca alijs di- in duobus.ſ.in dignitate & etiam in fœcunditate. In dignitate,
gnior & quia ex ore dei eſt edita.Vnde Pet.Rauen. Ad amoris(inquit)
fœcũdior indicium rex ipſe functus eſt officio aduocati: vt preces quibus
1.Iohã.2. ipſe reſponſurus eſt,ipſe dictaret. ¶In fœcunditate,quia hęc
oratio continet omnia quæ ſunt à Chriſto petenda. Nulla em̃
oratio magis ſpiritualis eſt quàm illa quæ proceſſit ex ore filij
dei,qui eſt veritas. ¶Facta autem fuit hæc oratio multiplici
de cauſa.Prima,vt ſciatur citius,quia breuis eſt.Secũda,vt me-
lius



A lius retineatur.Tertia,vt frequentius dicatur. Quarta,vt illa neglecta excuſatio nulla
habeatur. ¶Dicit ergo:Pater noſter.Nemo dicat meus,quia communis eſt omnibus
& non timore ſed amore ſeruimus ei.Admonemur autem ad amorem & vnionem fra- Pater noſter,non
ternitatis. Et cum dicimus: Pater noſter,de adoptione cogitemus:qui es in cœlis, id meus q̃re
eſt,ſecretis ſanctis & ſpiritualibus viris,qui ſunt habitacula dei, & eorum conuerſatio dicatur
in cœlis eſt:vt ad ſpiritualitatem in qua habitat,feſtinare diſcamus,& cœleſtia ab eo pe- 1.Cor.3
tamus. ¶Sanctificetur nomen tuum.] Septem ſunt petitiones in hac oratione, qua- Philip.3
tuor ſunt pro bonis obtinendis,& tres pro malis remouendis. ¶Primo ergo petimus
virtutem fidei,per quam glorificatur in nobis nomen dei.Non enim petimus vt nomen
ſuum ſanctificetur in ipſo,ſed in nobis:vt illa ſanctificatio quam nobis contulit in ba-
ptiſmo,nobiſcum maneat inæternum. ¶Et petimus hic ſpiritum ſapientiæ,ne à ſan
ctificatione nominis eius in aliquo diſcrepemus , ſed patris nomen in filijs vita & ver-
bo oſtendatur,id eſt,tales nos facias,in quibus ſanctus appareas.Nomen ergo patris in
nobis eſt,qui filij dicimur:& petimus illud ſanctificari,non vt ipſe ſanctior ſit, ſed vt in
nobis operetur augmentum ſuæ ſanctificationis. Nam ſanctificatio filiorum nomini
eius attribuitur. ¶Ita ergo dicitur ſanctificari,ſicut clarificari & magnificari in nobis.
Sanctificetur, id eſt,ita ſicut eſt ſanctum habeatur:& ſic innoteſcat illis, vt non putetur
aliquid ſanctius:vt nos qui in baptiſmo ſanctificati ſumus,in eo quod cœpimus,perſe- Titũ.3
ueremus.Et quia quam diu in mundo ſumus, perfectam gloriam non habemus: ideo 1.Cor.5
poſt adoptionem & nominis in nobis ſanctificationem,congrue petimus.
¶Adueniat regnum tuum.] Regnum dei ſemper eſt.Sed veniat,id eſt,manifeſtetur ho
minibus,quibus vt lux cæcis non videtur quod nullus ignorare poterit,cum filius dei in
dicare venerit,in quo regnabunt & ſancti,quia ipſis debetur. Hic ſpiritus intelligentiæ Matt.19
petitur,quo mundatur cor vt deus videatur.Petitur etiam virtus ſpei & puritatis mentis Matt.5
per quam contemnimus regnum mundi & deſideramus regnum cœli. Vnde oramus
vt hic regnet in nobis per gratiam,& nos cum illo in cœlo per gloriam. Venit ergo re-
gnum dei,dum vitia & poteſtas diaboli excludũtur,& in futuro perfectius, cum euacua
B uerit omnem principatum & poteſtatem,& tradiderit regnum deo & patri. Spiritu ita- 1.Cor.15
que intelligentiæ regnum futurum declaratur & cordis munditia tribuitur , per quam Ephe.4
deus ibidem regnans ſicut eſt videbitur,vt curramus omnes in virum perfectũ:& in no-
bis in eo quieſcentibus ſanctificatur ipſe,dum nos in ipſo ſanctificamur. In qua ſancti
ficatione pax beatitudinis firmabitur & plena ſapientia donatur,Sed q̃a ad nullum do-
mum vel virtutẽ attingere poterimus niſi ſuæ voluntati nos in omnibus conformemus,
recte conſequenter petimus. ¶Fiat voluntas tua ſicut in cœlo & in terra]id eſt,ſicut in
beatis angelis & in animabus ſanctis eſt plena cõformitas diuinæ voluntatis: ita fiat &
in hominibus,vt nil appetamus contra voluntatem dei.Petitur enim hic virtus charita-
tis,quæ conſiſtit in plena conformitate diuinæ voluntatis.Petitur etiã ſpiritus conſilij,
per quem voluntas inquiritur,vt à nobis impleatur.Voluntas dei abſoluta ſemper fit,o-
ramus ergo vt libertas noſtri arbitrij ſocietur per gratiam ſuæ voluntati, quæ eſt ſancti-
ficatio noſtra & vita æterna.Volũtas dei eſt præceptorum eius cuſtodia.Secundũ ſpiri-
tum cœli,ſecundũ carnem terra ſumus.Oramus ergo,vt ſicut in cœlo,id eſt,in ſpiritu:in
terra,id eſt,carne,fiat volũtas dei:vt caro & ſpiritus ſit homo ſpiritualis,de quo dicitur:
Cor meum & caro mea exultauerunt in deum viuum.Sed quia viſione dei nõdum frui Pſal.83
mur,cibus in via nobis neceſſarius eſt,vt quandoq; ad patriã perueniamus. Vnde peti- 2.Cor.5
mus. ¶Panẽ noſtrum quotidianum da nobis hodie]ſine quo fame moriemur. Peti-
mus nos viatores duplicem panẽ. ſ. materialem quo indiget fragilitas noſtra corpora-
lis.Et ſpiritualem,quo reficitur egeſtas mentalis. Hic panis corpus Chriſti eſt,vel ver-
bum dei,vel ipſe deus:quo quotidie egemus. Hic quotidianus eſt,in patria æternus, qui Deut.8
nunc aſſidue per fidem & charitatem interius debet reficere,quia ſine eo nemo poteſt vi Matt.4
uere.Vel panis dicitur ſpiritualia præcepta,quæ ſemper ſunt exercenda. Hic petitur ſpi Iohan.15
ritus fortitudinis,& virtus qua iuſtitia eſuritur,ſine quibus nemo venit ad panem cœle- Matt.5
ſtem. ¶Notandum vero quod his verbis petimus panem non carnes,non piſces, nõ 1.Cor.1
delicata cibaria,non ad ſuperfluũ,ſed tantũ q̃d eſt neceſſariũ. Et cum dicimus noſtrum
non meum,deſignatur ꝙ bona quæ deus tribuit,indigentibus ſunt communicanda, nõ
nobis approprianda.Dãnatur ergo auaritię tenacitas,qua homo ſibi retinet ea q̃ habet.
Dicitur

Dicitur etiam quotidianus, quia quotidie indigemus refectione corporali & mentali: C
ſed quia ad gloriam æternitatis non peruenienius dum in peccato conſiſtimus, neceſſa-
Matt.18. rium eſt vt petamus. ¶Et dimitte nobis debita noſtra ſicut & nos dimittimus debitori
Ecci.28 bus noſtris.]conuerſis, aliter nullus eſt fructus totius orationis. Et vt liberi ad patriam
redeamus, culpæ veniam negare non debemus. Cum enim dicimus dimitte nobis debita
noſtra, ſpiritum ſciẽtiæ rogamus, quo debita.i.delicta noſtra intelligamus, quæ ſine ſpi-
ritu ſancto non intelliguntur. Recte poſt cibum petit veniam peccati, vt qui à deo paſci-
Col.3.b. tur in deo viuat, & ad deum perueniat. Parum ergo illis prodeſſe videtur hæc oratio q
Iaco.1. rancorem contra alios tenent in corde. Omnes ergo rancorem tenentur deponere, ſed
perfecti etiam non rogati debent omnibus modis indulgere. ¶Et ne nos inducas in
tentationem].i.non nos deſerens tentatione vinci ſinas, & ſi ſinis tentari ſine quo nullus
probatus eſt. Petimus ergo vt tentationi nõ conſentiamus, quia in tentationem induci-
tur qui tentatione ſuperatur. ¶Sed libera nos à malo].ſ.à malo innato quod contraxi-
mus, à malo addito quod cõmiſimus, & à malo inflicto quod meruimus. Primum eſt
originale. Secundum actuale. Tertium pœnale. Hæc liberatio quotidie eſt neceſſaria,
1.Cor.15. dum ſine malo animæ & corporis non viuitur: ſed in fine complebitur quando impaſſi
biles & immortales erimus. ¶Satis compendioſe tradidit Chriſtus non ſolum diſcipli
nam mandatorum ſed & precum & donorum, vt paucis verbis res multiplices & neceſ-
Matt.24. ſarias cõmendaret.[Amen]eſt quaſi ſignaculum dominicæ orationis, quo oſtendũtur
Lucæ.21. omnia ſuperiora dicta vera & ineffringibilia & inuiolabilia eſſe confirmata in veritate.

¶FINIS.

# SYMBOLI APOSTOLICI CLARISSIMA ET ADMODVM CATHOlica enarratio, authore D. Richardo Pampolitano Eremita.

D

Iohan.20 Actu.1 DECIMO die poſt aſcenſionem domini, diſcipulis præ timore
Iudæorum in vnum congregatis, promiſſum paracletum deus
eis miſit. Quo veniente diſcipuli inflãmati & omnium lingua-
rum ſapientia repleti ſymbolum compoſuerunt, & antequam
diſcederent ad euangelizandum in gentibus, hoc ſibi prædica-
tionis ſignum vel indicium poſuerunt. Hęc Iſidorus Etym.lib.
Deus oĩpotens. vi.cap.vlt. Petrus dixit. ¶Credo in deum patrem omnipoten
tem creatorem cœli & terræ.] Quoniam fides Chriſtiana in-
trepida mente fatetur vnitatem ſubſtantiæ & trinitatem perſo-
narum. In principio iſtius operis de omnipotẽtia patris & filij & ſpirituſſancti aliquid
oſtendatur. Quæ licet ſit communis tribus perſonis, tamẽ per appropriationem ait hic:
Credo in deum patrem omnipotentẽ. Et hoc quia pater à nullo eſt & omnia alia ab ipo
ſunt. Filius per generationem, ſpirituſſan. per ſpirationem, creaturæ per creationem.
Tum ſicut pater eſt omnipotens, ita filius, ita ſpirituſſanctus, quilibet enim poteſt facere
quicquid vult ſine adminiculo alicuius alterius rei nec ab aliquo extra poteſt impediri.
Hæc omnipotentia intelligitur in comparatione ad creaturas, quia maxime apparet in
creatione, ideo addit: Creatorem cœli & terræ. Deus enim per ſe creat res & ducit in eſſe
Pſal.145 quæ prius non erant. Et non ſolum omnes ſubſtantiæ, vt cœlum & terra & omnia quæ
in eis ſunt, à deo ſunt creatæ: ſed etiam accidentia à deo ſunt: ſicut ſcientia, gr̃a, & gloria.
Ecci.1. De primo Ecci.i. Omnis ſapientia à dño deo eſt. De ſecundo Pſal. Cor mundum crea
Pſal.50 in me deus. Et apoſt. Petrus: Deus omnis gratiæ: De tertio Ecci.xxxix. Bona bonis crea-
1.Pet.5 Iohan.1 ta ſunt ab initio. Et ideo dicitur: Omnia per ipſum facta ſunt. Propter hoc tres pueri in-
Danie.3. uitabant om̃es creaturas ad benedicendũ deum. Iſte deus qa æternus eſt, poteſt dici cau
ſa temporalium & ſempiternorum. Cauſa enim abundat à ſuo effectu, vnde cum crea-
turæ aliquæ ſint temporales, vt illæ quæ incipiunt & deſinunt: aliquæ vero perpetuæ, vt
quæ incipiunt & nunquam deſinunt, oportet quod cauſa eorũ nec incipiat nec deſinat.
¶Andreas ait. Et in Ieſum Chriſtum filium eius vnicum dñm noſtrum.] Quidam di-
cunt: Et



A cunt: Et in Ieſum Chriſtum filium eius vnicum. Quidam vero vnicum ad dominum re
ferũt: ſed ſiue ſic, ſiue, ſic vtrũq; bene dicit. Nã & vnicus dei filius eſt, & vnicus dominus 1.Tim.2.
noſter rectiſſ. dici poteſt. Quia ipſe cum patre & ſpiritu ſancto nos creauit & recreauit, Iohan.1
emit & redemit. Vnde & ipſe ait: Ego in patre & pater in me eſt: Ergo in ipſo eſt ſpiri- Iohan.14
tus ſanctus, vt dicitur: Ieſus autem plenus ſpiritu ſancto. ¶Iohannes ait: Qui conce- Lucæ.4
ptus eſt de ſpiritu ſancto, natus ex Maria virgine]Et eſt ſenſus, Ieſus Chriſtus filius dei
vnicus dominus noſter conceptus eſt in vtero beatæ virginis de ſpiritu ſctõ, non de ſub- Lucæ.1
ſtantia ſpirituſſan. quia tunc eſſet filius eius: ſed potentia & operatione ſpirituſſancti. Matt.1
Nam ſpirituſſan. cum patre & filio ſeparauit à beata virgine quandam particulam de
ſanguinibus eius, quam purificauit ab omni fomite, & de ea formauit corpus & in eo-
dem inſtanti animam creauit ac gratiam perfectã ei infudit, cui corpori formato in eo-
dem inſtanti animam creatam indidit. Et has duas naturas corpus & animam deitati v- In Chr̃o
niuit in filio: ita ꝙ perſona filij dei habet duas naturas diuinam & humanam. Natu- duplex natura.
ra autem diuina remanſit ſicut erat, & natura humana manet diſcreta à natura diuina: Iohan.1
& ita deus factus eſt homo & illa perſona filij eſt deus & homo: & poſtea nono menſe à Lucæ.2
conceptione peperit eum virgo manens virgo: & ita facta eſt mater dei & hominis. Iſta Maria
conceptio fuit facta ſubito, cum conceptiones aliorum hominum fiant ſucceſſiue. Nam Dei & ho
in conceptione aliorum ſemen hominis ſex diebus habet ſimilitudinem lactis, & no- minis mater.
uem diebus ſequentibus conuertitur in ſanguinem, vndecim diebus ſequentibus ſolida
tur, octodecim diebus ſequentibus informatur vſq; ad perfecta membrorum lineamen
ta, qua formatione completa anima à deo creatur & corpori coniungitur, & fit homo
in vtero matris viuens per ſe. ¶In Chriſti vero conceptione virtus diuina repente o-
perabatur: ſicut ſubito fecit corpus Adæ de terra & in corpore animam poſuit. Simili-
ter ſubito & in inſtanti fecit corpus fœminæ & illud animauit anima rationali. Iſta con Gene.1
ceptio fuit nuntiata per angelum Gabrielem ſummum angelorum, vt dicit Gregorius. Lucæ.1
Vnde Luc. Ecce concipies & paries filium. Quæ annunciatio congrua fuit, vt non igno
raret quem conciperet. Secundo, vt conſentiret & ſic fieret voluntarie non coacte. Ter-
B tio vt rectiſſime poſſet teſtificari de ſua conceptione de viſu & auditu angeli. Quarto qa
virginitas cognata eſt angelis. ¶Chriſtus ſapiens & miſericors ad nos venit vt nos ſa
pientes & iuſtos faceret, & miſeriam ab homine tolleret dando beatitudinem. Vnde ait:
Ego lux veni in mundum, verbum per quod facta ſunt omnia eſt factum caro, vt refice Iohã.12
ret omnia. Apoſtolus: Inſtaurauit quæ in cœlis & quæ in terris ſunt. Immortalis & im- Iohã.1.
paſſibilis ſuſcepit naturam mortalem & paſſibilem, vt ipſam perduceret ad immortali- Ephe.1.
tatem & impaſſibilitatem. Eua voluit fieri ſicut deus, quare poſtulabat ſatiſfactio quod
deus vellet fieri ſicut homo. In habitu inuentus eſt vt homo, itaq; deus factus eſt homo Gene.3
vt ſatisfaceret pro peccato Adæ & Euæ, quo non ſolum ipſi ſed etiam tota natura huma Philip.2
na corrupta erat & priuata gloria, pro quo non debebat angelus ſatiſfacere quia non
peccauerat: homo vero quia peccator erat, nõ poterat. Vel potius ſic: In nullo angelo &
in nullo homine puro tanta bonitas inuenitur quanta erat in tota natura humana, quia
bonitas vnius hominis vel vnius angeli finita eſt. Bonitas vero naturæ humanæ reſpe-
ctu ſubiectorum eſt quaſi infinita. Vnde congruum fuit quod deus fieret homo cuius
bonitas præponderet bonitati totius naturæ humanæ & ſacrificaretur pro peccato pri-
mo. Hæc incarnatio facta eſt menſe Martio quo mundus factus eſt, & feria ſexta, qua
homo factus eſt, ad oſtendendum, quod veniebat, mundum & hominem redimere.
¶Quare poſt peccatum tardauit vſq; ad vltimam ætatem venire? Reſpondet Auguſti-
nus dicens, quod ideo factum eſt vt homo qui peccauerat per ſuperbiam, cognoſceret
ſuum defectum & ſic humiliaretur. Cognouit autem quod tempore legis naturalis
ſaluari non potuit nec tempore legis ſcriptæ, quare poſt hæc tempora filius dei venit in
mundum, vt ſic homo humiliatus in ſolo deo incarnato ſpem ſalutis ſuæ poneret.
¶Natus eſt Chriſtus in menſe decembri tempore hyemis, ad oſtendendum quod ve- Pſal.111.
niebat calefacere frigidos, vt amore æternitatis ardeant, & ipſum ſolum pro eis natum
tota cordis dilectione iugiter concupiſcant. Natus eſt nocte, ad oſtendendum quod
venit in tenebras effugare & lumine ſui amoris mentes noſtras clareſcere. Vnde Pſal.
Exotium eſt in tenebris lumen rectis, vnde & nos debemus à vitijs ſurgere & lumen no
bis ortum toto deſiderio noſtro haurire. Alioquin lumen illud videre non poſſumus,

quia à tenebris culpæ deſcendere non curamus. Vnde Iſaias: Surge illuminare Ieruſa- G
Iſaiæ. 60. lem, quia venit lumen tuum. Natus eſt die dominica (vt dicunt ſancti) qua die deus fe-
Dñica natus eſt Chriſtus. cit cœlum & terram ac lucem, & qua pluit mãna filijs Iſrael in deſerto. Natus eſt Chri-
ſtus ad docendum indoctos, ad iuſtificandum iniuſtos, ad redimendum captiuos.
¶Iacobus maior: Paſſus ſub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus, & ſepultus.] Crucifi-
xus. i. cruci affixus, quod erat viliſſimum genus tormentoꝝ. Iohan. xix. Tunc tradidit
Pſal. 81 Pilatus Ieſum illis vt crucifigeretur. Pſalm. Foderunt manus meas & pedes meos. Cla-
uis cruci fuit affixus in manibus, & in pedibus vt peccatũ Adę deleret, quod habuit eun-
do ad arborem cauſa comedendi: & ſub Pontio Pilato, qui erat viliſſimus peccator. Paſ-
ſus eſt etiam in manibus, contra peccatum Adæ, quod fecit extendendo manus ad po-
mum vetitum. Contra autem delectationem quam habuit Adam in guſtando, potatus
eſt Chriſtus felle & aceto & vino myrrhato. Cruci affigi voluit, vt ſicut diabolus vice-
Trib⁹ horis Chr̃s in cruce torq̃bat̃. rat per ligni fructum: ſic per crucifixiõem factam in cruce vinceretur, vt ait Gregorius
in præfatione. Crucifixus hora ſexta, qua hora Adam guſtauerat de pomo. Fuit autem
in cruce tribus horis cruciatus, ſ. ab hora tertia vſque ad horam nonam, contra triplex
peccatum Adæ, voluntatis, & operis, & excuſationis. Deinde mortuus. i. priuatus natu-
Matt. 27. rali vita per ſeparationem animę à corpore: & ſepultus, ſ. in hora veſpertina. Matthęus:
Cum autem ſero factum eẽt, &c. In quo patet, ꝙ fuit in cruce ab hora ſexta, vſq; ad ho-
ram ſerotinam. Mortuus ab hora nona, quem Ioſeph ab Arimathia ſepeliuit, q erat
Iohã. 19 nobilis decurio, & vnus de ordine curiæ. Iohan. Rogauit Pilatum Ioſeph, vt tolleret
corpus Ieſu, & inuoluit in ſyndone munda, & cum aromatibus myrrhæ & aloes, qbus
arcentur vermes ne contingerent corpus Ieſu: ſicut eſt Iudæis mos ſepelire. Et poſuit il-
Iſai. 11. lud in monumento ſuo nouo quod exciderat in petra. Iſaias dicit: Erit ſepulchrum eius
glorioſum, quia glorioſe in eo reſurrexit & clauſo ſepulchro exiuit. ¶Thomas: De-
ſcendit ad inferna.] Hic primo notandum eſt, ſecundum quid deſcendit ad inferos, qa
ſecundum animam tamen coniunctam diuinitati. Nam ſecundum diuinitatem loca-
liter non poteſt deſcendere, quia vbiq; eſt. ¶Secundo videndum eſt, quis ſit ille infer-
nus, ad quem deſcendit. Ad huius euidentiam notandum, ꝙ quadruplex eſt infernus.
Primus eſt damnatoꝝ, in quo ſunt tenebrę corporales & carẽtia gloriæ & gratiæ & pœ- D
na ſenſibilis, propter peccatum actuale & mortale. Secundus infernus ſupra iſtum, in
quo ſunt tenebræ & carentia gloriæ & gratiæ: ſed non eſt ibi pœna ſenſibilis, qui dicit
lymbus pueroꝝ non baptizatoꝝ in peccato originali mortuoꝝ. Tertius infernus ſu-
pra hunc eſt, in quo ſunt tenebræ & carentia gloriæ & pœna ſenſibilis pro peccato ve-
niali: ſed non carentia gratiæ, quia habent gratiam qua liberabuntur à pœnis, & perdu-
centur ad viſionem dei: qui dicitur locus purgatorius. Quartus infernus ſupra iſtum
eſt, in quo ſunt tenebræ & carẽtia diuinæ viſionis, ſed non pœna ſenſibilis, & eſt ibi gra-
tia, & huiuſmodi infernus ſeu lymbus ſanctoꝝ patrum dicitur. Ad hunc locum Chri-
ſtus deſcendit, neq; vero paſſus eſt tenebras, imo totum locum illum illuminauit. Vnde
Damaſ. Damaſcenus: Deſcendit ad infernũ anima deificata, vt quemadmodum his qui in ter-
ra ſunt, ortus eſt ſol iuſtitiæ: ita his qui in inferno ſedent, in tenebris ſuperluceat. Am-
Pſal. 111. Ambro. broſius dicit, ꝙ in inferno fulgebat lumen æternæ vitæ. In inferno igitur damnatorum
Luc. 16 pro peccato actuali Chriſtus non fuit, quia vt ipſe dicit: Inter vos & nos Chaos magnũ
ſtatutum eſt, &c. Sicut enim cœlum empyreum eſt locus gloriæ, ita infernus eſt locus
æternæ pœnæ. Sicut ergo damnatus non poteſt aſcẽdere cœlum empyreum: ita nullus
ſaluatus poteſt deſcendere in locum damnatoꝝ: ergo neq; Chriſtus. Ad ſecundum in-
fernum ſimiliter Chriſtus non deſcendit, quia dum peccatum originale haberent, &
gratia carerent, non debebant educi de loco illo ad locum gloriæ, quia deſcendenti ſi-
ne gratia non poteſt dari gratia. Ad tertium infernum etiam non deſcendit, quia di-
gnos pœna ſenſibili ad tempus & carentia diuinæ viſionis, ad tempus voluit ibi detine-
Quare Chr̃s diu manſit mortuus. ri: quos purgatos quotidie ad cœlum ſuſcipit. Solum ergo vt dictũ eſt, deſcendit ad in-
fernum patrum, ibiq; moram fecit quãtum ei placuit. Voluit aũt Chriſtus diu manere
mortuus, vt veritas mortis oſtenderet. Clauſtra inferni deſtruxit, potentias diaboli ſub-
Colo. 2 uertit. Apoſtolus: Spoliauit principatus & poteſtates dæmonũm, triumphans eos in ſe-
metipſo, bonos omnes ad ſe traxit. Vnde ait p Oſeam: O mors ero mors tua, & morſus
tuus



A tuus ero inferne. Qui mordet aliquid, partem accipit & partem relinquit: ita momordit
infernum, bonos inde ſecum aſſumens, malos ibi relinquens. Eduxit illos de locis tene- Zacha. 9
brarum ad locum lucis, in quo vident deum. Poſt illud tempus nulla anima fuit ibi, nec
eſt, nec erit inæternum. [Tertia die reſurrexit à mortuis.] Reſurrectio eius eſt animę fa-
ctæ impaſſibilis ad corpus incorruptibile iterata vnio. Non expectauit reſurgere cum
alijs in vltimo die, ne crederetur penitus extinctus. Et etiam, quia omnes ſimul reſurgẽt
quia omnes ſimul in Adam peccauerunt, & fuerunt debitores mortis: Chriſtus autem
non fuit debitor mortis: ergo non debuit differre vſq; ad finem reſurrectionem ſuam.
Cito itaq; reſurrexit, vt daret nobis exemplar noſtræ reſurrectionis. ¶Iacobus minor: 1. Cor. 15
Aſcendit ad cœlos, ſedet ad dexteram dei patris omnipotentis] Vnde Marcus: Aſſum- Rom. 6 Marc. 16.
ptus eſt in cœlum, & ſedet ad dexteram dei. Et Lucas: Eleuatis manibus ferebat̃ in cœ- Actu. 1
lum. Apoſtolus: Aſcendit ſuper omnes cœlos, vt adimpleret omnia & ita aſcẽdit ſupra Ephe. 4
cœlum aereum, & ſupra ſydereum, & ſupra aqueum, & ſupra empyreum: non quod ſit
extra empyreum cœlum vel ſupra, quia ibi nullus locus, ſed eſt in digniori parte & al-
tiori cœli empyrei ſupra angelos. Vnde dicitur: Aſcendens Chriſtus in altum captiuam Ephe. 4
duxit captiuitatem, illos, ſ. patres qui captiui detinebantur in inferno, quos educens de Pſal. 67
inferno hac die duxit in cœlum. ¶Philippus: Inde venturus eſt iudicare viuos & mor-
tuos.] Circa iſtum articulum plura ſunt videnda. Primo de ipſo iudicio, ſecundo de iu-
dice, tertio de iudicandis, quarto de forma iudicis, quinto de loco iudicij & ſignis prę-
cedentibus iudicium, ſexto de igne præcedente diem iudicij. ¶Circa iudicium ſciendũ
eſt, quod fiet generale iudicium omnium poſt reſurrectionem omnium, iuxta illud Io-
han. Omnes qui in monumentis ſunt, audient vocem eius & procedent qui bona fece- Iohã. 5.
runt, in reſurrectionem vitæ: qui vero mala egerunt, in reſurrectionem iudicij. Quod q-
dem verum eſt: & hoc, vt omnes præmientur vel puniantur ſecundum merita ſua in a-
nima & corpore. Vnde Pſalm. Ipſe iudicabit orbem terræ in æquitate, & Matth. Filius Pſal. 66
hominis venturus eſt in gloria patris ſui, & tunc reddet vnicuiq; ſecundum opera ſua. Matt. 16. Roma. 11
Illi enim q fecit maius peccatum reddet & maiorem pœnam, quàm illi qui fecit mino- Matt. 21.
B rem culpam. Matth. Tyro & Sidoni remiſſius erit quàm tibi. Similiter illi qui fecit ma-
iora opera, plus retribuet. ij. Cor. ix. Qui parce ſeminat, parce & metet. Quanto vero qs
in amore Chriſti in hoc præſenti ſæculo iucundior & feruentior fuerit, tanto in reſurre-
ctione, imo & ſine fine glorioſor & ſublimior erit. Sic enim Chriſtus vnumquemq; ho-
minem ponet in fine quem meruit: licet autem deus particulariter iudicet in morte ſua
de quolibet, bonæ animæ dando gloriam, malæ pœnam: tamen omnes ſimiliter in fine
iudicabit, vt ſicut peccauerunt in anima & corpore: ita & in vtroq; puniantur: nec punit
deus bis in idipſum. Sed quod inſufficienter punitum erat poſt mortem, ſufficienter pu-
nietur poſt reſurrectionem. ¶Secundo dicendum, quod diſcernentur merita bo-
na & mala & dabitur ſententia. Vnde Matth. Tunc dicet his qui à dextris erunt: Veni- Matt. 25.
te benedicti patris mei, &c. Eſuriui & dediſtis mihi, &c. Poſtea dicet his qui à ſiniſtris e-
ius erunt: Diſcedite à me maledicti in ignem æternum. Eſuriui, & nõ dediſtis mihi mã-
ducare. Si ergo in æterna damnatione dolebit, qui Chriſtum eſurientem non pauit vel
nudum non veſtiuit, quanto putas tormento cruciabitur, qui Chriſto cibum abſtulit,
aut veſtitum ſpoliauit? quod faciunt illi qui aliena bona diripiunt, & pauperes ſpoliare
non formidãt. ¶Tertio ſciendũ eſt, ꝙ iudiciũ illud fiet anno incerto, mẽſe incerto, die Matt. 24.
incerto oñi creaturæ. Mat. De die illo nemo ſcit neq; angelus, ideo ait apoſto. Dies dñi Marc. 13.
veniet ſicut fur in nocte, id eſt, occulte & ex inſperato. ¶Quædã tamẽ ſigna p̃cedent an- 1. Theſ. 5
te aduentum domini, vt eſt obſcuratio luminarium, aduentus Antichriſti, & prædica-
tio Heliæ & Enoch, non tamen oſtendit certitudinem iudicij vel certam horam. Vnde
ipſe ait diſcipulis, Non eſt veſtrum noſſe tempora vel momẽta, quæ pater poſuit in ſua
poteſtate. Ideo dicit, Vos eſtote parati, quia neſcitis qua hora dominus veſter venturus Actu. 1
ſit. ¶Quarto ſciendum eſt, ꝙ illud iudicium fiet, vt nonnulli putant, in die hora pri- Matt. 25
ma. Vnde dicitur, Mane iudicium ſuum dabit in luce. Pſalmiſta, Deus manifeſte veniet Luc. 12
deus noſter, & non ſilebit. Et iterum, Iudicium tuum tanquam meridiem. Soph. 3
¶Quinto, quia erit terribile malis & delectabile bonis. Pſal. Sicut fluit cera à facie ignis Pſal. 49 Pſal. 36
ſic pereant peccatores à facie dei, & iuſti epulentur & exultent in conſpectu dei. Pſal. 37

¶Sexto ſciendum eſt, ꝙ ſententia illa quæ tunc dabitur, æterna eſt, & ſic irreuocabilis. C
¶Iam de iudice dicendum eſt. Et eſt ſciendum, ꝙ ille iudex eſt æternus deus. Pſalmiſt.
Pſal.7 Deus iudex iuſtus fortis: tamen dicitur de Chriſto filio dei, ꝙ ipſe venturus eſt de cœlo
empyreo in aerem ſuper vallem Ioſaphat ad iudicandum. Quod dicitur, quia trinitas
perſonarum & deitas non apparebit bonis & malis, ſed ſolus Chriſtus in forma huma-
2.Cor.5 na. Iohan. v. Omne iudicium dedit filio vt honorificent filium, ſicut honorificant patrẽ.
Apoſto. Omnes oportet aſtare ante tribunal Chriſti, vt referant propria corporis quæ
geſſerint: ergo pueri baptizati vel non baptizati, cum nulla merita bona vel mala geſſe-
rint, quæ debeant diſcerni, non oportet eos aſtare ante tribunal Chriſti.
¶Ad quod reſpondendum eſt, ꝙ huiuſmodi pueri diſcedentes intererunt iudicio, non
vt iudicentur iudicio diſcutionis, ſed vt videant gloriam iudicis recipientes præmia ſe-
cundum ſtatum ſuum. Chriſtus iudicabit in forma humana, ſecundum quam ab ho
minibus videbitur. Secundum vero formam diuinam non iudicabit eo modo ꝙ for-
ma diuinitatis videatur à malis, quia videri non poteſt diuinitas ſine gloria, cum ipſa ſit
ſumma veritas & ſumma bonitas. Damnati autem cũ ſint ſeparati à beatitudine & gau-
dio, eam videre non poterunt. Præterea ſoli mundo corde deum videbunt, cum damnã
Matt.5 di ſint penitus immundi, nequaquam deum videre poſſunt. Quia ſi viderent deum, pro
cul dubio illorum triſtitia tolleretur & æternum gaudium daretur: quod nullo modo
credendum eſt, quia eſſet contra iuſtitiam dei. Iohann. Hæc eſt vita æterna, vt cogno-
Iohan.17 ſcant te verum deum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum. ¶Vtrum autem iudicabit in
forma humana glorioſa vel non, aliqui dubitant, quia dicitur apud Iohann. Videbunt
in quem transfixerunt, ſed transfixerunt eum in forma infirma, ergo, & cæte. Præterea
Matthęi. xxiiij. Apparebit ſignum filij hominis in cœlo. i. ſignum crucis. Vnde dicitur
ꝙ Chriſtus veniens cicatrices & mortem exprobratiſſimam oſtendet: ergo vt prius. Itẽ
gloſſa ſuper Iohannem: In ea forma qua iniuſte iudicatus eſt, iuſte iudicabit, vt poſſit à
Matt.25 malis videri. ¶Sed contra Lucæ. xxi. Tunc videbunt filium hominis venientem in
nube cum poteſtate magna & maieſtate. Hæc duo ad gloriam pertinent, ergo veniet in D
forma glorioſa. Ideo Symbolum miſſæ dicit: Inde venturus eſt cum gloria iudicare. Prę
terea non habet niſi formam glorioſam, ergo &c. Præterea in primo aduentu iudicatus
eſt in forma infirma, ergo in ſecundo aduentu veniet iudicare in forma glorioſa. Præ-
terea ille qui iudicat, debet eminere illis qui iudicãtur: ſed electi qui tunc iudicabuntur,
habebunt corpora glorioſa: ergo multo fortius iudex: quod putamus eſſe verum.
Zach.12. ¶Ad obiectum reſpondemus, quod videbunt in quem tranſfixerunt, ſed non tali mo-
do. In eadem enim carne apparebit, ſed non ſimiliter ſe habente. ¶Ad ſecundum
dicendum, quod in iudicio apparebit ſignum crucis, non ad indicium infirmitatis exi-
ſtentis, ſed præteritæ, vt oſtendat malis quanta paſſus fuit pro eis, vt ingrati amplius con
fundantur & diſtrictius iudicentur. ¶Ad tertium dicimus, quod Chriſtus in forma
humana glorificata videbitur à bonis, vt gaudeant: & à malis, vt doleant: deitatem tamẽ
non videbunt, quoniam in Chriſto gaudere non poterunt, quem diligere noluerunt.
Erit itaq; illa viſio reprobis valde pœnalis, quoniam Chriſtum iratum eis videbunt &
vindicantem, quod eſt pœna incomparabilis, creaturam à conditore deſpici & ab eius
amore ſine fine ſequeſtrari. Dolebunt mali, quia æternum ignem meruerũt. Sed multo
magis quia beneplacitum creatoris perenniter amiſerunt. Heu dolor inexcogitabilis, in
ſumma neceſſitate ab illo qui ſolus ſaluare poteſt, deſeri, & ſolis inimici cruciatibus de-
Chrs ma los iratus aſpiciet putari. Heu miſeria. Multo tolerabilius eſſet iam in æternis ignibus vrere, quàm illos
Chriſti præclaros & amabiles oculos nobis iratos & auertentes ſemel videre. ¶Sicut
regi amicus gaudet de bono amici: & inimicus triſtatur: ita boni gaudebunt in viſione
corporis Chriſti glorificati: mali vero contriſtabuntur. Congregabo omnes & addu-
cam eos in vallem Ioſaphat, & diſceptabo cum eis. Iohe. iij. Et Actu. i. dicitur apoſtolis:
Hic Ieſus qui aſſumptus eſt à vobis in cœlum, ſic veniet quemadmodum vidiſtis eum
aſcendentem in cœlum. Sed ipſe aſcendit de monte olиueti, qui præeminet valli Ioſa-
phat, ergo circa loca illa veniet ad iudicium, quod putamus eſſe verum. ¶Illud iudici-
um præcedẽt plura ſigna in cœlo & in terra, in aqua & in hominibus. In cœlo obſcura-
tio luminarium. Rabanus ſuper Matth. dicit: Nihil prohibet intelligere tunc temporis
veniente domino ſolem & lunam cum cæteris ſideribus ſuo lumine priuari. Sicut con-
ſtat



A ſtat eſſe factum tempore paſſionis. ¶De ſignis aquæ dicitur Luc. xxi. In terris erit preſ Iohel.2
ſura gentium præ confuſione ſonitus aquarum. In terra erunt plures terręmotus, quàm Matt.13.
vnquam fuerunt. In hominibus erunt ſigna plura. Veniet primo Elias Theſbites & E-
noch de paradiſo terreſtri in Ieruſalem ad prædicandum fidem Chriſti: & tunc Iudæi
conuertentur. Tunc veniet antichriſtus de Babylone in Ieruſalem docens contrarium
prædicationi illorum, & multos puertet falſis doctrinis & mirabilibus operibus ac per
ſecutiõe, qui occidet Eliam & Enoch, & illum occidet Michael. Iſta ſigna præcedẽt ad Mala.4
oſtendendam authoritatem & dignitatem Chriſti venientis ad iudicium: ad quæ ſigna
boni timebunt, vt dicit Luc. Areſcentibus hominibus præ timore, mali autem non time Lucæ.21.
bunt propter ſigna. Vel poteſt dici, quod erunt ſecuri ſua reputatiõe, antequam ſigna ap
pareant. Ignis etiam iudicium præcedet. Pſal. Ignis in conſpectu eius exardeſcet. Et ite-
rum: Ignis ante ipſum præcedet, & inflammabit in circuitu inimicos eius. Quantum a-
qua diluuij aſcendit, tantum aſcendet ignis, hoc eſt. xl. cubitis ſupra altitudinem mon- Pſal.49
tium. ¶Bartholomeus: Credo in ſpiritum ſanctum.] id eſt, credo ſpiritum ſanctum Pſal.96
eſſe æternam perſonam in trinitate perſonarum, & ita ipſum eſſe deum cum patre & fi- 2.Pe.3
lio, & per amorem tendo in eum, ſicut in patrem & filium: quæ tres perſonæ ſunt vnum
in eſſentia ſiue in diuinitate. Credimus etiam ſpiritum ſanctum viuificantem, quia vitã
naturæ tribuit, vitam gratiæ, vitã gloriæ tribuit oĩbus viuentibus p̄dictis modis viuẽdi.
Iohan. vi. Spiritus eſt qui viuificat. Pater dicit̃ illa ꝑſona quæ generat de ſua ſubſtantia
filiũ ſibi ſimilem in natura. Filius dicitur illa ꝑſona quæ eſt genita à patre ſuo ſimilis pa-
tri & conſubſtãtialis ei. Spiritus ſct̃us dicit̃ illa ꝑſona quæ ſpiratur, habens eandẽ perſo-
narũ naturã. Pater generans filiũ non ſolũ dedit ei quod eſſet filius ſed vt eſſet deus, dãs
ei ſubſtantiã ſuã ſiue eſſentiã ſiue naturã non partem ſed totam, quia non habet partẽ.
Similiter pater & filius ſpirantes ſpiritũ ſanctum dederunt ei totam eſſentiam ſuã: & ita
eſt deus æqualis patri & filio. ¶Matth. Sanctã eccleſiam catholicam.] Et eſt ſenſus:
Credo in ſpiritum ſanctũ ſanctificantem vniuerſalem eccleſiam. Eccleſiam, id eſt, cõgre
gationem fidelium. Catholicam, id eſt, vniuerſalem. Sanctam eſſe poſitiõe virtutum &
B remotione oĩm vitiorum. ¶Eccleſia dicitur ſponſa Chriſti. Oſeæ. ij. Sponſabo te mi-
hi in ſempiternum. Eſt etiam domus dei cuius fundamentum eſt Chriſtus. Eccleſia eſt
regnum Chriſti, & Chriſtus eſt rex: quicunq; ergo turbat regnum turbat & regem. Oſeæ.2 1.Co.3
¶Præterea Chriſtus eſt caput eccleſiæ & eccleſia membra eius & corpus, qui læditur in 1.Co.15
aliquo membro anguſtat caput, vnde infideles qui verbis impugnant eccleſiam & pec-
catores qui malis factis corrumpunt eccleſiam quantũ eſt in eis & tyranni qui ꝑſequun
tur & affligunt eccleſiam dei, perſequuntur & affligunt Chriſtum. ¶Simon Chana-
næus: Sanctorum communionem, remiſſionem peccatorum.] Sanctorum communio Ephe.1.5.
multiplex eſt. Prima eſt ſacramentorum eccleſiæ. Secunda eſt gratiarum & virtutum.
Tertia eſt communio doctrinæ. Sapiẽ. vi. Quã ſine fictione didici, & ſine inuidia cõmu
nico. Quarta eſt compaſſionis, omnes enim ſancti in hac vita aut patiuntur, aut alijs pa- 1.Co.12
tiẽtibus compatiuntur, de qua Apoſtolus: Benefeciſtis cõmunicantes tribulationi meæ. Rom.12.
Quinta eſt pietatis & charitatis, qua cõmunicat bona temporalia indigentibus à ſe ſub- Heb.13
trahendo ſuperflua alijſq; tribuendo neceſſaria. Sexta eſt meritorũ de qua Pſalm. Par- 1.Ioh.3
ticeps ego ſum timentium te, & cuſtodientium mandata tua. Eccleſia eſt vnum corpus Pſal.118.
Chriſti, propter quod vnus cibus toti corpori prodeſt. Quilibet ſanctorũ habet de lucro
alterius. Communio eſt etiam præmiorum in cœlo, quia beati communicant beatitu-
dinem aliorũ in Chriſto. ¶In eccleſia fit remiſſio peccatorũ & non extra eam. In pœ-
nitentia autem remittitur peccatum, videlicet contritione, confeſſione, ſatisfactione. In
contritione remittitur peccatum, quia contritio eſt dolor de peccato cum gratia. Rõne
gratiæ deletur peccatum, vnde vere pœnitens vel hic punitur vel in purgatorio. Sed ſi
quęratur quomodo poteſt ignis agere in animam cum ſit corporeus & anima ſpiritus?
Ad hoc dici poteſt, quod ignis ille cum contineat animam, agit in eam voluntate dei vt
inſtrumentum diuinæ iuſtitiæ, vt ſicut anima peccando ſubdidit ſe creaturis, ſic in pœ-
na ſubdatur igni quæ eſt creatura dei. ¶Iudas Thaddæus: Carnis reſurrectionem] No
mine carnis intelligitur corpus humanũ, ſ. caro, oſſa, nerui, cartilagines, & omnia quæ
ſunt de perfectione corporis humani. Circa quam reſurrectionem notanda ſunt plura. 2.Cor.5
Primo quod omnes reſurgent qui fuerunt à principio mũdi & erũt vſq; ad finẽ eius, ſci-
d iij licet

licet tam boni quàm mali. Secũdo quod ijdem homines qui vixerunt & mortui ſunt re C
1. Cor. 15. ſurgent. Tertio quod reſurgent ſine diminutione alicuius membri ſcilicet integri. Qua
Iob, 19. ætate reſurgent, qualiter corpora habebunt communiter. Quarto quod deus eſt cauſa
rei. Et de tempore quo fiet reſurrectio. ¶De primo dicendum, ꝙ omnes reſurgent &
primo quod boni. Dicit enim Iob: Scio quod redemptor meus viuit & rurſum circũda-
Iohã. 16. bor pelle mea & in carne mea videbo deum. ¶Secundo, membra debent eſſe confor-
mata corpori: ſed Chriſtus eſt caput corporis eccleſiæ: & caput reſurrexit, ergo & mem-
bra reſurgent. ¶Tertio, Anima meruit in corpore: ergo debet præmiari in corpore: ſed
nõ præmiatur in hac vita, imo affligitur & malus proſperatur: ergo in alia vita: ſed hoc
non poteſt fieri niſi homo reſurgat. ¶Quarto: Quædam ſunt opera coniuncta, vt tri-
bulationes pati, martyrizari, ieiunare, eleemoſynas dare, libros cõponere: ſed talibus o-
peribus debetur merces: ergo oportet vt homo compoſitus ex anima & corpore qui i-
ſta tulit & fecit, reſurgat ad recipiendum mercedem. Alioquin fruſtra laboraret corpus
quod vbiq; affligitur, & nuſquam proſperaretur: quia viuens in mundo deſpicitur, in ſe
pulchro à vermibus corroditur. ¶Quinto, Anima de natura triſtatur in ſeparatione
ſua à corpore, ergo gaudebit in ſua coniunctione ad corpus. Igitur cum hoc appetat ni-
Iohã. 10 ſi hoc fieret, nunquam eſſet plene beata, eo ꝙ ſuo amato naturali careret, quod non vult
Oſee. 13 deus: ergo vt habeat bonum & quietum ac perfectum ſtatum, oportet corpori reforma
ri & vniri. ¶Sexto: Mors eſt introducta per peccatum, ſed Chriſtus venit mortem
expellere & vitam inducere ac reſtaurare hominem ad priorem ſtatum, imo ad melio-
1. Cor. 15 rem: ergo oportet vt reſurgant boni ad gloriam percipiendam. Quod & omnes mali re
ſurgant, oſtenditur. Nam veritas ait. Iohan. v. Omnes qui in monumentis ſunt, audiẽt
vocem filij dei: ſed in monumentis ſunt corpora malorum, ſicut & bonorum: & omnes
audient vocem filij dei: & qui audierint viuent: ergo omnes reſurgẽt. Apoſtolus: Om̃es
Gene. 1 reſurgemus, ſed non omnes immutabimur, ſed ſolum boni: ergo boni & mali reſurgẽt,
ſed mali nõ mutabuntur mutatione glorioſa. Nec ſolum illi qui geſſerũt bona vel mala
reſurgent, ſed etiam paruuli non baptizati, vt pro peccato contracto puniantur pœna D
damni: & baptizati vt ſaluentur gratia Chriſti. Ex prædictis patet, ꝙ omnes filij Adæ
morientur priuſquam reſurgant, & non ſolum morientur, ſed etiam eorum corpora re-
ſoluentur in terram aut in cinerem, ſecundũ illud: Cinis es, & in cinerẽ reuerteris. In die
vero iudicij reformabunt. Vnde Aug. in Ezech. Non pibit deo terrena materies, de qua
mortalium caro creatur: ſed in quemlibet puluerem aut cinerem reſoluatur, in quoſli-
bet halitus auraſq; diffugiet, in quamcunq; aliorum corporum ſubſtantiam, vel in ipſa
elementa vertet: in quorũcunq; animalium vel cibum hominũ cedat in carnemq; verta
tur, illi animæ in puncto temporis redit, quæ illam primitus vt homo fieret, creſceret, vi
ueret, animauit. ¶Similiter eſt dicendum de animabus, ꝙ vbicunq; fuerint, ſiue in
Iob. 19 inferno damnatorum, ſiue in limbo puerorum, ſiue in purgatorio, ſiue in cœlo, proprijs
corporibus vnientur: vt in eis & cum eis recipiant gaudia vel tormenta.
¶In nouiſſimo die de terra ſurrecturus ſum & in carne mea videbo deum ſaluatorem
meum. Et loquitur de viſione dei poſt reſurrectionem. ¶Item Damaſcenus: Reſurre-
Iob. 19. ctio eſt eius qui cecidit, iterata ſurrectio: ſed hoc corpus quod homo gerit in vita, cadit
in morte: ergo reſurget. Dubium finit Iob dicens: Quem viſurus ſum ego ipſe & non a-
lius, oſtendens aperte ꝙ idem homo numero reſurget. ¶Item Auguſti. Reſurgere
nihil aliud eſt, q̃ reuiuiſcere. Reuiuiſcere eſt iterum viuere: ergo idem homo qui vixit &
poſtea mortuus eſt, reuiuiſcet. ¶Secundo: Si anima aſſumeret aliud corpus quàm pri-
us habuit, non diceretur reſurrectio, ſed noui corporis aſſumptio. ¶Tertio: Si eidẽ cor-
pori alia anima cõiungeretur, nec eſſet reſurrectio, ſed nouæ aĩæ receptio, tũc anima nõ
remuneraretur cum corpore ſuo, nec corpus cum anima ſua: quod non patitur iuſtitia
dei. Cũ ergo eadẽ aĩa numero eidẽ corpi numero cõiungenda ſit, idẽ homo numero re-
ſurget: quod verum eſt, imo & probabile, q̊d omne reſolutũ ex oſſibus redibit ad oſſa, &
omne reſolutum ex carne redibit ad carnem, & ſingula ad partes ſuas, & ad membra
ſua, & ad ſenſus ſuos in reſurrectione: vt ſic quodlibet membrum recipiat mercedem,
1. Cor. 15. quam meruit ſeruiendo vitio vel virtuti. Item ait apoſtolus: Mortui reſurgẽt incorrupti
Gloſſa, i, ſine diminutione membrorum: ꝑ quod patet q̊d oĩa mẽbra q̃ naturaliter fue-
runt



A runt in humano corpore, reſurgent, vnde apud Lucam Chriſtus dicit: Capillus de capi-
te veſtro non peribit. Item ait apoſtolus: Donec occurramus omnes in vnitatem fidei, in Lucæ. 21.
virum perfectum, in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti: ſed Chriſtus reſurrexit in Ephe. 4
ætate iuuenili, quando fuerat xxxij. annorum & trium menſium ſecundum Augu. ergo In Chr̃i ætate re-
omnes homines reſurgẽt in ſimili ætate: & hoc erit quia illa ætas fortis erat, robuſta, pul ſurgent omnes
chra, & decora ac perfecta, quia tunc ceſſat motus augmenti, quæ om̃ia conueniunt cor
pori reſuſcitato. Non tamen reſurgent omnes in menſura corporis Chriſti ſiue ſtaturę,
ſed in menſura & ſtatura propria, quam habuit in iuuentute, etiam ſi ſenex obijt, vel fue-
rat habiturus, ſi ante defunctus erit. Sicut enim naturaliter nũc homo eſt maior alio, ita
& in reſurrectione, quia in ea non variatur naturalis quantitas indiuidui. Si enim ali-
quis habet magnum naſum & ſic de alijs ex ſuperfluitate naturæ: vel fuerit minus ex de-
fectu naturæ, deus ſubtrahet ſuperfluum & ſupplebit defectum.
¶Sed quando reſurrectio fiet: dicendum eſt, quod & erit poſtquam mundus purga
tur per ignem & ceſſat motus cœli. Vnde Iob. xiiij. Homo cum dormierit non re-
ſurget, donec atteratur cœlum: ſed atteretur cœlum, quando ceſſabit motus eius volun-
tate diuina. Tunc etiam omnia viuentia morientur, ſicut ceſſante motu cordis moritur
homo, & tunc fiet reſurrectio omnium ſimul, exceptis illis qui priuilegio ante reſurrexe
rant, quod fiet vt maius ſit gaudium, quàm ſi particulariter & diuiſi reſurgerẽt. Sed pro
certo neſcitur, an die aut nocte futura ſit reſurrectio. Quibuſdam videtur, quod fiet no
cte. Vnde in Matt. Media nocte clamor factus eſt, ecce ſponſus venit, exite obuiam ei.
Chriſtus etiam nocte natus eſt: & ſicut nocte venit in mundum, ita eadem hora putatur Marc. 13
quod veniet ad iudicãdum Alijs videtur, quod fiet die, vnde Iob: In nouiſſimo die de ter- Luc. 21
ra, &c. & Soph. i. Dies illa dies iræ, &c. Et apud Iohan. Scio quod reſurget in reſurrectio Matt. 25.
ne in nouiſſimo die. Quibuſdã videtur, quod reſurrectio fiet diluculo, ſicut Chriſtus di- Iob. 19
luculo ſurrexit: Vnde ait: Surgam diluculo ſole exiſtente in oriente & luna in occiden- Iohã. 11
te, vbi creata fuerunt. Hi dicunt quod Chriſtus dicitur venturus de nocte non ratione Pſal. 54.
temporis ſed aduentus Chriſti ſubiti & improuiſi. ¶Dicitur venturus in die, quia ſplẽ 1. Theſ. 5
dore corporis ſui glorificati aerem illuminabit, vel quia tunc omnia manifeſtabit. 2. Pet. 9
B ¶Quædam vero fient in tempore, quædam in inſtanti. In tempore fiet collectio cinerũ 1. Cor. 4.
& aduentus animarum ad propria corpora. Reformatio autem corporum & infuſio a-
nimarum, fiet in inſtanti: & hoc fiet, quia à deo, diuina virtute & infinita quæ in inſtan-
ti operatur, ideo ait apoſtolus: Omnes reſurgent in momento in ictu oculi, in nouiſſima
tuba: quæ tria in tempore fiunt. Momentum enim eſt pars temporis, oculus icit in tem-
pore, ſonus turbæ ſit in tempore, finito ſono fiet reſurrectio: ſicut finitis verbis ſacramẽ
talibus fit ſacramentum. ¶Cauſa efficiens reſurrectionis hominum eſt deus. Dama
ſcenus: Credo reſurrectionem fiendam diuina voluntate & virtute & nutu. Ad Theſ. I-
pſe dominus in iuſſu & in voce archangeli & in tuba dei deſcendet de cœlo & mortui q
in Chriſto ſunt, reſurgent primi. ¶Idem autem eſt iuſſus, vox archangeli & tuba dei. 1. Theſ. 4
Iuſſum appellat imperium, quo Chriſtus in eo quod eſt deus imperabit, dicens: Surgite
mortui, venite ad iudicium. Et forte propter conuenientiam ad vſum tubæ in veteri te-
ſtamento. Nam ſono tubę congregabantur ad concilium, commouebantur ad bellum,
& vocabantur ad feſtum: ita reſurgentes tuba dei congregabuntur ad concilium gene-
rale. Commouebuntur ad bellum ineuitabile, quia vt dicitur in libro Sapien. Pugnabit Sapi. 5.
orbis terrarum contra inſenſatos: & vocabuntur. ſ. electi ad feſtum iucunditatis æternę. Apoc. 19
Inde dicitur: Beati qui ad nuptias agni vocati ſunt. ¶Nunc vocati ſunt ad nuptias bo
ni & mali, ſed quia iam venire renuunt cum poſſunt, in vltimo iuditio volentes intrare
non poſſunt. Quia tunc om̃ibus illis clauſa eſt ianua regni cœleſtis, qui dum in via ſunt,
ad amorem Chriſti nolunt aperire ianuam mentis. Illa vox appellatur clamor in Euan Iohan. 9
gelio, & bene quia excitabit dormientes, id eſt, mortuos. Pſal. Dabit voci ſuæ vocem vir Matt. 25
tutis. Gloſſa: Vocem virtutis ſuſcitandi mortuos, nõ ꝙ vox ſuſcitet, ſed ille cuius eſt vox Pſal. 67
iudicabit, & ad aduẽtum Chriſti citabit reſurgentes. ¶Matthias: Et vitam æternã). i. cre
do vitã æternã iam eſſe datã quibuſdã qui diſceſſerunt in gratia dei, & dãdam alijs qui
in gratia diſcedunt. Corpus mortuum reſurget ad vitam immortalem, quæ om̃ibus e-
rit, ſed differenter. Nam ſaluati viuent inęternũ btĩ. Dãnati ꝟo viuẽt inęternũ maledicti 1. Cor. 15.
& miſeri, vnde Matt. Ibunt hi in ſuppliciũ æternũ, iuſti aũt in vitam æternã. Heu quid Matt. 25
cogitant Iohã. 5.

Iob.21. cogitant carnales & terreni, qui dum ſe putant proſperari in vanis mũdi gaudijs, ad tor- C
menta deſcendunt infernalis ignis. Nonne melius foret paruo tempore voluntaria pau-
1.Pet.4. Iob.10 pertate hic deſpici, vt poſtea cum angelis æternaliter valeant gratulari, quàm modicum
carnalibus abundare delitijs & ſubito incendijs deputari æternis. Crede mihi carnalis
amator, quia dies venit in quo dices, vtinam conſumptus eſſem, ne oculus me videret.
Cur exceptus genibus, lactatus vberibus, quid me o mater genuiſti filium perditionis &
mortis, generatio mea ablata eſt & conuoluta eſt à me. Iam dæmonibus deputatus ſum
Iſaiæ.38. per culpam, qui cum angelis lætari potuiſſem per gratiam, vita æterna eſt beata carens
fine & miſeria, omni dulcore & melodia pleniſſima ſanctis hominibus parata.

¶Beatitudo enim erit in corpore & anima vt totus homo ſit beatus. In anima erit cogni-
tio dei, dilectio dei, comprehenſio dei: ex quibus ſequitur fruitio dei. Corpori autem da-
Ephe.2 buntur quatuor vt ſit beatum & glorioſum, ſcilicet claritas, impaſſibilitas, ſubtilitas, agi-
Quibus litas, duo debent addi, locus & ſocietas, ſcilicet cœlum & conſortium angelorum.
dabiť vita æterna ¶Dabitur ergo vita æterna. Primo baptizatis in gratia baptiſmali decedentibus. Iohã.
Iohan.7 Fiet in eo fons aquæ ſalientis in vitam æternam, id eſt, facientis ſalire. ¶Item fideli-
Iohã.3. bus fidem cum operatione habentibus. Iohann. iij. Vt omnis qui credit non pereat, ſed
1.Iohã.3. habeat vitam æternam. Item charitatem habentibus. Iohã. Nos ſcimus quoniam tranſ-
Roma.8 lati ſumus de morte ad vitam quia diligimus fratres. Item ſpiritualiter prudentibus. A-
Actu.14. poſtolus: Prudentia ſpiritus vita & pax. Item patientibus tribulationes pro deo & hanc
præſentem vitam contemnentibus Iohann. xi. Qui odit animam ſuam in hoc mundo
in vitam æternam cuſtodit eam. Item pœnitentiam dignam agentibus. Matth. vij. Ar-
Ecci.24 ta eſt via quæ ducit ad vitam, quæ via eſt pœnitentia. Item veritatem prædican-
Matt.19. tibus & ſequentibus: Qui elucidant me, vitam æternam poſſidebunt. Item
pauperibus bonis. Ecci. vi. Quid habet pauper niſi vt pergat vbi eſt vi-
ta? Item mandata dei obſeruantibus. Matth. Si vis ingredi ad vi-
tam ſerua mandata. Item Chriſtum ardenter amanti-
bus Ecci. iiij. Qui tenuerit illam, ſcilicet
ſapientiam, vitam hæ-
reditabit. D

¶Symboli Apoſtolici cum enarratione D. Richar-
di Pampolitani eremitæ,
¶FINIS.



# A SYMBOLI ATHANASII EXPOSITIO CLARISSIMA, PER D. Richardum Pampolitanum EREMITAM.

QVicunq; vult ſaluus eſſe, ante omnia opus eſt, vt teneat
catholicam fidem.] Hic beatus Athanaſius liberum
arbitrium poſuit, ſicut dicitur in Pſalmo: Quis eſt ho- Pſal.88.
mo qui viuit & non videbit mortem? Et in Euãgelio: Matt.16
Qui vult venire poſt me, & cæ. Similiter & hic. [Qui-
cunq; vult ſaluus eſſe] Non dicit: Quicũq; vult, ſaluus Deus neminẽ cogit ad fidem
erit: ſed quicunq; vult ſaluus eſſe. Quia deus omnipo-
tẽs nullum hominem inuitum aut coactum trahit ad
fidẽ, niſi quis propria voluntate vult venire ad fidem.
Sed quicũq; vult ſaluus eſſe in corpore vel aĩa, neceſ- Heb.11
ſe eſt, vt catholicam teneat fidẽ. Quia ante oĩa opus Abac.2
eſt ex neceſſitate, vt fides præcedat ante omnem ope- Quid ſit Catholica.
rationem vel inchoationem vel principium, vnicuiq; opus eſt vt teneat catholicam fi-
dem, dicente Apoſtolo: Sine fide impoſſibile eſt placere deo. Et iterum: Iuſtus ex fide vi-
uit. Catholica græca dictio eſt, latine interpretatur generalis, quæ ꝑtinet ad omnes ho- Fidei deſcriptio.
mines vniuerſaliter, quia per vniuerſum orbem diffuſa eſt. ¶Fides eſt credulitas, qua
veraciter credimus id quod nequaquã videre valemus. Vnde Apoſtolus: Fides eſt ſub- Hebr.11.
ſtantia ſperandarum rerum non apparentium. Nam fides eo ꝙ ſit inter deum & homi- Iohan.3
nem, quia fidem omnium virtutum fundamentum oportet tenere ante omnia, quia ſi-
B ne fide nullus poteſt ſaluus eſſe. ¶Hæc ratio fidei catholicæ traditur etiam in veteri-
bus codicibus à beato Athanaſio Alexandrino ſcripta, quia iccirco tam plane & breui
ſermone tradita fuit, vt in omnibus catholicis & hymnis eruditis tutamen defenſionis
præſtaret aduerſus illam tempeſtatem, quam ventus contrarius, hoc eſt diabolus conci-
tauit, per quam tempeſtatem qui fugere deſiderat, hanc fidei veritatem integre & inuio-
labiliter teneat. ¶Ita enim incipit ipſum opus, dicens: Quicunq; vult ſaluus eſſe, ante Fides inuiolata quæ ſit
omnia opus eſt vt teneat catholicam fidem.] Quam niſi quiſq; integram inuiolatam-
q; ſeruauerit. Quod dicitur in capite horum verſuum, hoc repetitur in fine, nam hoc eſt
in æternum perire quod non eſſe ſaluus, quod perire. Quam niſi quiſq; integram inuio-
latamq; ſeruare admonetur fidem. Ideo facit, quod nihil eſt de illa auferendum, nihilq;
mutandum. Sicut faciunt hæretici ſacramenta fidei corrumpendo, propter quod ab ec-
cleſia repellũtur. Quam niſi quiſq; integram, id eſt, vnuſquiſq; integram, id eſt, plenam
& perfectam, vt eam non ſcindat per hæreſim, neq; vllo ſchiſmate corrumpat. Inuiola-
tamq;, id eſt, vt eam non violet male docendo atq; prædicando. Et ſi eam non cuſtodie-
rit integram & inuiolatam, abſq; dubio in æterna damnatione peribit. Fides autem ca-
tholica. Catholicum nomen græcum eſt, interprætatur autem vniuerſale, toto mũdo
diffuſa eſt eccleſia. In hac trinitate tanta eſt ſubſtãtiæ vnitas, vt æqualitatem teneat, plu- Deus trinus & vnus
ralitatem non recipiat: tanta perſonarum diſtinctio, vt vnione non permiſceatur. Ita to-
ta deitas ſui perfectione æqualis eſt, vt exceptis vocabulis quę proprietatem indicant ꝑ-
ſonarum, quicquid de vna prædixeris, de tribus digniſſime poteſt intelligi, & nõ magis
ſit in tribus quàm in ſingulis, neq; minus in ſingulis quàm in tribus, velut ſi tribus homi-
nibus dicas quod ſint immortales: ego non intelligo plus poſſe viuere ſimul tres quã ſin-
gulos, nec minus ſingulos quã totos tres, vnde trium vna eſt immortalitas. Aut ſi æqua-
liter ſunt ſapientes, non plus ſapiunt ſimul quàm ſinguli: ſed tanta eſt in vnoquoq; ſa-
pientia, quanta in tribus. Fides autem catholica. Nunc manifeſtat, quid eſt fides. Qua-
liter vnuſquiſq; credere debeat. Debemus credere deum trinum & vnum, vnum in ſub-
ſtantia & trinum in perſonis, neq; propter trinitatem debemus dimittere vnitatem, nec
propter vnitatem debemus dimittere trinitatem, vt ipſum quem colimus veneremur

vnum & trinum, vnum propter vnitatem ſubſtantiæ, trinum propter perſonarum vo- C
cabula, veneremur. i. adoremus atq; colamus. ¶ Neq; confundentes perſonas neq; ſub
ſtantiam ſeparantes.] confundere eſt commiſcere, quia non debemus vnam perſonam
tantum credere: ſicut Sabellius affirmabat, ſed tres, id eſt, patrem & filium & ſpiritũ ſan
ctum: nec ſubſtantiam ſeparare, vt Arrius hæreticus affirmabat, dicens quod ſicut erant
tres perſonæ, ita fuiſſent tres ſubſtantiæ. Patrem aſſerebat maiorem filio, filium mino-
rem patre, ſpiritum ſanctum miniſtrum eorum dicebat. Neq; ſubſtantiam ſeparantes.
Subſtantia dicitur eo, quod ex ſemetipſa ſubſiſtat. Subſtantia vero commune eſt omni-
Deus oĩum rerũ creator um rerum, quæ ſunt, cœlum, luna, & terra, arbores, homines etiam ſubſtantiæ dicũtur.
Deus igitur ſubſtantia, & ſumma ſubſtantiarum, & prima & omnium ſubſtantiarum
cauſa, quia omnium rerum creator eſt. Eſſentia proprie de deo dicitur, quia ſemper eſt
quod eſt, quia incommutabilis eſt. ¶ Alia eſt enim perſona patris, alia filij, alia ſpiri-
tus ſancti.] Alia eſt enim perſona patris, hic contra Sabellium ſunt perſonæ diuiſæ, qui
aſſerit vnam eſſe, quia pater in ſua perſona non eſt filius, ſed tantũ pater: nec filius in ſua
perſona eſt pater, ſed tantum filius, nec ſpiritus ſanctus in ſua perſona eſt pater, nec fili-
us, ſed tantum ſpiritus ſanctus ex vtroq; procedens [& patris & filij, & ſpiritus ſancti
vna eſt diuinitas] id eſt, vna ſubſtantia [æqualis gloria] id eſt, coæqualis ſine initio &
fine [coæterna maieſtas] id eſt, gloria & poteſtas. [Qualis pater, talis filius, talis ſpiri-
tus ſanctus] quia ſicut pater eſt æternus vel omnipotens ſeu inuiſibilis: ſimiliter & filius
Iohã. 1 & ſpiritus ſanctus. [Increatus pater.] In præpoſitio in hoc loco pro non poſita [increa
Pſal. 32 tus pater] id eſt, non creatus, quia ipſe eſt omnium factor, & à nullo factus [increatus fi
Pſal. 144 lius] nõ creatura ſicut Arrius dicebat, quia omnia ſimul creauit cum patre, ſimiliter [&
ſpiritus ſanctus, Immenſus pater, immenſus filius, immenſus ſpiritus ſanctus] Immen-
ſus quia eius magnitudinem vel quãtitatem nullus menſurare poteſt, quia cœlo eſt ex-
Pſal. 138 celſior, terra profundior & latior mari. Et eſt incircunſcriptus, incorporeus, illocalis, v-
Deus eſt vbiq;. biq; totus, & non eſt locus vbi non ſit, ſicut dicitur in Pſalmo: Si aſcendero in cœlum, tu
illic es: ſi deſcẽdero ad infernum, ades. Et ſi iero ad extrema maris, ibi me dextera tua te-
nebit. Ipſe eſt intra omnia & non concluſus, extra omnia & non excluſus. Similiter & D
filius, qui attingit à fine vſq; ad finem fortiter, de quo ſcriptum eſt: Verbo domini cœli
Pſal. 32 firmati ſunt: pari modo & ſpiritus ſanctus, vnde: Spiritus domini repleuit orbem terra-
Sapien. 1. rum. [Aeternus pater, æternus filius, æternus ſpiritus ſanctus] hic æternus pro ſempi-
terno debemus intelligere. Aeternus dicitur deus pater q ſine initio & ſine fine conſtat.
Similiter & filius & ſpiritus ſanctus, quia ſicut nunquam non pater: ita nunquam non
filius ac ſpiritus ſanctus. [Et tamen non tres æterni, ſed vnus æternus.] Iſta nomina pa
tris & filij & ſpiritus ſancti, ſæpe dicimus, relatiua ſunt, quia alia ad alia referuntur, ver-
bi gratia: Seruus ad dominum, dominus ad ſeruum. Magiſter ad diſcipulum, diſcipu-
lus ad Magiſtrum, pater ad filium, quia nullus pater dicit niſi habeat filium, nullus fili-
us niſi habeat patrem cum ſit filius. Similiter ſpiritus ſanctus, non autem à ſe, ſed alicu-
ius ſpiritus eſt. Similiter relatiue dicit ſpiritus ſanctus, donatorem dico eſſe patrem, do-
num vero ſpiritum [Sicut non tres increati, nec tres immẽſi, ſed vnus increatus & vnus
immenſus] id eſt, vnus eſt deus in ſubſtantia. [Similiter omnipotens pater, omnipotens
filius, omnipotens ſpiritus ſanctus.] omnipotens dicitur quia omnia poteſt, ſcilicet aut
non faciendo quod non vult, aut faciendo omnia quęcunq; vult, & nihil illi impoſſibi-
le eſt. Omnipotens filius, quia quicquid poteſt pater & filius, nihilominus & ſpiritus
ſanctus. Et tamen non tres omnipotentes, ſed vnus omnipotens, [ita deus pater, deus
filius, deus ſpiritus ſanctus.] Deus proprium nomen trinitatis eſt pertinẽs ad patrem et
ad filium & ad ſpiritum ſanctum, tranſlatum ex græca appellatione. Nam deus, græce
theos dicitur. Pater proprium nomen eſt patris. Pater quia ſolus eſt pater. Et proprium
nomen eſt filius. Filius quia ſolus filius eſt à ſolo patre. Et proprium nomen eſt ſpiritus
ſanctus, ſpiritus ſanctus quia ſolus ab vtroq; procedit. Dominus eſt pater, quia ipſe eſt
fons & origo deitatis. Similiter filius dominus, hoc non à ſemetipſo quia nõ eſt à ſe, ſed
à ſolo patre eſt genitus. Pari modo ſpiritus ſctũs non à ſe eſt dñs, ſed à patre & filio pro-
cedens: & tamen ſicut ſcriptum eſt: Non tres dij ſed vnus eſt. Vnde dicitur: Audi Iſrael
dominus deus tuus deus vnus eſt. [Et tamẽ non tres dij ſed vnus eſt deus. Ita dominus
pater, dominus filius, dominus ſpiritus ſanctus.] Dominus dicitur à dominatione, eo ꝙ
in crea-



A in creaturam ſuam dominetur & regat eam atq; gebernet. Similiter & filius & ſpiritus
ſanctus. De patre ſi quis interrogauerit, quid eſt in perſona? Reſpõde deus & dominus.
Si autem de filio ſimiliter: dominus & deus. Si vero de ſpiritu ſancto, indubitanter reſpõ
de, plenum deum & dominum eſſe eum. [Et tamen non tres domini, ſed vnus eſt domi-
nus] id eſt, in ſubſtantia. [Quia ſicut ſingillatim deum aut dominum confiteri Chriſtia
na veritate compellimur: ita tres deos aut dominos dicere, catholica religione prohibe- Iohã. 1.
mur. Pater à nullo eſt factus] quia ipſe omniũ factor eſt [nec creatus] ſed creator [nec Filiꝰ oĩm
genitus] ſed genitor. Pater enim græce latine dicitur genitor. [Filius à patre ſolo eſt nõ factor ſi
factus] quia ipſe omnium factor ſimul cum patre [nec creatus] quia ipſe eſt omnium mul fuit cũ patre
creator [ſed genitus] ſolus à ſolo patre. Et vnaquæq; perſona habet proprium, quod nõ
habet alia. Proprium habet in perſona pater, quia ſolus eſt pater. Et proprium habet in
perſona filius, quia ſolus à ſolo patre genitus eſt. Sed & habet aliquod propium filius, Filius hu
quod non habet pater nec ſpiritusſanctus. Habet filius æternitatem cum patre & ſpiritu manitatẽ
ſancto, & habet in tempore natiuitatem de matre, quam non habet ſpiritus ſanctus, nec habet in
pater, quia non ſuſcepit in ſua perſona pater carnem, nec ſpiritus ſanctus, ſed tantum fi- tp̃e quã
lius, vt nobis in ſe oſtenderet duas habere naturas, vnam ante omnia ſecula qua genitus nec pater nec ſpũs
eſt ex patre, de qua dicit Iſaias: Generationes eius quis enarrabit? Alteram in tempore, ſctũs hẽt.
qua natus eſt ex matre, de qua dicit Apoſtolus Paulus: Cum autẽ venerit plenitudo tẽ- Iſai. 53
poris, miſit deus filium ſuum factum ex muliere, factum ſub lege. In quo placuit pleni- Gala. 4.
tudinem diuinitatis habitare corporaliter, & de patre ſine initio & ſine fine. De matre Colo. 1
initium habẽs & nullo concluditur fine. [Spiritus ſanctus à patre & filio, nõ factus, nec
creatus, nec genitus, ſed procedens.] Proprium habet ſpiritus quod non habet pater &
filius, ſpiritus ſanctus enim procedit à patre & filio. Audi, quia iſti ambo, videlicet ſimul
ab vno. Pater à nullo alio. Per hoc aperte demonſtrantur eorum proprietates. Ideo igi-
tur ſpiritus dei ſanctus vocatur, quia patris & filij ſanctitas eſt. Nam etiam cum ſit
pater ſpiritus, & filius ſpiritus, & pater ſanctus & filius ſanctus, proprie tamen ipſe
vocatur ſpiritus ſanctus. [Vnus ergo pater non tres patres] quia ſolus ſibi vnicum
B genuit filium [& vnus filius non tres filij] quia ſingulariter ab vnico patre geni-
tus eſt vnus filius non tres filij. [Vnus ſpiritusſanctus] quia à patre filioq; vnicus proce
dit [non tres ſpiritusſancti.] Et in hac trinitate nihil prius aut poſterius, nihil maius aut
minus. Sed totæ tres perſonæ coæternæ ſibi ſunt & coæquales. [Qui vult ergo ſaluus eſ
ſe, ita de trinitate ſentiat. Sed neceſſarium eſt] id eſt, neceſſe eſt nobis, ſicut ſuperius dixi
mus, ita credamus. Si vero [ad æternam ſalutem] volumus peruenire, id eſt, cum Chri-
ſto ſine fine regnare, neceſſe eſt [vt incarnationem domini noſtri Ieſu Chriſti fideliter
credamus.] Quomodo fideliter? non adoptiuum, ſed proprium dei filium, ſicut dicit Rom. 8
Apoſtolus: Proprio filio ſuo non pepercit deus. [Eſt ergo fides recta, vt credamus & cõ
fiteamur, qa dominus noſter Ieſus Chriſtus dei filius deus & homo eſt.] Modo inchoat
enarrare ſecundum humanitatem Chriſti, vel quid ſit fides recta vt ipſam humanitatẽ
credamus corde & confiteamur ore, ſicut Apoſtolus dicit: Corde creditur ad iuſtitiam, Rom. 10
ore autem confeſſio fit ad ſalutem. Deus & homo vnus eſt verus dei filius, quia ſecundũ
diuinitatem nihilominus habet quàm deus pater, ſecũdum humanitatem nihilominus
extra peccatũ, quàm homo. [Deus eſt ex ſubſtãtia patris] id eſt, ex qualitate naturæ [an
te ſæcula genitus] id eſt, omnem creaturam, ſicut dicit in Pſalmo: Ante luciferum ex v-
tero genui te, id eſt, ex mea ſubſtantia ante luciferum, id eſt, ante omnem creaturam [& Pſal. 109.
homo ex ſubſtantia matris] id eſt, totus homo cum anima & corpore in omnibus ſimi- Hebr. 4
lis nobis abſq; peccato, ex ſubſtantia matris, id eſt, de qualitate naturæ matris [in ſæculo
natus] id eſt, in his temporibus, non aliunde niſi de ſemine mulieris, ſine coitu viri car-
nem aſſumpſit. Vnde Salomon dicit: Sapientia ędificauit ſibi domum, hoc eſt, Chriſtus Prou. 9
ædificauit ſibi carnem de beata Maria. Et alibi legitur: Qui factus eſt ei ex ſemine Da-
uid, ſecundum carnem. [Perfectus deus] id eſt, plenus quia nihil indiguit [perfectus Roma. 1
homo] quia nihil minus habuit extra peccatum, quàm homo [ex anima rationali] Hebr. 4
Chriſtus veram habuit animam, vbi ſapientia creſcere potuiſſet, ſicut dicitur in Euange
lio: Ieſus proficiebat ſapientia & ætate. Sapientia in anima, ætate in corpore [& huma-
na carne ſubſiſtens] quia humus terra dicitur, de humanitate carnem aſſumpſit, ſubſi-

 ſtens

ſiſtens eſſentia, quæ eſſentia proprie de deo dicitur, qui ſemper eſt quod eſt: ſubſtãtia dicitur quo deum ſemper ſtare, id eſt, ſemper eſſe, id eſt, non ſtando humani corporis conſuetudine, ſed permanendo: quia ſemper manet in eo quod eſt. [Aequalis patri ſecundum diuinitatem] ſecundum illud: Ego & pater vnum ſumus [minor patre ſecũdum humanitatẽ] iuxta quod dicit: Pater maior me eſt, & in quo homo eſt, minor eſt à deitate vel diuinitate. Ideo æqualis & minor, quia deus & homo, quia ſempiternus & temporalis, vt incomp̄henſibilis comprehendi poſſit, & immortalis haberet in quo moreretur. [Qui licet deus ſit & homo, non duo tamen ſed vnus eſt Chriſtus.] Ideo ſic voluit iungi dei filius cum humana natura, vt ex his duabus ſubſtãtijs fieret vna perſona. Qui licet deus non eſt Chriſtus aliter in deitate, aliter in humanitate, quia non ſunt duæ perſonæ ſed vna. Deus enim verbum non accepit perſonam hominis ſed naturam. Sicut ergo tres perſonas credimus eſſe trinitatis in vnitate naturæ: ita credimus duas Chriſti naturas in vnitate perſonæ. Vnus autem non conuerſione diuinitatis in carnem, ſed aſſumptione humanitatis in deum. Conuerſio in vtero dicitur: Non enim eſt cõuerſa, id eſt, mutata diuinitas in carnem: ſed manens quod erat, ſuſcepit humanitatem: humanitas quoq; aſſumpta eſt in deum, non conſumpta. Sicut enim deus non mutatur in miſeratione: ita homo non conſumitur diuinitate: homo deo acceſſit, deus à ſe non receſſit, adquieuit eſſe quod non erat. Vnus autem non conuerſione, non ꝙ illa diuinitas quę eſt dei filius, ſe conuertiſſet in humanitatem, vt homo quod erat diuinum fieret & humanum, ſed aſſumendo naturam noſtram. Sic eſt vnus effectus vt nõ amitteret quod erat, ſed aſſumeret quod non erat. Aſſumpſit humanitatem, non amiſit deitatem ſiue diuinitatem. [Vnus omnino non confuſione ſubſtantiæ, ſed vnitate perſonæ.] Confuſio dicitur & commixtio: ſicut ſolent duo liquores ita miſceri, vt neuter ſeruet integritatem ſuam. In Chriſto ergo non ſunt permixtæ, quia ſeruat vtraq; cum alterius commixtione proprietatem ſuam. Vnus omnino non confuſione, non ea naturarũ commixtione, vel vt diuinitas mutaretur in naturam humanitatis, vel humanitas cõmutaretur in deitatem ſiue diuinitatem: ſed vtriq; naturæ ſua manet proprietas in perpetuum. Tanta tamen vnio eſt, vt id quod æternaliter ex deo patre genitum eſt, homo ſit verus, & ille qui temporaliter natus eſt de virgine, deus ſit verus, homo propter ſuſcipiẽtem deum: deus verus dei filius, propter ſuſcipientem hominem homo verus, perſonam quippe filij dei non ex duabus perſonis vnitam, ſed ex duabus naturis exiſtentem credimus: ex duabus perſonis compoſitam, nephas eſſe dicere. [Nam ſicut anima rationalis, & caro vnus eſt homo] id eſt, ſicut ex carne & anima vnum dicimus hominem, & vnuſquiſq; duos habet homines, vnum carnalem, alium ſpiritualem, vnũ viſibilem, alium inuiſibilem, vnũ mortalem, alium immortalem [ita deus & homo vnus eſt Chriſtus] vel ſic: Nam ſicut anima, id eſt, ſicut hominis perſonam geſtat anima, nõ enim corpus mortuum dicitur perſona: ſicut nec lapis nec lignum: ita CHRISTI perſonam geſtat diuinitas aſſumpti Chriſti propter humanitatem: propter quod in vtraq; ſubſtantia dicitur & creditur vnicus, quia vnigenitus eſt dei filius. Vnde & verbum propter carnem eſt homo, & caro propter verbum deus. [Qui paſſus eſt pro ſalute noſtra] id eſt, in quo erat, quia deitas eſt inuiſibilis: ſecundum vnionem perſonæ filius dei dicitur paſſus, & in vera natura filius hominis eſt paſſus. ¶ [Item: Qui paſſus eſt] licet iuxta naturam ſuam deus expers paſſionis extiterit, pro nobis tamen paſſus eſt [deſcendit ad inferos] In quo exemplum dedit. Propheta: Poſt duos dies ſuſcitabit nos, & tertia die reſurgemus & in conſpectu, &c. ¶ Item deſcendit ad inferos, anima vero cum verbo: quia poſtquam humanitas aſſumpta eſt à diuinitate, non eſt ſeparata à verbo, ſed ipſa anima à corpore ſeparata eſt: quia ſi non eſſet ſeparata, corpus non poſſet mori: & iſte deſcẽſus ad ſolam animam pertinet. Tertia die dicitur, vt primogenitus ex mortuis fieret primitiæ dormientium, & faceret viam naturæ ad incorruptionis regreſſus: reſurrexit à mortuis vt nobis exemplũ reſurrectionis oſtenderet, ſicut propheta ait: Poſt duos dies ſuſcitabit nos, &c. vt ſupra. ¶ Item qui paſſus, in quo videbatur, in quo homo erat, in quo crucifixus, in quo mortuus, in quo ſepultus, in quo reſurrexit, quia diuinitas impaſſibilis: ſed in coniunctione perſonæ filius paſſus dicitur, & in veri natura filius hominis eſt paſſus. [Aſcendit ad cœlos] id eſt, humanitas illa quæ fuit paſſa, vnde: Viri galilæi, &c. Propterea humiliatus eſt

deus

Deus nõ perſonã ſed naturã hõis aſſumpſit

Iohã. 1.

Iohã. 1

Oſeæ. 6

Chrs primitię dormiẽtium

Rom. 8

Colo. 1

1. Cor. 15.

Oſeæ. 6

C

D



A

deus in homine, vt homo exaltaretur in deo, qui ſecundum diuinitatem ad nullum poterit aſcendere locum, ſed vbiq; totus eſt [ſedet ad dexteram dei patris omnipotentis] id eſt, regnat in beatitudine ſempiterna. Dexteram ait dei, non carnalem, non corporalem: ſicut humana habet natura: ſed in hoc loco conuenit accipere atq; ſi aperte diceret: Regnat in gloria dei. Et ſedere ꝓ regnare dicitur. [Inde vẽturus eſt iudicare viuos & mortuos] Viuos quos eius aduentus inueneri in corpe viuentes: mortuos, q mortui fuerunt ab initio vſq; ad illum diem. ¶ Vel vẽturus eſt in eadẽ forma, in qua crucifixus, in qua mortuus, in qua ſepultus eſt, & in qua reſurrexit: non in ea tamen humilitate, qua antea fuit, ſed in gloria & maieſtate: & ideo in ipſa forma, vt videant Hærodes & Pilatus, quẽ iudicauerunt, vt Iudæi quem tradiderunt, vt milites quem crucifixerunt, vt videant impij quem negauerunt. [Ad cuius aduentum] id eſt, in aduentu Chriſti [omnes homines] id eſt, vnuſquiſq; ſiue iuſti ſiue iniuſti [reſurgere habẽt cum corporibus ſuis, & reddituri ſunt de factis proprijs reſponſionem] id eſt, non in fabulis verborum, ſed recordatione omnium quæ fecit ſiue malum ſiue bonum, & propter hoc recipiet.

¶ Vel ad cuius aduentum, id eſt, adueniente domino reſuſcitatis in circuitu corporibus ſuis: vt vnuſquiſq; in eo corpore quo bona vel mala geſſit, reddat rationem geſtorum ſuorum. [Et qui bona egerunt, ibunt in vitam æternam] quia ſemper erunt boni ſine fine in gloria regnaturi [qui vero mala, in ignem æternum] id eſt, quia malis erit pœna inferni, & ſine vlla miſericordia cum corpore & anima non conſumendi, ſicut ſuperius diximus, ſed ſemper arſuri & nunquam deficient. Vnde dicit. [Qui bona egerunt] Tunc enim humana natura ad conditoris ſui ſimilitudinem ſublimatur, & omnia eius bona, quæ naturaliter accepta erant, per peccatum autem erant corrupta, reparabuntur in melius. Intellectus ſine errore, memoria ſine obliuione, cogitatio ſine peruagatione, Senſus ſine offenſione, incolumitas ſine debilitatione, ſanitas ſine dolore, vita ſine morte, via ſine impedimento, ſatietas ſine faſtidio, & tota ſanitas ſine morbo. [Qui vero mala] ſubaudi ibunt, præter illos qui ante mortem pœnituerunt & quantum licuit emendauerunt. [Hæc eſt fides catholica] id eſt, recta vel vniuerſalis [quam niſi quiſq; fideliter firmiterq; crediderit, ſaluus eſſe non poterit] Hic rogat & admonet, vt vnuſquiſq; ſacerdos hoc habeat, prædicetq; [hæc eſt fides Catholica, quam niſi quiſq; fideliter firmiterq; crediderit] id eſt, fideliter credamus, in fide non erremus. Firmiter credamus, vt non dubitemus, ſi ad æternam ſalutem peruenire volumus, id eſt, nullus à fide catholica te remouere poſſit, nullo ſchiſmate vel hæreſi. Et ſi iſta non credideris, ſaluus eſſe non poteris.

B

¶ Symboli Athanaſij,

FINIS.

Actu. 1

Ephe. 4

1. Theſ. 4

Quare Chrs i eadẽ forma veniet ad iudiciũ in qua crucifixus eſt.

2. Cor. 5

Rom. 14

Matt. 16.

Iohan. 5

Matt. 25

Reparabitũ ſtatus hois in vita æterna